



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

DA box

No 3072.



BIBLIOTHECA REG HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

SB
Der Meralnt ligg...
fiunde Oratio funebris ...
Regina Sophie -

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ETHICÆ DOCTRINÆ LIBRI QVATVOR, CONSCRIPTI IN VSVM STVDIOSÆ iuuentutis,

A

D. PAVLO AB EITZEN Hamburgenſi.



VVITEBERGÆ

Excuſi typis Iohannis Schvvertelij,

ANNO M. D. LXXI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

SERENISSIMO

POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO DOMINO FRIderico Secundo Daniæ, Noruegiæ, Gottorum & Vandalorum Regi. Et Illuſtriſsimis Principibus ac Dominis Domino Ioanni Seniori, Domino Adolpho, & Domino Ioanni Iuniori, Hæredibus Noruegiæ, Ducibus Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ & Ditmarſiæ, Comitibus Aldenburgæ & Delmenhorſtæ &c.

Dominis meis clementiſsimis.

SERENISSIME ET potentiſsime Rex, Illuſtriſsimi Principes, Domini clementiſsimi. Orauit Filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, pro Eccleſia ſua, vt in veritate verbi Diuini conſeruetur, & ſit vnanimis. Hanc precationem membra Chriſti quotidie repetere debent. Experimur enim quantopere in hoc incumbat Satanas, vt diſsidijs, rixis, odijs vnitatem Eccleſiæ miſeræ, & vndiq; afflictæ turbet, atq; eo modo doctrinæ Euan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gelicæ propagationem, curſumq́; impediat. His conatibus Satanæ opponenda eſt ardens inuocatio, Et cum inuocatione etiam pium concordiæ ac conſenſionis ſtudium coniungendum eſt.

Eorum itaq́; Principum Germaniæ, qui hoc tempore id curant, vt diſſenſiones Chriſtianè pieq́; ſopiantur, & vnanimis per Dei gratiam in veritate conſenſio in Eccleſia conſeruetur, pia ſollicitudo, & ſollicita pietas non laudanda ſolum, ſed etiam ab alijs Chriſtianis Regibus, Principibus, Magiſtratibus adiuuanda eſt.

Veſtræ quoq; Sereniß. R. M. & Illuſtriß: Celſitudines æterna laude dignæ ſunt, quod ab ipſis ſemper paterno erga Eccleſiam & ſubditos amore, per Dei auxilium prouiſum eſt, vt in horum Regnorum, Ducatuum, Prouinciarum Eccleſias rixoſæ diſputationes non ſint inuectæ.

Eſt enim Dei beneficio in his Eccleſijs tranquillus docentium & diſcenti- um

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

um conſenſus in omnibus partibus doctrinæ Chriſtianæ, Iuxta Articulos Auguſtanæ Confeßionis, quæ eſt immota & firma veritas Dei, comprobata & confirmata teſtimonio Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum, quæ ſancta felicitas vt ſit perpetua, toto pectore Filium Dei Eccleſiæ caput oro.

Accedit etiam illud laudis præclaræ, quod V. R. M. & Illuſtriß. Celſ: ſapienter ad Euangelicæ veritatis conſeruationem & propagationem, cum Eccleſijs coniungunt Scholas, in quibus iuuentus diſcat linguas, artes, & doctrinas bonas, quæ ſunt vtiles neceſſariæq; illis, qui in Eccleſijs docendi, & in Rebuſpub. regendi, conſulendiq; officijs fungi debent.

Ante ætatem Reuerendi Patris & Prophetæ LVTHERI, doctrina Euangelij tenebris obſcurata & quaſi ſepulta fuit, quarum tenebrarum aliqua cauſa fuit linguarum & bonarum doctrinarum ignorantia. Cum vero Deus ſanctum Prophetam LVTHE-

ά:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

RVM, repurgatorem doctrinæ Chriſtianæ à Papiſticis tenebris miſit, Addidit ei ſanctum Collegam PHILIPPVM MELANTHONEM, quem omnes Scholæ Germaniæ ſuum Præceptorem reuerenter agnoſcunt, Et ipſorum coniunctis operis ad Eccleſiæ ædificationem vſus eſt, vt omni poſteritati in iſto illuſtri exemplo oſtenderet, quantum in tali Eccleſiaſtica & Scholaſtica vnanimi coniunctione vtilitatis & momenti ſit poſitum. Ego de me affirmo, quod quoties de illa conſenſione & vnanimitate cogito, quam in Eccleſia & Schola Vuitebergenſi inter illos ſanctos Patres & Præceptores, eorumq́ alios Collegas tum eodem loci, tum in alijs Eccleſijs & Scholis vidi & audiui, præ gaudio & præ triſticia lachrymas effundam. Recordatio eius iucunda & dulcis, gaudium, huius temporis rixarum, quibus ex paucis quibuſdam locis Eccleſiæ & Scholæ hoſtiliter & Barbaricè oppugnantur conſideratio, triſticiam parit. Conſolatur vero me Dei promiſſio, de conſerua-

tione

tione Eccleſiæ in hac languida ſenecta, & diuinæ beneficentiæ ac miſericordiæ dulcis radius, qui in conſenſu harum, vt dixi, Eccleſiarum, multarumq; aliarum adhuc Dei beneficio contra calumnioſos clamores hominum inquietorum & maledicorum ſplendet, & adiuuante Deo nullis Satanæ inſidijs extinguetur.

Vtq; toti mundo notum ſit, omnes nos, qui in V. R. M. & Illuſtriſs. Celſ. publica Schola Slesuicenſi, nuper ad Dei gloriam & Eccleſiæ Reiq; pub. vtilitatem feliciter aperta, profeſſores doctrinarum linguarum et artium ſumus, ad eum ſcopum & finem noſtros labores dirigere, vt iuuentus ad nos miſſa, ita in veris fundamentis, vt loquimur, ſolidæ eruditionis inſtituatur, vt cum à nobis rurſum egreßi fuerint, non ad rixas, ſed ad res, officiaq; in Eccleſia & Rebuspub. neceſſaria inſtructi conſpiciantur. Idcirco Ethicæ doctrinæ libros, in quibus Philippum Præceptorem imitatus ſum, in publicum emitto, eoſq; V. Se-

N:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

reniſs: R. M. & Illuſtriſs. Celſs. humiliter dedico: Propediem dante Domino plures Scholæ noſtræ labores prodibunt. Oro autem humiliter, vt V. R. M. & Illuſtriſs. Celſs. hāc Scholam paterne ament, & hanc meam humilem dedicationem Clementiſsime accipiant. Dominus Ieſus V. R. M. & Illuſtriſs. Celſs. ſeruet, protegat, gubernet, defendat, Omnia felicia & ſalutaria V. R. M. & Illuſtriſs: Celſ: Regniſq́. ac Ducatibus largiatur. Ex Slesuiga, Anno 1570. Menſe Ianuario.

V. Seren: R. M. &
Illuſtriſs: Celſs.
humilis Seruus

Paulus ab
Eitzen.

PRI-

PRIMVS LIBER.

DOCTRINÆ ETHICÆ SIVE MORALIS.

CAPVT PRIMVM.

CYNICVS IMO SAtanicus furor eſt dicere homines non eſſe ad Iuſticiam creatos, neq; natura ſed opinione Ius conſtitutum eſſe: imò cum dicit ſacra ſcriptura hominem ad imaginem Dei creatum eſſe, certè affirmat, hominem non ad iniuſtitiam & impietatē Cynicam, ſed ad iuſtitiam & ſanctitatem veram eſſe conditum. Et quidem non ſolum ſcriptura, ſed etiam ipſa natura clamat, Ius non opinione ſed ab ipſo Deo conſtitutum eſſe: Proponit enim ſcriptura legem, voce Dei traditam, & ſæpius repetitam, imò proponit tabulas legis digito Dei ſcriptas, continentes decem præcepta Dei, quæ ſunt admiranda Epitome omnis honeſti Iuris: Deinde etiam omnes homines mentis compotes, in ſua mente inueniunt legem naturaliter à creatore inſcriptam, ſeu inſitam, hoc eſt, Noticias aliquas, cum iudicio

N:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

approbante ea, quæ iuſta & recta ſunt, & condemnante iniuſta, & non recta. Quia noticiæ & iudicium, cum non ſint opiniones accerſitæ, ſed inſint in ipſis mentibus naturaliter, & ita inhæreant, vt etiam volens excutere & delere non poßit, ſicut exempla eorum docent, qui poſt perpetrationem ſcelerum torquente conſcientia, mallent ſe notitia legis carere, aut eam excutere poſſe, ſed reipſa experiuntur hanc ipſam noticiam, cum iudicio, non eſſe humanam imaginationem aut Phantaſiam, ſed eſſe diuinitus impreſſam, imo creatam in anima, quæ notitia dictat, teſtatur & clamat, Ius non eſſe opinionem, ſed eſſe ipſam Dei conſtitutionem in ipſa natura: Gentes (inquit Paulus ad Roma. 2.) ſibi ipſis ſunt lex, oſtendentes opus Legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut etiam defendentium. Hoc aliquo modo, quantum potuit Philoſophus Ethnicus, conſiderauit Sophocles, cum in Oedipo dixit: Leges cœlitus datas eſſe, earumq́ Patrem eſſe ſolum Deum. Et Demoſthenes, cum in Oratione contra Ariſtogitonem, legem vocauit inuentum & donū Deorum, Nimirum, quia ipſa noticia naturalis de iure ſeu diſcrimine iuſti & iniuſti, honeſti & inhoneſti, quæ eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſt omnium bonarum legum fundamentum, eſt donum diuinitus naturæ inſitum. Eſt enim ea Noticia (vt Cicero pro Milone inquit) non ſcripta ſed nata Lex, quã non didicimus, legimus, verum ex ipſa natura accepimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſumus. Hæc admonitio in principio doctrinæ de lege vtilis eſt, ne indulgeamus Cynicis cogitationibus, leges tantum opiniones eſſe, quarum mutatio ſit libera, ſicut de rebus dubijs licet alium ſic, alium aliter opinari: neq; cogitemus diſciplinam ſeu gubernationem vitæ humanæ & morum ſimilem eſſe cicurationi beſtiarum, quæ cicuratio nequaquam ſuſcipitur aut regitur certa norma diuinitus præſcripta: & diſciplinam eſſe tyrannicam coactionem pugnantem cum natura, ſicut Protagoras dicebat, legem Tyrannicam eſſe, multa cogentem præter naturam: ſed vt de diſciplina, de gubernatione vitæ actionum & morum reuerenter iudicemus, & ſciamus omnes homines ad honeſtam, & ſanctam vitam conditos eſſe à Deo, & velle Deum, vt vita hominum apud omnes gentes & populos honeſta diſciplina regatur, quia ipſe Deus normam bonæ diſciplinæ præſcripſit & naturæ inſculpſit, Imo etiam nos Chriſtiani ſcire debemus per filium

Dei

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Dei redemptos nos eſſe, & donari Spiritu ſancto, non vt fiamus contemptores diſciplinæ, & obedientiæ iuxta legem, ſeu vt contumaciter noticiam legis abijciamus & aboleamus, ſed vt iuxta voluntatem Dei auxiliante Spiritu ſancto, in iuſtitia & ſanctitate vera omnibus diebus vitæ noſtræ ipſi ſeruiamus.

SECVNDVM CAPVT.

DE DIVISIONE LEGVM SEV IVRIS ET de naturæ legibus.

DEmonſtraui non opinione hominum, ſed ab ipſo Deo Ius conſtitutum eſſe. Quare addenda eſt Iuris ſeu Legum diſtinctio. Omnis Lex aut eſt diuina, aut eſt humana. Diuina lex vel eſt naturæ impreſſa, & naturali cognitione nota: diciturq́ Ius naturale, ſeu Lex naturæ. Paulus Roma. 2. appellat legem ſcriptam in cordibus gentium, id eſt, omnium hominum: vel eſt certa voce Dei reuelata & promulgata, diciturq́ ſpecificè lex Dei, aut lex Moſaica, cuius Epitome eſt Decalogus. Ius naturale ſeu Lex naturæ eſt noticia naturalis de Deo, & de vitæ ac

morum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

morum gubernatione, ſeu diſcrimine iuſti & iniuſti, honeſti & inhoneſti diuinitus inſita & impreſſa ſeu inſcripta humanis mentibus. Hæc fuit ante lapſum primorum parentum perfectiſsima imago Dei, id eſt, perfectiſsima noticia & ſcientia cum integra obedientia in omnibus viribus, & membris in tota anima, & in toto corpore, ſed poſt lapſum tantum eſt imperfecta & obſcura cognitio, quaſi vmbra quædam ſeu aliquæ reliquiæ imaginis, quibus adhæret multum caliginis in mente & ingens contumacia animæ & corporis, ſicut ad Romanos dicit Paulus, Veritatem & noticiam reliquam in natura detineri in iniuſticia, & obtenebratam eſſe: Item ſenſus carnis inimicitiam eſſe aduerſus Deum, Inuenio (inquit) aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in Lege peccati. Sentiunt etiam Philoſophi affectuum & actionum contumaciam cum lege naturæ, ſeu noticijs mentis pugnare, ſicut Medæa apud Poetam inquit: Video meliora proboq́ꝫ: Deteriora ſequor. Ideo etiam fatetur Philoſophia, eſſe noticias aliquas in mente, dictantes quæ iuſta & honeſta ſunt, & diſcernentes ea ab iniuſtis & inhoneſtis. Quæ noticiæ vocantur & ſunt Leges naturæ, id eſt, à Deo naturæ inditæ. Sic præclare Sophocles in Anti-

gone

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gone nominat eas noticias non ſcriptas ſe
certas Deorum leges, quæ non nunc, & her
ſed ſemper valent, & nemo ſcit vnde edit
ſint. Atq; in Oedipo Tyranno dicit: Lege
cœlitus datæ ſunt, earumq; ſolus Deus pate
eſt, neq; eas mortalis hominum natura pep
rit, nec obliuione ſopiuntur nec ſeneſcun
Prodeſt autem ſæpe cogitatione repetere Le
ges naturæ, & cum Decalogo conferre, ide
præcipuas ordine recitabo.

Prima Lex naturæ dictat eſſe Deum
& ei deberi honorem & obedientiam. Si
Cicero inquit 2. de natura Deorum, Omnibu
hominibus innatum & quaſi inſculptum eſſe
quod ſit Deus, eumq; ab operibus cognoſci, co
homini cum Deo primam eſſe ſocietatem, in
qua homo Deo prima officia debeat. 1. Offic
De hac prima Lege inquit Paulus Roma. 1
Notum Dei manifeſtum eſt in illis, Deu
enim illis manifeſtauit: & hanc ipſam notic
am de Deo confirmari dicit conſideration
operum Dei. Queritur autem Paulus han
ipſam naturæ Legem ſeu naturalem Leg
ſcientiam, euaneſcere in cogitationibus eo
rum, qui luce verbi Dei carent, adeo vt ve
ritas: id eſt, vera noticia naturalis commu
tetur in mendacium, id eſt, falſas & menda
ces opiniones de Deo, & gloria immortali

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Dei transformetur in ſimilitudines non tantum rationalium hominum, ſed etiam beſtiarum ratione carentium. Hanc querelam declarant variæ opiniones Philoſophorum & Ethnicarum gentium de Deo cum multiplici atq; delira Idolomania.

Secunda Lex naturæ dictat hominem ad ſocietatem creatum eſſe: ideoq; colendum eſſe ordinem ad conſeruationem ſocietatis neceſſarium & in ipſa ſocietate à natura præſcriptum: hoc eſt, honorem præſtandum eſſe parentibus, & magiſtratibus, & hunc ordinem non eſſe turbandum.

Tertia Lex naturæ dictat non nocendum eſſe vitæ tuæ aut aliorum, quia homo non debet eſſe deſtructor vitæ humanæ, ſed conſeruator quantum poteſt. Sic Cicero inquit lib. 2. de Fin. Omne animal ſimul vt ortum eſt, & ſe ipſum, & omnes ſuas partes diligit, & omnis natura vult eſſe conſeruatrix ſui, vt ſalua ſit & in genere conſeruetur ſuo. Ideo etiam defenſio neceſſaria eſt Legis naturæ ſeu iuris naturalis, ſicut Cicero erudite diſputat pro Milone: Eſt, inquit, nō ſcripta ſed nata lex, quā non didicimus, accepimus, legimus, verū ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quā non docti, ſed facti, non inſtituti,

 ſed

ſed imbuti ſumus, vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. Hoc & ratio doctis, & neceßitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, vt omnem ſemper vim quacunq; ope poſſent à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent.

Quarta Lex dictat hominem ad conſeruationem ſpeciei in certo ordine caſtæ vitæ, ſeu coniugij eſſe conditum. Ergo vitandam eſſe omnem immundiciem. Hanc eſſe legem naturæ comprobat iudicium conſcientiæ in omnibus ſanis, & naturalis pudor, & horror turpitudinis, qui ſi non præcedit, tamen certò ſequitur omnem immundiciem.

Quinta Lex naturæ dictat, Sobolem amandam & curandam eſſe, ſicut inquit Cicero 4. de Finibus. Id natura tributum, vt iji qui procreati eſſent à procreatoribus amarentur. Et à natura ipſa, vt eos quos genuimus amemus, impellimur. Hæc Lex officia educationis, defenſionis & curæ complectitur.

Sexta Lex naturæ dictat. conſeruandam eſſe rerum diſtinctionem, ſed tamen cum communicatione, ad conſeruationem ſocietatis neceſſaria, Ergo non eſſe alteri eripiendum

autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

aut vi aut fraude quod ipſius eſt, & ita tenendum proprium, vt ſimul de proprio colatur beneficentia & gratitudo, Et in communicationis actionibus ſeruandam eſſe Iuſticiam, ne altera pars lædatur contra Regulam. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Septima Lex naturæ dictat hominem ad agnitionem veri creatum eſſe, Ideo veritatem eſſe in omnibus rebus amandam, quia nihil eſt tam ſecundum naturam quam veritas, quæ eſt agnitio rei, ſicut eſt. Et nihil tam pugnat cum natura quam mendacium. Item, ideo ſtudendum eſſe inquiſitioni veritatis: Nam vt Cicero 4. & 5. de Finibus inquit. Cognitionis & ſcientiæ amor, ac cupiditas eſt nobis innata, & inſita, & omnes natura ad eam trahimur, ac ducimur, imo ſunt à Deo naturæ noſtræ inſita ſemina artium, quæ non vult negligi ſed coli. Hanc itaq; legem naturæ ſecuti ſunt ſapientes apud Ethnicos in conſtitutione ſcholarum.

Octaua Lex naturæ dictat bonos honore, fauore, & defenſione dignos eſſe, malos vero qui ſuis maleficijs ſocietatem & tranquillitatem publicam turbant, & ſunt peſtes communitatum, eſſe cohercendos & puniendos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæ ſunt præcipuæ legis naturæ, ex quibus Philoſophi doctrinam Ethicam de moribus, & Legumlatores gentium leges honeſtas, tanquam ex fontibus deduxerunt. Nec ſunt opiniones ab omnibus excogitatæ, ſicut cicuratores beſtiarum modos & formulas cicurandi excogitant, ſed ſunt certæ noticiæ ab ipſo Deo creatore, & ſupremo rectore, impreſſæ naturæ, iuxta quas vult hominum vitas & actiones regi.

TERTIVM CAPVT,

DE CAVSIS CVR POST LAPSVM RELIQVErit Deus in natura humana aliquam Legis noticiam.

CONſiderentur autem cauſæ cur Deus has reliquias & quaſi ſcintillas, de luce creatæ imaginis, in natura humana poſt lapſum reliquerit.

Prima cauſa eſt, quia voluit Deus, vt maneret diſtinctio, & differentia inter animalia bruta, & rationalem creaturam. Extincta prorſus omni noticia naturali, fuiſſet ſublata hæc differentia, & homo in forma humana fuiſ-

fuiſſet factus brutum, ſicut aliquando exempla oſtendunt eorum, qui amētes fiunt, vt Nebucadnezaris, qui annos ſeptem inter bruta vixit vt brutum, Daniel 4. Ex hac cauſa ſequuntur reliquiæ.

Secunda cauſa eſt, quod voluit Deus vt in humana natura maneret aliqua noticia ſeu teſtimonium de ipſo, ſicut Paulus dicit: Notum Dei manifeſtum eſt in eis. Deus enim manifeſtauit eis, hoc eſt, voluit Deus vt homo naturaliter ſciret eſſe Deum, & Deo creatori à creatura rationali deberi reuerentiam & obedientiam.

Tertia cauſa eſt, de qua admonet Paulus inquiens, Gentes ſibi ipſis ſunt lex. Ideo Deus ſcintillas noticiarum naturalium in mente humana reliquit, vt ſcirent omnes homines, quod ad certam Normam ſeu regulam obedientiæ ſint creati, qua regantur, & vt ex his noticijs tanquam ex fundamento aliæ leges gubernationum extruerentur, non pugnantes cum fundamento id eſt, cum noticijs naturalibus, ſeu legibus naturæ, quia non voluit nec vult Deus homines ſine ratione tantum chamo & freno in morem beſtiarum regi, ſed certis regulis ſeu legibus cum illis notitijs congruentibus, quas ipſe creator ac ſupremus rex naturæ inſculpſit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quarta cauſa, Voluit quoq; Deus manere aliquam admonitionem in natura, cum de amiſsione, tum de deſiderio ſummi boni ſeu felicitatis & præſtantiæ. Nam cum homo diligenti meditatione ſeipſum conſiderat, aliquomodo inuenit hanc naturam non eſſe ad illam contumaciam & turpitudinem, & per conſequens etiam ad tam miſeram & calamitoſam vitæ conditionem, factam, quam contumaciam virium, turpitudinem affectuum & morum, vna cum pœnis, hoc eſt, calamitatibus & miſerijs experimur, in nobis & in alijs. Sic itaq; Philoſophi ſaniores per noticias naturales aliquo modo ſunt inuitati, vt cogitarent de fine hominis, de ſummo bono, & an ſit aliqua felicitas, ſeu beatitudo poſt hanc vitam, in qua hæc contumacia, & turpitudo cum pœnis ſeu miſerijs & calamitatibus deſinant.

Quinta eſt, de qua etiam Paulus Roma. 1. & 2. admonet, vt omnes homines haberent in ſeipſis conſcientiam, hoc eſt, iudicium de actionibus, defendens honeſta & iuſta et accuſans ac damnans inhoneſta & iniuſta, vt ſint, inquit Paulus Roma. 1. inexcuſabiles, quia conſcientia propria cuiuſq; eſt certum teſtimonium de iudicio diuino, ſicut Sapientiæ 17. dicitur: Timida nequitia dat teſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

teſtimonium condemnationis. *Dictat enim* vnicuiq́ ſua conſcientia, Deum eſſe iuſtum & habere vindicem oculum, hoc eſt, videre ſcelera, & punire ea, ſicut dicit grauiſſimè Heſiodus, Dei oculus omnia videns & omnia ſciens, & Homerus, Deus habet vindicem oculum, tu pœnam ſolues. Hoc teſtimonium conſcientiæ etiam volentes non poſſunt excutere. Itaq́ etiam Philoſophi de iudicio conſcientiæ grauiſſime locuti ſunt, vt Iuuenalis inquit: Exemplo quodcunq́ malo committitur, ipſi diſplicet autori, prima hæc eſt vltio, quod ſe iudice nemo nocens abſoluitur. Et Lycurgus contra Leocratem dicit: Deum primo mentes ſceleratorum terrere antequam puniat: Huc pertinent exempla in Tragœdijs, vt Oedipi, Iocaſtæ, Medeæ, Oreſtis & ſimilium. Item poeticæ Diræ & furiæ ſceleratos ſine intermiſſione terrentes, exercentesq́ perpetuis horroribus, ſicut apud Ouidium ille conqueritur: Multa miſer timeo quia feci multa proteruè, Et Oedipus apud Senecam inquit, Cuncta expaueſco, meq́ non credo mihi, iam aliquid in nos fata mali parant, De his terroribus grauiter ſcribit Iuuenalis Sat: 13.

Diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum,

Pœna autem vehemens ac multo ſæuior illis.
Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamanthus
Nocte dieq́ ſuum geſtare in pectore teſtem.

Extat apud Platonem inſignis locus de conſcientia, qui annotatione dignus eſt: Poſtquam (inquit) præceſſerit quiſpiam, vt proſpiciat ſibi moriendum eſſe, irruit in eum timor earum rerum, quas antea non timuerat. Namq́ ob ea quæ de inferis prædicantur, in quibus iniuſti homines pœnas luant, veretur, ſe illis affligendum, & quæ ſibi fabuloſa & ridicula olim videbantur, tum concutiunt euertuntq́ animum, ne vera illa ſint, expaueſcentem, Hic idem vel ſenectæ debilitatæ vel quia illis quæ illic gerunt propter eſt, illa ipſa magis proſpicit, quo fit vt ſuſpicione & pauore repleatur, nec non ſecum ratiocinetur atq́ conſideret, num iniuſte quempiā affecerit, tum ſi qua anteactæ vitæ crimina menti ſe ingeſſerint, veluti pueri iam de ſomno ſoluto experge factus, ſpe mala vitam ducit, ſi vero nihil mali in ſe conſpexerit, dulcis ſpes ſemper adhæret, atq́ ſenum nutrix bona vt ait Pindarus. Sic itaq́ de legibus naturæ, & earum cauſis cogitandum eſt, & has cogitationes etiam ad lectionem & ſtudium ſcriptorum philoſophicorum adoleſcentes adferre debent, vt ſciant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ant vnde nata ſit vera philoſophia moralis, hoc eſt, vnde philoſophi hauſerint illas egregias ſententias de moribus, cum lege Deï congruentibus, quæ in ipſorum ſcriptis extant, ſciant quoq; quod cum philoſophia noticias naturæ à Deo impreſſas, ſententiasq; ex his ortas & cum Decalogo congruentes ſine corruptelis proponit, ſit res bona & veritas à Deo oſtenſa in natura, cuius ſtudium non eſt indignum homine Chriſtiano, inquirente veſtigia cognitionis Dei, & ipſius opera ac ordinationes in ipſa natura humana, Nunc de altera ſpecie diuinæ legis certa Dei voce promulgata, dicendum eſt, in cuius explicatione multa quoq; dicentur de vſu legis diuinæ, quæ etiam ad naturales noticias legis referri, & enumeratis cauſis addi debent.

QVARTVM CAPVT,

DE LEGE DIVINA, SCRIPTA VEL CERTA voce promulgata, ſeu de Lege Moſaica eiuſq; partibus.

IN Adamo ante lapſum fuit integerrima & perfectiſſima noticia Legis, & tamen addi-

dit Deus expreſſam legem, vt abſtineret à fructu arboris prohibitæ, promulgata eſt etiam autore Deo per Adamum lex immutabilis de coniugio, & vitanda inceſta coniunctione inter aſcendentes & deſcendentes, ſic etiam poſt lapſum ſemper ab initio ad vocem Euangelij, etiam legis vox requirens obedientiam & accuſans inobedientiam & peccatum, addita fuit, ſicut Deus ipſe poſt lapſum ſua voce accuſauit Adamum & Euam, & poſt parricidium perpetratum Cainum accuſauit, Et extant in Moſe quædã expreſſæ leges diuina voce traditæ etiam ante Moſis ætatem, vt leges Oeconomicæ ſtatim poſt lapſum traditæ ſunt, Vir erit dominus vxoris & laborabit, id eſt, vir debet Dominus eſſe in œconomia, vt ſit diligens in curanda œconomia. Vxor debet eſſe ſub poteſtate viri, obediens viro, & adiutrix eius in œconomia. Poſt Diluuium promulgata eſt lex politica, tribuens Magiſtratui poteſtatem occidendi homicidas. Tempore Abrahæ datum eſt familiæ & genti Abrahæ mandatũ de circumciſione. Demũ in eductione Iſraelitici populi, ex ſeruitute Ægyptiaca, cum ad montem Sinai peruenïſſet populus, promulgauit Deus ſua voce & ſcriptura cum magnis miraculis, adhibito Moſis miniſterio, Legem decem præceptis cõprehenſam, cui & explicationes & alias leges

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ges addidit ceremoniales, & forenſes, quibus ipſo Deo autore Iudaica Eccleſia & politia conſtituta & ordinata eſt. Etſi autem Lex naturæ cum Decalogo congruit, eſtq; Decalogus legis naturalis obſcuratæ per lapſum & peccatum repetitio & explicatio: tamen vſitata diſtinctio retinenda eſt. Vocamus itaq; legem Moſaicam Dei legem per Moſis miniſterium promulgatam, & à Moſe deſcriptam, & ab hac non ſeparamus legis repetitiones, & explicationes vbicunq; illæ in ſcriptura extant. Eſtq; non minus vtile, quam neceſſarium leges Moſaicas bene diuidere ſeu diſtinguere, vt tam de obligatione quam de abrogatione rectè iudicari & dici poſſit. Tres ſunt partes vniuerſæ legis Moſaicæ, Lex Moralis, Lex Ceremonialis, Lex forenſis ſeu Iudicialis. Poſteriores duas partes, nimirum Ceremoniales & iudiciales leges Moſi tantum fuerunt traditæ vni populo Iſraelitico ad præfinitum tempus aduentus, & ſatisfactionis filij Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti pro genere humano. Voluit enim Deus vt hæc gens electa, cui concreditæ erant promiſſiones, in qua naſci debuit Meſſias, certis notis Eccleſiaſticis & politicis eſſet conſpicua, & ab alijs gentibus diſtincta et quaſi ſeparata. De alijs vtilitatibus harum legum et præcipue ceremonialium quæ ſunt pæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

næ multiplici doctrina & illuſtribus figuris ac imaginibus Chriſti, donorum, beneficiorum et regni eius alias copioſius dicitur. Hæ itaq; leges nec vniuerſaliter vnquam obligauerunt omnes homines, ſiue gentes, ſed tantum Iudæos, & ipſos quidem Iudæos non in perpetuum obligauerunt, ſed tantum vſq; ad Chriſtum. Lex vero moralis eſt immota regula de illis quæ Deus omnibus hominibus vniuerſaliter & ſemper mandat & prohibet, requirens ab omnibus hominibus perfectam conformitatem & obedientiam, & damnans omnes homines carentes hac gloria perfectæ conformitatis & obedientiæ, niſi accipiant remiſsionem peccatorum fide propter Ieſum Chriſtum mediatorem & redemptorem, Eius legis ſumma ſeu Epitome ab ipſo Deo admirando & ineffabili ſapientia ſic contracta, & Dei voce ac ſcriptura in duabus lapideis tabulis propoſita, eſt Decalogus, cuius prima tabula continet præcepta de dilectione Dei, ſeu operibus quæ immediate Deo præſtari debent, ſecunda tabula continet præcepta de dilectione proximi, ſeu operibus quæ propter Deum erga homines præſtari debent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT QVINTVM.

DE LEGE HV-MANA.

REſtat vt humanam quoq; legem definiamus: Eſt itaq; humana lex quæ ab hominibus ſeu humana autoritate traditur: Omnis autem lex humana cum lege naturæ ſeu Decalogo, tanquam fundamento omnium legum conſentire, aut certe ei non repugnare debet. Cumq; aliquid ſit diſcriminis inter præcepta moralia philoſophorum et Poetarum, vtpote Platonis, Ariſtotelis, Iſocratis, Ciceronis, Heſiodi, Phocillidis, Theognidis: & inter leges magiſtratuum ſeu legumlatorum: Ideo breuiter ea differentia explicanda eſt: Philoſophi & Poetæ tanquam Magiſtri artem & rationem honeſtè viuendi & agendi docent. Ideoq; præcepta, quæ tradunt doctrinam potius quam imperium, præ ſe ferunt: Legislator vero non tantum vt doceat, leges ſuas proponit, ſed vt tanquam Imperator mandat. Suntq; ipſius leges Imperatoriæ magis quam doctrinales. Accedit & hoc diſcrimen, quod leges ciuiles legumlatorum ſeu Magiſtratuum tantum poſtulant aut vetant externa opera, ſicut de earum pœnis dicitur.

Cogi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Cogitationis pœnam nemo patitur. hoc eſt, Magiſtratus neminem punit propter occultam cogitationem malam. Philoſophi vero aliquid amplius docent, videlicet actionem honeſtam non eſſe tantum externum ſeu ſimulatum opus, ſed debere accedere in mente rectum Iudicium, & in voluntate electionem ſeu προαίρεσιν ad recte faciendū, præcipitq́; etiam quandam interiorem affectuum & actionum, ſecundum rectam rationem moderationem, quæ moderatio Ethica etſi longe abeſt ab illa integrà & perfecta mundicie, Iuſtitia, & ſanctitate, quam lex Dei requirit, tamen in vita ciuili ſuam laudem & locum habet. Hæc de differentia præceptorum philoſophicorum de moribus, & legum ciuilium tenere vtile eſt. Extat autem inſignis deſcriptio legis humanæ ſeu ciuilis in oratione Demoſthenis contra Ariſtogitonem. Lex eſt inuentum & donum Deorum, decretum vero prudentum virorum, emendatio delictorum, quæ vel conſulto vel inconſulto admittuntur, ciuitatis commune fœdus iuxta quod viuere omnes ciues decet.

Attentè obſeruandum eſt, quod etiam ſapientes Ethnici originem legum ad Deum retulerunt, Quod etiam fecerunt Dracon, Solon & Lycurgus. Plutarchus inquit, Legis

latorem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

latorem ſeu principem eſſe imaginem Dei omnia gubernantis & regentis: Quare etiam Ethnicis Teſtibus de ſubſtantia legis eſt, vt non aduerſetur aut repugnet Deo.

CAPVT SEXTVM.

DE PROMVLGATIONE DECALOGI EIVSque Vtilitatibus.

Sæpe multumq́; cogitandum eſt de promulgatione Decalogi, quæ palam & manifeſte certis miraculis eſt facta, quia voluit Deus publico & manifeſto teſtimonio inſtaurare noticiam illam, quam mentibus humanis in creatione indidit, atq; nō tantum politicam et Eccleſiaſticam diſciplinam populi Iudaici præſcriptis legibus tanquam Regulis regi voluit, vt eſſet conſpicuum diſcrimen, quo hæc gens, cuſtos promiſsionum Dei, & familiæ Meſsiæ, ab alijs gentibus diſcerneretur, & nota eſſet: Sed etiam voluit, vt extaret manifeſtum & perſpicuum teſtimonium ad omnes populos, certa Dei voce de cœlo patefactum eſſe, Iudicium Dei æternum & immutabile, requirens obedientiam, & damnans peccatum, vt ira Dei agnita, quæreretur promiſsio Meſsiæ &

ſci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſcirent omnes populi Deum Iſraelis eſſe verum Deum, iudicantem homines, & admonerentur de amplectenda promiſsione Meſsiæ huic genti a Deo concredita, ad viuificum & ſaluificum remedium pro omnibus hominibus contra peccatum & condemnationem: Deinde vtilitates conſiderentur, de quibus legis meditatio aſsiduo nos admonet.

Primo, Etſi ipſa lex naturæ dictat eſſe Deum, tamen huius noticiæ illuſtre & certum teſtimonium & confirmatio eſt promulgatio Decalogi, quæ & naturali, & ſapientiſsimo ordine præceptorum, ad quæ omnia exempla gubernationis mundi ab initio, congruunt, conuincit ſanas mentes omnium hominum, vt non dubitent quod ſit Deus, Creator, gubernator & Iudex, & qualis ſit Deus, videlicet, Iuſtus, bonus, caſtus, verax, iuxta Imaginem ſui, quam lege expreſsit.

Secundo admonet lex ad quid condita fuerit natura humana, & qualis fuerit dignitas, & puritas, & ſanctitas id eſt, originalis Iuſticia hominis, in qua conditus eſt. Talis enim condita eſt natura humana, qualem Lex deſcribit & requirit, plena agnitione Dei, & plena bonitate & veritate, & ſanctitate ſine

vllo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vllo defectu, ſine vlla praua & mala cupiditate, ſine vllis calamitatibus, ſine morte.

Tertio Lex requirit à nobis conformitatem, ſed inueniens in nobis deformitatem, eſt perpetuum Iudicium Dei oſtendens peccatum, accuſans & damnans omnes homines propter peccatum, & monſtrans cum cauſam mortis, & omnium miſeriarum temporalium & æternarum, tum etiam ipſas miſerias ſeu pœnas ante oculos ponens.

Quarto Lex admonet de reparatione humani generis. Significat item ad quantam præſtantiam rurſus vocemur, quia enim Deus repetit nomen Legis poſt lapſam naturam, vult certe legem aliquando fieri: Erit igitur reparatio generis humani, & erit Reſurrectio mortuorum ad vitam æternam. Siquidem in hac vita à nobis legi ſatisfieri non poteſt.

Quinto lex eſt Pædagogus in Chriſtum. Sicut Auguſtinus explicat, vtilitas legis eſt vt hominem de infirmitate conuincat, & gratiæ medicinam, quæ in Chriſto eſt implorare compellat. Item, Epiſtola 89. Iubet lex vt facere iuſſa conati, & in noſtra infirmitate fatigati, adiutorium Gratiæ poſcere nouerimus. De hac vtilitate poſtea iterum dicendum erit.

Sexta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sexto Lex debet gubernare omnia conſilia, deliberationes & actiones humanas, tanquam Regula & norma prudentiæ, vt ſemper fiant grata Deo, & vere vtilia nobis & Eccleſiæ, ſicut ad Ioſuam dicitur, cap. 1. Non declinabis à lege ad dextram vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta quæ facis, non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo, tum diriges viam tuam, & intelligas eam.

Septimo lex Dei, ſeu Decalogus eſt Epitome & fons omnium honeſtarum legum & doctrinæ honeſtæ de virtutibus, atq; vinculum ciuilis ſocietatis inter homines. De his vtilitatibus homo pius in meditationibus legis cogitare debet.

CAPVT SEPTIMVM,

DE DISCIPLINA ETHICA.

Diſciplinæ appellatio de externis actionibus honeſtis vſu Scholarum recepta eſt. Et quanquam philoſophica diſciplina plurimū differt à vera virtute Chriſtiana, tamen ſciendum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

endum eſt quid ſit, quomodo ſit poſsibilis, cur ſit neceſſaria. Eſt igitur diſciplina externa rectio locomotiuæ ſeu externorum membrorũ congruens cum lege naturæ ſeu Decalogo: fitq́ hæc gubernatio cogitatione legis in mente & voluntate, imperante neruis, vt externa membra ſic moueantur aut contineantur, ſicut Lex præcipit, adiuuaturq́ bono temperamento, doctrina & aſſuefactione: Et in præſtantibus ac heroicis naturis accedit ſingulare Dei donum, Sicut etiã Philoſophi dicunt, nullam exiſtere excellentem virtutem ſine afflatu & motu diuino: Et Plato dicit, Deum hominibus, quos cæteris præficit, etiam motus animorum meliores, acriores et fortiores addere: Fortitudo in Achille, Alexandro, Iulio, admirabilis illa ſapientia & ſolertia in Themiſtocle, quam deſcribit Thucydides, ſingularia Dei dona fuerunt, Qui ſicut alios oculos alijs perſpicaciores facit, Sic etiam non tantum in Eccleſia, ſed etiam in ipſa natura, ſua dona varie diſtribuit: In Eccleſiæ membris fit hæc gubernatio magis poſsibilis, cum accedit conuerſio ad Deum, & vera inuocatio impetrans auxilium Spiritus ſancti, & ſingularia dona ſpiritualia. Tunc enim hæc diligentia regendi mores, prælucente Filio Dei & fide & ducente ſancto Spiritu, eſt virtutum interiorum inchoatio, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſt opus Deo placens, iuxta hoc dictum: Si actiones carnis mortificabitis, viuetis. Vbi Paulus erudite diſcernit Ethnicam diſciplinam à Chriſtiana. Quanquam autem cogitatio & voluntas, vt dixi, non poſſunt corruptam naturam mutare, non poſſunt tollere peccatum, caliginem mentis, & concupiſcentiam, non poſſunt eijcere ex corde ſeu eradicare omnes prauos affectus, neq; veram virtutem, qualem lex Dei requirit, efficere poſſunt: tamen ſciamus aliquam libertatem regendi locomotiuam, ſeu externas actiones in homine reliquam eſſe: Sicut etſi cogitatio & voluntas non poſſunt tollere ſitim in febricitante, tamen neruis imperare poſſunt, vt manus reprimant, ne pocula ori admoueant. Eſt hæc libertas valdè quidem exigua & languida, atq; horribiliter impeditur, præſertim in impijs, tribus rebus, videlicet, humana infirmitate, contumaci, impetu, et Diabolorum impulſionibus. Sicut de Saul & Iuda ſcriptum eſt, Diabolum intraſſe in ipſos, & Paulus dicit, Diabolum in impijs efficacem eſſe: tamen non dicendum eſt, prorſus nullam eſſe libertatem regendi locomotiuam, ſeu externas actiones, Nam Deus hanc quantulamcunq; libertatem reliquã eſſe voluit, tum vt diſcrimen intelligamus inter agens liberum, & agens non liberum, tum vt diſciplina aliqua deliberatio-

ne

ne & diligentia regatur, & vt ſciamus, nos non cogi ad ſcelera externa, Sicut ſeruus Philoſophi cuiuſdam dicebat ſe fato coactum eſſe, vt furaretur. Dedit enim Deus legem prohibentē ſcelera, Et conſtituit Imperia & Magiſtratus, vt externa membra coerceant & puniant ſceleratos, atq; ceſſante magiſtratu Deus ipſe ſontes punit, vt in exemplis innumerabilibus conſpicitur: Nullus autem vſus eſſet legum & Imperiorum, ſi omnes homines ſine delectu & libertate omnia agerent, & vel honeſta, vel turpia facientes non poſſent prorſus aliter agere. Et quanquam hæc diſciplina, quæ eſt tantum aliqua externa & ciuilis iuſticia carnis haudquaquam meretur remiſſionem peccatorum, & non eſt impletio legis, & ne quidem eſt inchoatio interioris obedientiæ, tamen eſt neceſſaria, præcipue propter quatuor cauſas.

Prima cauſa eſt mandatum Dei, quia veriſſimum eſt, omnes creaturas rationales debere obtemperare Deo, & ea obedientia in ſuo genere bona eſt, & ipſis hominibus vtilis: Sicut Auguſtinus dicit: Propter honeſtam diſciplinam Romanorum Deum fortunaſſe eorum imperium.

Secunda cauſa eſt, vt vitentur pœnæ, quia regula certiſſima eſt, Atrocia delicta pu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uiuntur atrocibus pœnis apud omnes gentes, vt dicitur: Qui gladium acceperit, gladio peribit. Item, Væ qui ſpolias, quoniam ſpoliaberis, Item de libidinibus, Omnis anima quæ fecerit has abominationes, peribit de populo ſuo. Hæ comminationes ſunt vniuerſales, Ideo in omnium Gentium hiſtorijs triſtiſsima, & conſpicua exempla pœnarum extant. Ac Philoſophi & Poetæ, atq; præcipue Tragœdiarum ſcriptores talibus exemplis moti, grauiſsimas ſententias de pœnis ſcelerum ſuis ſcriptis inſeruerunt, vt Euripides inquit in Hecuba. Facienti turpia ſæuas pœnas Deus deſtinauit. Et in Oreſte, An non paterentur dira qui fecerunt dira? Apud Sophoclem in Antigone Tireſias inquit ad Creontem: Sed tu violenter iſta facis, horum vindices poſtea punituræ latent Furiæ, vt te capiant in iiſdem malis, & acclamat Chorus, Opprimunt enim pœnæ celeriter malos.

Tertia cauſa eſt, vt communi paci & tranquillitati conſulatur, quia homines naſcuntur ad conſeruationẽ ſui, & ſocietatis communis, iuxta hæc dicta: Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. Item, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Et Philoſophi rectè dicunt, quod non nobis tantum, ſed etiam amicis, & patriæ, hoc eſt, communi ſocietati naſci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

naſcimur: Vult itaq; Deus vt ſeruiamus publicæ ſocietati, ne eam turbemus vita diſſoluta & turpi, ne ſimus publica ſcandala & piacula, & cauſa publicarum calamitatum.

Quarta cauſa eſt, quia lex eſt Pædagogus in Chriſtum, et ſi diſciplina non tollit peccatum, nec eſt meritum reconciliationis: tamen ſit eò directa, vt homines doceri poſſint de Filio Dei, tollente peccata, mediatore & reconciliatore: Scimus enim Filium Dei, & vocem Euangelij non eſſe efficacem in his, qui perſeuerant in ſceleribus contra conſcientiam, de quibus Paulus dicit, quod circa fidem naufragium faciant.

CAPVT OCTAVVM.

DE DISCRIMINE VIRTVTVM PHILOSOphicarum & Chriſtianarum.

ILluſtre & proprium diſcrimen virtutum Philoſophicarum & Chriſtianarum monſtrant hæc dicta: Si Spiritu actiones carnis mortificabitis, viuetis: Qui Spiritu Dei ducuntur, hi ſunt Filij Dei: Si quis Spiritum Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſti non habet, hic non eſt ipſius: Et Chriſtus inquit, Sine me nihil poteſtis facere.

Atq; de cauſa finali præcipua dicitur 1. Corinth. 10. Quidquid facitis, omnia ad gloriam Dei facite: Itaq; in cauſarum conſideratione conſpicitur differentia. Foris videntur ſimiles virtutes, caſtitas Scipionis, & caſtitas Ioſephi: Iuſticia Rhadamanti ſeu Ariſtidis, & iuſticia Samuelis in iudicando: fortitudo Hectoris, & fortitudo Dauidis: ſed intus cauſæ ſunt diſsimiles.

Philoſophicarum virtutum cauſæ efficientes principales ſunt mens recte iudicans, ſecundum legem naturæ, aut præſcriptam, & voluntas obtemperans, Accedunt cauſæ minus principales, impetus naturalis, doctrina, & aſſuefactio faciens habitum: Cauſæ finales ſunt ipſa pulchritudo virtutis, ſicut dicitur, virtus propter ſe expetitur: Item gloria ſeu bona fama, vtilitas publica vel priuata, vitatio pœnarum, & in multis etiam conſcientiæ tranquillitas, de qua Socrates grauiſsime diſputat. Sic in Scipione abſtinente à ſponſa Allucij Hiſpani & à crudelitate, cauſæ ſunt eius honeſtæ actionis, Mens iudicans inhoneſtū & iniuſtum eſſe, ſtuprare alterius ſponſam, & exercere crudelitatem in victos, & conſiderans caſtitatis & continentiæ pulchritudinem.

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& contrariorum vitiorum deformitatem, atq; incommoda & pœnas, quæ ſequerentur, ſi libidini & voluptati indulgeret. Alienantur enim animi & voluntates hominum à ducibus & gubernatoribus propter crudelitatem & libidinem, & non tantum conſcientia ac fama læditur, ſed etiam fortuna corrumpitur ſceleribus, quia exempla oſtendunt libidines & crudelitatem gubernantium atrocibus pœnis puniri: His rationibus mota & aſſentiens voluntas Scipionis antefert continentiam & clementiam, domat effectus, & imperat externis membris, vt ſe contineant, & regi ſinant: Adiuuatur etiam Scipio heroico impetu, (ſicut dicitur, nullam eſſe excellentem virtutem ſine diuino inſtinctu) honeſta educatione, aſſuefactione & doctrina. Ita Hector forti animo dimicat pro parentibus, regno paterno, patria, quia mens iudicat honeſtum & dignū Filio regio, atq; iuſtum eſſe pugnare, & adducere vitam in periculum, vt patria, parentes & regnum paternum defendatur, & arceatur à miſera multitudine hoſtilis violentia Græcorum: conſiderat pulchritudinem heroicæ fortitudinis, & non tantum priuatam, ſed multo magis publicam vtilitatem, ſi poßit vincere, Gloriam & illuſtrem famam, etiam poſt fata manentem, Et contra cogitat, quanta ſit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſequutura ignominia, ſi ob ignauiam arma abijciat in præſenti & publico periculo, Voluntas mota iudicio mentis aſſentitur, & obtemperat, & alacriter ſubit pericula, ac imperat locomotiuæ, ac membris, vt ſumant arma & fortiter prælientur: Accedit & impetus heroicus, qui in alijs eſt acrior, quam in alijs, & adiuuatur ille impetus militari arte, & exercitijs, Sicut Regum & Principum filij à pueritia ad militiam exerceri ſolent. Similiter de iuſticia Rhadamanti aut Ariſtidis: de temperantia Socratis aut Platonis alijſq; Philoſophicis virtutibus dicendum eſt.

Sed valde diuerſa ratio eſt virtutum Chriſtianarum, quæ ſunt fructus fidei, & effectus Spiritus ſancti, donati credentibus à Deo patre, per & propter Filium Ieſum Chriſtum. vt in eis exuſcitet nouos motus, placentes Deo, quos homo non regeneratus carens fide ſine Chriſto & auxilio Spiritus ſancti efficere non poteſt.

Cauſa Chriſtianarum virtutum ſunt, Spiritus ſanctus mortificans carnem, regenerans & accendens per verbum in homine nouam lucem, fidem, agnitionem Dei, & voluntatis eius, ac regens & gubernans mentem, vt in fide iuxta Dei verbum cogitet, iudicet ac eligat, ac voluntatem mouens & gubernans,

vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vt in fide iuxta Dei verbum obtemperet: Deinde mens à ſancto Spiritu renouata, docta ac illuminata, rectę cogitãs & iudicans iuxta Dei verbum, & voluntas à Spiritu ſancto renouata, gubernata & mota, obtemperans iuxta Dei verbum. Sic Auguſtinus inquit. Aguntur Spiritu Dei ſancti, vt agant, non, vt ipſi nihil agant. Et accedunt, doctrina, inſtitutio Chriſtiana, ac pietatis exercitia, ſicut ſcriptum eſt, Exerce te ad pietatem, 1. Timo. 4. In hac recitatione apparet, cur virtutes Chriſtianæ in Epiſtola ad Hebræos cap. 11. ex fide oriri dicantur, & ad fidem referantur, & cur effectio virtutum Chriſtianarum Spiritui ſancto tribuatur in ſcriptura, ſicut Galat. 5. ſcribitur: Fructus ſpiritus ſunt Gaudiũ, pax, patientia, benignitas, bonitas, manſuetudo &c. Etſi vero non minus valet iudiciũ mentis, nec minor eſt libertas regendi locomotiuam in ſanctis, quam in Ethnicis: tamẽ ambabus manibus retinenda eſt ſententia Chriſti, ſine me nihil poteſtis facere, Sicut præclarè Marcus Heremita dixit, Quoties aliquid virtutis feceris, memor ſis eius, qui dixit: Sine me nihil poteſtis. Nec diſcedendũ eſt à Pauli dicto Phil. 1. Deus eſt, qui operatur in nobis & velle & perficere pro voluntate. Præit Sanctus ſpiritus ſua gratia, et adeſt ſuo auxilio ſanctis, etiam in rectione lo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

comotiuæ, gubernans cogitationes, motus & actiones verbo Dei, ſicut prolixè explicatur Pſalm. 119. adiuuans imbecillitatem, mortificans carnis affectus & impetus, impediens Diaboli conatus, ne ſancti contra conſcientiam ruant in ſcelera, ſed vt adiuti ipſius gratia & auxilio præſtent Deo obedientiam. Quæ etſi adhuc eſt imperfecta obedientia propter carnis infirmitatem & inhærens peccatum, tamen placet Deo per fidem in Chriſtum. Cauſa finalis præcipua & prima eſt Gloria Dei, ſicut 1. Corinth. 10. ſcriptum eſt. Quidquid facitis, omnia ad Gloriam Dei facite. Et Chriſtus inquit: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificetur pater veſter, qui in cœlis eſt. Cum hac coniunctæ ſunt aliæ cauſæ finales præcipuæ, videlicet, vt in fide præſtetur Deo obedientia, iuxta ipſius mandata, de dilectione Dei & proximi, ne amittatur gratia Dei, & promiſsio vitæ æternæ, ne excutiatur Spiritus ſanctus, fides, & bona conſcientia, quæ in inuocatione eſt neceſſaria, vt non afficiatur contumelia Filius Dei, verbum, & miniſterium Euangelij & Eccleſia, vt vitentur ſcandala, & ne noſmetipſos excludamus ex promiſsionibus præmiorum, ac ſubijciamus comminationibus pœnarum, nec ſimus piacu-

la &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

la & cauſæ publicarum calamitatum: Ad has principales poſſunt poſtea accedere ordinatæ aliæ cauſæ finales, minus principales, ſi modo principales non deſtruant, videlicet ordinata appetitio bonæ famæ, ſeu gloriæ, beneuolentiæ & iuſti præmij.

Hæc recitatio cauſarum facilime ad exempla accommodari poteſt. Ad continentiam Ioſephi, ad liberalitatem Abrahæ, ad iuſticiam Samuelis, ad fortitudinem Dauidis, quæ virtutes etſi videntur ſimiles virtutibus Philoſophicis ſeu Ethnicis, tamen ab eis differunt propria, &, vt Dialectici inquiunt, ſpecifica differentia: Quia in Sanctis ſunt opera fidei, & effectus ſancti Spiritus, habitantis in ipſis, illuminantis & regentis ipſorum mentē, cor, voluntatem, membra, cogitationes & actiones, vt victis per ipſius gratiam tentationibus Diaboli, mundi, & carnis propriæ, militent bonam militiam retinentes fidem & bonam conſcientiam, Item, monſtrantis alias cauſas finales, quas Ethnici & Philoſophi carentes Spiritu ſancto non intelligunt. Hanc differentiam virtutum explicant ſententiæ in principio huius capitis allegatæ. Et vox Dauidis de ſua fortitudine, quam ratio humana iuxta externam ſpeciem non diſtinguit à fortitudine Ethnici Herois, annotatione digna eſt,

qua

qua ſuam fortitudinem fatetur eſſe opus Dei, iuxta dictum Chriſti, Sine me nihil poteſtis facere, diſtinctum à fortitudine Hectoris, aut alterius herois, ita enim inquit Pſalm. 144. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum. Ad hanc conſiderationem differentiæ inter virtutes Philoſophicas & Chriſtianas referri debent exempla, quæ recitat Paulus ad Hebræos 11. quibus docet & demonſtrat Chriſtianarum virtutum propriam, ſeu vt loquuntur Scholæ, ſpecificam differentiam eſſe fidem, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo.

CAPVT NONVM,

DE TRIPLICI VSV LEGIS DIVINÆ, SEV Decalogi.

Retinenda eſt vſitata doctrina Catechiſmi de triplici vſu Decalogi.

Primò, docetur Decalogus ſeu lex Dei Moralis propter diſciplinam, nimirum vt homines erudiantur, & coerceantur. Hic vſus vocatur Pædagogicus ſeu politicus, & non tantum ad eos pertinet, qui ſunt in cœtu Ec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cleſia, ſed ad omnes homines, etiam Ethnicos. Vult enim Deus doceri omnes homines de virtutibus, & vult coerceri omnes homines honeſta diſciplina, ne committant externa delicta, & punit ipſe, & vult voce miniſterij Eccleſiaſtici, & officio politico, & œconomico & Scholaſtico, puniri omnes, qui ſceleribus diſciplinam violant. Ac ſciendum eſt, contumacem violationem diſciplinæ eſſe peccatū mortale, quod in illis, qui non conuertuntur fide, æterna morte punitur, Sicut eſt ſcriptum Gal. 6. Qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Huius vſus Pædagogici ſeu Politici miniſtri ſunt.

Primo concionatores, qui voce Decalogi docent virtutes, ac repræhendunt peccata, & denunciant peccatoribus iram Dei, & comminationes æternarum pœnarum & temporalium, illoſq́, qui ſunt publica ſcandala, per legitimum Eccleſiæ iudicium excommunicant.

Secundo ſunt huius vſus miniſtri pædagogi in ſcholis.

Tertio patres ac matresfamilias in Oeconomijs.

Quarto magiſtratus in communitatibus, & ſocietatibus. Magiſter enim in ſchola de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ia debet proponere doctrinam de virtutibus Decalogi, & verbis & virgis caſtigare delinquentes: Sic paterfamilias liberos & familiam ſuam ad virtutem erudire, & ſua autoritate coercere & caſtigare debet: Magiſtratus debet eſſe cuſtos decalogi in ſocietate publica, quod ad externam diſciplinam attinet, non ſolum conſeruatione Decalogi & promulgatione legum, cum Decalogo conſentientium, ſed etiam publicis pœnis. Sicut ſcriptum eſt Gen. 9. Qui ſanguinem humanum effuderit, per hominem fundetur ſanguis ipſius. Deutero. 19. Auferes malum, vt audientes reliqui timorem habeant, non miſereberis eius, & Paulus inquit. Rom. 13. Magiſtratus non ſine cauſa gerit gladium, nam miniſter Dei eſt, vindex in iram, ei qui male agit.

Secundus vſus legis eſt ſpiritualis: Sicut Paulus dicit Roma, 7 Lex ſpiritualis eſt. Eſt enim lex perpetuum & vniuerſale Dei iudicium, requirens ab omnibus hominibus non tantum politicam obedientiam externorum membrorum, ſed perfectam imaginem Dei, & perfectam conformitatem interiorum & externarum virium, & omnium ſenſuum & operationum cum voluntate Dei, & monſtrans, & accuſans totam prauitatem corru-

pta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

pta naturæ, ac omnia peccata interiora & exteriora, & propterea omnibus hominibus denuncians commmationem, iræ Dei, & ſententiam maledictionis diuinæ, & æternæ condemnationis, ſi non accipiant condonationem per vnigenitum Dei Filium Ieſum Chriſtum, mediatorem & redemptorem noſtrum. Hic vſus eſt ignotus Philoſophis, & tantùm in Eccleſiæ doctrina de pœnitentia traditur. Sicut Paulus in Epiſtola ad Rom. dicit. Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum. Item, Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Item, Per legem eſt agnitio peccati, lex iram operatur, litera occidit, Lex eſt miniſterium mortis: Et in contritione ſinguli aliqua initia, huius iudicij Dei, per legem reuelati, ſentimus, vbi diſcimus lege non iuſtificari hominem, ſed accuſari, iuxta dictum, Lex iram efficit. Semper autem de fine huius vſus repetendum eſt dulciſſimum dictum ad Gal. 3. Concluſit omnes ſub peccatum, vt omnium miſereatur, hoc eſt, Deus per legem reuelat, accuſat & damnat peccata omnium hominum, ſeu vt Iohannes inquit, ἀνομίαν, non vt homines deſperent & pereant in deſperatione, ſicut Cain & Iudas: ſed vt ad thronum gratiæ confugiant, & fide petant miſericordiam propter Chriſtum, Sicut

etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

etiam dictum manet eiuſdem capitis, Lex eſt Pædagogus in Chriſtum, vt fide iuſtificemur.

Tertius vſus eſt in his, qui ſunt renati & iuſtificati per fidem in Ieſu Chriſto, etſi enim hi ſunt liberati à lege, ne ipſos damnet, tamen opus eſt illis adhuc doctrina legis tripliciter.

Primo quod ad doctrinam attinet, Opus eſt enim & iuſtis verbo Dei, vt ſciant, qui cultus, & qualia opera Deo placeant, ne excogitent cultum ſine verbo, quemadmodum Monachi. Ideo Deutero. 12. dicitur. Quod præcipio tibi, hoc tantum facias Domino. Et in Ezech. cap. 10. inquit Deus, In præceptis meis ambulate, & Dauid dicit. Lucerna pedibus meis, verbum tuum: Atq; ſententia diuina: Fruſtra me colunt mandatis hominum, diſerte repræhendit cultus ſine verbo, opinione humana excogitatos.

Secundo, Quod attinet ad vetuſtatem carnis, & reliquias peccati manentes in carne, donec hæc vita manet: Neceſſe eſt vetuſtatem carnis & reliquias peccati ſemper argui, & coerceri, etiam in renatis, vt ſemper & fit, & creſcat vera pœnitentia, & ſeria petitio remiſſionis peccatorum, in quotidiana

inuo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

innocatione, Ideo etiam renatis aßidua doctrina & voce legis opus eſt, ne langueſiat & extinguatur agnitio peccati & pœnitentiæ, facilime enim homo ſit ſecurus & contemptor peccati ac pœnitentiæ, ſilente voce legis.

Tertio quod ad obedientiam attinet, nam etſi ſimus liberi à lege ne damnet credentes in Chriſtum, tamen non tollitur obligatio obedientiæ, nec conceditur licentia ad inobedientiam, ſed manet ordinatio & voluntas Dei, vt homo Deo creatori & redemptori obtemperet. Hoc debitum etiam in iuſtificatis manet, ſicut Chriſtus inquit: Hoc eſt mandatum meum, vt diligatis vos inuicem, Et Paulus dicit, Roma. 6. Debitores ſumus. Item, Liberati à peccato ſerui facti eſtis iuſticiæ & Deo. Et notum eſſe debet omnibus Chriſtianis illuſtre dictum ad Epheſios 2. Gratia ſeruati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur: Ipſius enim factura ſumus, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus: Imo datur renouatis ſanctus ſpiritus, vt ſcribat legem in cordibus ipſorum, & inchoet in ipſis nouam obedientiam, iuxta legem & voluntatem Dei, quæ obedientia etſi eſt in ſanctis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſpontanea, & voluntaria, licet ſit imperfe-
cta, tamen eſt debita. Ideo Paulus Roma-
norum tertio dicit: Legem non aboleri, ſed ſta-
biliri per fidem.

CAPVT DECIMVM.

DE CAVSIS PROPTER QVAS BONA OPERA facienda ſunt.

Bona opera nullo modo faciunt hominem iuſtum coram Deo, neq; vlla cauſa ſunt ſalutis & vitæ æternæ. Ideo reijcitur forma loquendi, Bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem. Sed non minus etiam repudiendæ ſunt iſtæ formulæ loquendi, quod bona opera non ſint neceſſaria, & quod bona opera obſint ſaluti. Tenenda eſt itaq; ſimplex & ſincera doctrina, de bonis operibus, quam monſtrat Spiritus ſanctus in ſcriptura ſacra, videlicet obedientiam ſeu bona opera eſſe debita, ſicut Paulus Roma. 8. dicit: Fratres debitores ſumus: Et Roma. 6. Serui eſtis iuſticiæ & Dei. Item, Roma. 13. Oportet eſſe ſubditos propter conſcientiam. Et quidem abijcientes bonam conſcientiam etiam circa fidem naufragium faciunt 1. Timoth. 1. Sunt itaq; bona opera neceſ-

ſaria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſaria, quia ſunt debita, neq; intelligatur neceſſitas calumnioſe, de coactione tyrannica, neq; de cauſa ſalutis, ſed de veris cauſis, propter quas à iuſtificatis ſeu renatis noua obedientia bonorum operum præſtari debet.

Primo, neceſſaria eſt noua obedientia bonorum operum propter mandatum Dei, cuius obedientiam non tollit aut ſoluit Chriſtus, aut fides in Chriſtum, ſicut Paulus dicit: Lex non abrogatur ſed ſtabilitur per fidem, Roma. 3. Et Dominus inquit Iohannis 13. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Et Matth. 5. Non veni ſoluere legem, ſed implere. Implet autem Chriſtus quatuor modis legem.

Primo, ſua integra obedientia, ſicut ſcriptum eſt, Peccatum non fecit. Item, Quis arguet me de peccato. Item, Et factus eſt obediens patri, Philip. cap. 2.

Secundo, Suſtinendo pœnam, & perſoluendo pro nobis, quia ipſe innocens ſine peccato, pro nobis victima factus eſt, iuxta dictum. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Tertio, Effectiuè implet legem, quia ipſe inſtaurat humanam naturam, & dat Spi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ritum ſanctum, & vitam æternam, vt rurſus in homine exiſtat vera obedientia, quæ hic inchoatur, & perficitur in reſurrectione, & erit æterna, ſicut dicitur: Dabo Legem meam in corda eorum: vbi diſertè dictum eſt, meam legem, vt ſciamus nouam & æternam vitam, verè eſſe ſapientiam, iuſticiam, obedientiam congruentem ad ipſam legem.

Cùm igitur dicitur Chriſtum legem implere, etiam hic gradus complectendus eſt. quod videlicet efficiat dato Spiritu ſancto, vt in nobis vera, integra & æterna obedientia reſtituatur, Et quia dicit, Legem meam, ſatis intelligi poteſt, Legem moralem eſſe æternam ſapientiam in mente diuina, quia non vult eam deleri, ſed vult eam inſtituere in hominum cordibus. Non eſt igitur abolita, ſicut abijcitur Calendarium præteriti Anni, aut lex aliqua abrogata, in politijs, vt aliqui inſulſe exiſtimant.

Quarto, Implet Chriſtus legem docendo, ſeu ſanciendo ſeu repetendo Decalogum. Etſi enim non eſt miſſus, vt ſit legislator tanquam Moiſes: tamen ipſe quoq; legē repetit et enarrat, & detergit Phariſaicas ſordes, quibus hypocritæ legem corrumpunt, vt teſtetur ſe eam non abolere ne fiat, ſed proponere eam vt peccata arguat, & doceat quæ opera Deus

poſtu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

poſtulet, & teſtetur nouam obedientiam iuxta Normam Decalogi eſſe neceſſariam.

Secunda cauſa eſt, quare Noua obedientia eſt neceſſaria, quia eſt immotus ordo, vt creatura ſuo creatori obtemperet, ſicut Angeli boni obtemperant Deo, & vt redemptus gratus ſit ſuo redemptori: & hic ordo quoq; vtroq; modo vocatur debitum, nec deſtruitur hic ordo, ſed ſtabilitur in regeneratione ſeu iuſtificatione fidei: Hæc ſecunda cauſa neceſſitatis primæ eſt cognata. Sint itaq; ſemper in conſpectu hæc dicta ſcripturæ, quod præcipuè ad conſiderationem vtriuſq; cauſæ pertinent. Epheſ. 2. Dei opus ſumus conditi per Chriſtum ad bona opera, quæ præparauit Deus, vt in eis ambulemus, Roma. 6. Sepulti ſumus cum Chriſto per Baptiſmum in mortem, vt, quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ne igitur regnet peccatum in mortali veſtro corpore, vt obediatis illi per concupiſcentias eius. Neq; accommodetis membra veſtra arma iniuſticiæ peccato, ſed accommodetis voſmetipſos Deo, velut ex mortuis viuentes & membra veſtra arma iuſticiæ Deo. Roma. 6. Nulla eſt condemnatio his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non iuxta carnem ambulant, ſed iux-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſecundum carnem ambulant, ſed iuxta Spiritum, Fratres, debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus, Nam ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini, Quod ſi ſpiritu facta carnis mortificabitis, viuetis. Tit. 2. Illuxit gratia Dei ſalutifera omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegata impietate, & mundanis concupiſcentijs ſobriè, iuſtè & piè viuamus in præſenti ſeculo, expectantes beatam illam ſpem & illuſtrationem gloriæ magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret ſibi populum peculiarem, factorum bonorum operum. Hæc loquere & hortare, & argue cum omni præcipiendi ſtudio. 2. Petri 1. Ideo vos curam omnem adhibentes præſtate in fide veſtra virtutem, in virtute ſcientiam, in ſcientia continentiam, in continentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem fraternum, in amore fraterno charitatem. Hæc enim ſi vobis adſint, non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitionem. Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt & captus oculis, oblitus purgationis veteris ſuorum delictorum. Quapropter Fratres magis ſtudete, vt certam veſtram vocationem & electionem faciatis.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæc enim facientes non labimini; Sic enim abundanter præſtabitur vobis introitus in Regnum Dei, Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc, inquam, & ſimilia ſcripturæ dicta ſemper ſint in conſpectu, ne opinemur Chriſtianam libertatem tollere debitum obedientiæ, & concedere licentiam viuendi, & agendi ſecundum carnis libidinem. Scriptum enim eſt: Si ſecundum carnem viuetis, moriemini.

Tertia cauſa. Veram conuerſionem ſeu fidem prælucentem in vera pœnitentia, ſeu ipſam donationem Spiritus ſancti in vera conuerſione, ordine cauſæ & effectuum ſequuntur bona opera nouæ obedientiæ, Sicut grauiter concionatur Chriſtus, Matth. 7. Omnis arbor bona, bonos fructus facit, non poteſt arbor bona malos fructus facere. Et Dauid vtitur eadem ſimilitudine. Pſalm. 1. Vir beatus ſeu pius eſt tanquam arbor plantata ad riuos aquarum, quæ fructus ſuos dat in tempore ſuo. Paulus ad Galat. inquit: Fides per Charitatem operatur. Item fructus Spiritus ſunt, Charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, temperantia.

Etſi autem hic ordo cauſæ & effectuum eſt ſpontaneus, tamen nihilominus mandato exigitur, ſicut dicit Baptiſta, Lucæ 3. Facite

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

fructus dignos pœnitentia. Et Chriſti præceptum ad omnes conuerſos pertinet: vade, noli amplius peccare, Iohan. 5. & 8. Item, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos inuicem.

Quarta cauſa propter quam bona opera nouæ obedientiæ ſunt neceſſaria, eſt neceſſitas bonæ conſcientiæ, qua amiſſa ſimul etiam amittitur fides & Spiritus ſanctus, & non poteſt fieri inuocatio vera. Ideo præcipit Paulus Timotheo, vt militet bonam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam, quia abijcientes bonam conſcientiam etiam circa fidem naufragium faciunt, 1. Timoth. 1. & 1. Corinth. 3. inquit: An neſcitis, quod templum Dei eſtis vos, & ſpiritus Dei habitat in vobis? ſi quis templũ Dei prophanat, hunc perdet Dominus. Atq́ de inuocatione ſunt illuſtria dicta, 2. Timoth. 2. Diſcedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini, 1. Timoth. 2. Volo viros orare in omni loco ſuſtollentes puras manus abſq́ ira & diſceptatione, 1. Iohan. 3. Si cor noſtrum non condemnat nos, fiduciam habemus erga Deum, & quicquid petierimus ab eo, accipiemus, quoniam præcepta eius cuſtodimus, & quæ placita ſunt coram eo, facimus. Exemplum huius annotationis de bona conſcientia in inuocatione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tione extat Pſalm. 7. ubi Dauid in inuocatione teſtimonium allegat bonæ conſcientiæ: Domine Deus meus, ſi feci illud, ſi eſt iniquitas in manibus meis, ſi retribui malum pacifico meo, ſi ſpoliaui inimicum meum ſine cauſa, perſequatur inimicus animam meam, & compræhendat & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem redigat. Iudica me Domine ſecundum iuſticiam meam, & ſecundum innocentiam meam.

Sit etiam in hac conſideratione in conſpectu grauiſſima ſententia Dei, quæ extat Eſaiæ 51. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, et peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne audiret.

Quinta cauſa eſt, quia bona opera nouæ obedientiæ ſunt teſtimonia fidei & innouationis noſtræ, tum nobis ipſis tum alijs. Sicut econtra mala opera ſunt teſtimonia incredulitatis. Sic 1. Iohan. 3. ſcriptum eſt: Filioli nemo vos ſeducat, qui facit iuſticiam, iuſtus eſt, in hoc manifeſti ſunt Filij Dei, & filij Diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo, Et, qui non diligit fratrem ſuum. Item, Nos ſcimus quoniam translati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, qui non diligit manet in morte. Et Iohan. 13. inquit Chriſtus: In hoc cognoſcent omnes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quia Diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis inter vos.

Sexta, Neceſſaria ſunt bona opera propter ordinatos fines, id eſt, ad gloriam Dei, hoc eſt, vt & nos glorificemus Deum, & alij quoq; bonis noſtris operibus inuitentur ad glorificationem Dei, non præbeatur illis occaſio propter noſtra mala opera contumelia afficiendi nomen Dei. Item, vt ornetur doctrina, miniſterium & profeſſio Euangelij, Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. 2. Corinth. 5. Vt per multos agantur gratiæ Deo. 1. Timoth. 6. Ne nomen Dei & doctrina malè audiant.

Septima cauſa, ſunt promiſſæ benedictiones ſeu præmia, quæ promittuntur cuſtodientibus pietatem, & vitatio pœnarum. Eſt enim Dominus Deus noſter fortis Zelotes, viſitans iniquitatem eorum, qui oderunt ipſum, Et diligentibus ipſum benè faciens. Et illuſtre eſt dictum Apoſtoli Pauli, 1. Timoth. 4. Exerce te ad pietatem, Nam pietas ad omnia vtilis eſt, habens promiſsiones huius & futuræ vitæ. Hanc cauſam illuſtrant multæ ſenſentiæ ſcripturæ, & exempla omnium hiſtoriarum ac vniuerſalis experientiæ. Extant

inſignes

inſignes loci de præmiſs obedientiæ, & pœnis inobedientiæ, Leuit. 26. Deut. 7. 27. vbi expreſſè dicitur: Ecce propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem & maledictionem. Benedictionem, ſi obedieritis mandatis Domini Dei noſtri, quæ ego hodie præcipio vobis: Maledictionem, ſi non obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via, quam ego nunc oſtendero vobis. Nec eſt impium in exercitijs nouæ obedientiæ ordinatæ etiam ad promiſſa præmia reſpicere, ſicut de Moſe ſcriptum eſt Heb. 11. Reſpiciebat ad remunerationem.

Octaua cauſa, Propter proximos etiam ſunt neceſſaria bona opera, vt eos non ſcandalizemus ſeu offendamus malis exemplis, ſed bonis exemplis inuitemus ad amorem pietatis, ſicut Paulus præcipit Timotheo: Typus eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Et de ſcandalo grauiſſimè dicit Chriſtus Matth. 18. Væ homini illi, per quem ſcandalum venit, qui ſcandalizauerit vnum de puſillis, qui in me credunt, expedit ei &c.

Nono, Neceſſaria eſt obedientia bonorum operum etiam propter hunc finem, vt ſit honeſta diſciplina & tranquilla ſocietas & benigna communicatio mutuorum beneficio-

rum,

rum beneficiorum & officiorum, in hac vita, ſine quibus eſſet belluina vita hominum. Hæ cauſæ ſæpe ſunt repetendæ & in docendo, & in priuatis meditationibus, vt de debito nouæ obedientiæ rectè ſentiamus, & ad eius amorem excitemur.

CAPVT VNDECIMVM.

DE DISCRIMINE INTER PECCATVM POLIticum, Philoſophicum & Theologicum.

PEccatum communi vſu linguæ latinæ ſignificat errorem, vel delictum contra officium admiſſum, Quia autem de officio aliter præcipiunt Iureconſulti, aliter diſputant Philoſophi, multò verò aliter de integritate naturæ & obedientia, quam lex Dei requirit, docent Theologi, ideo quoq; diſcrimen conſtituendum eſt inter peccata, quæ puniunt Iureconſulti & Magiſtratus, & quæ Philoſophi repræhendunt, & quæ arguit & damnat doctrina legis diuinæ in Eccleſia.

Iureconſultorum & Magiſtratuum leges tantum de externa diſciplina præcipiunt, ideoq; in politia virtus eſt externa obedien-

tia

tia iuxta leges, hanc qui præſtat, bonus vir, ſeu bonus ciuis eſſe iudicatur.

Sic quoq; peccatum politicum eſt externa violatio politicæ diſciplinæ, quod proprie ſcelus dicitur, à quo ſcelerati nominantur, qui externis actionibus contra leges diſciplinæ agunt, & pœna digni ſunt, vt periuri, ſeditioſi, homicidæ, adulteri, fures, raptores, & ſimiles. Politica regula eſt: Cogitationis pœnam nemo patitur, ſcilicet, quatenus manet cogitatio tantum, nam incendiarius ſuam cogitationem minis prodens punitur propter minas.

Philoſophica præcepta non tantum requirunt externam diſciplinam, ſed etiam προαίρεσιν ad rectè faciendum, & interiorem quandam affectuum, & actionum moderationem.

Itaq; virtutem Philoſophi definiunt, quod non tantum ſit externa actio honeſta, ſed quod ſit habitus voluntatis bonus, inclinans voluntatem ad agendũ ſecundum rectam rationem. Exempli gratia.

Iuſticia politica eſt actio ſuum cuiq; tribuens.

Sed iuſticia Philoſophica eſt conſtans, & perpetua voluntas ſuum cuiq; tribuens, vel nemini iniuriam faciens. Sic etiam peccatum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in Philoſophia non tantùm vocatur externa actio ſcelerata, ſed etiam affectuum contumacia contra rectam rationem, quemadmodum manifeſtum eſt, Philoſophos etiam odia & iram iniuſtam reprehendere, quæ magiſtratuum legibus non puniuntur, donec non erumpunt in externas actiones. Vocatur itaq; peccatum in Philoſophia vitium, idq; hoc modo definitur, Quòd ſit habitus voluntatis malus, inclinans ad agendum contra rectam rationem.

At Lex Dei non tantùm requirit externa facta, aut illam diligentiam Philoſophicam frenandorum affectuum, ſed requirit vt natura integrè ſit conformis imagini & voluntati Dei, quæ in Lege expreſſa eſt, & præſtet integram obedientiam ex toto corde, ex tota anima & ex omnibus viribus.

Itaq; peccatum in Theologia vocatur non tantùm actio ſcelerata, neq; tantùm affectuum internorum contumacia, ſed tota ἀνομία, vt Iohannes inquit, hoc eſt, quicquid in homine eſt, quod cum lege Dei non conſonat, ſeu cum lege Dei pugnat, ſiue ſit defectus & malum in ipſa natura, ſiue in actionibus externis & internis, hoc eſt, in affectibus ſenſuum, cogitationibus, ſermonibus aut operibus. Atq; peccatum definiunt hoc modo:

Peccatum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Peccatum eſt defectus, vel inclinatio, vel actio pugnans cum lege Dei, offendens Deum, damnata à Deo, & faciens reos æternæ iræ, & æternarum pœnarum, niſi fiat remiſſio, ſicut in ſententia Legis dicitur: Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.

CAPVT DVODECIMVM.

DE PECCATI CAVSIS.

Firmo aſſenſu & ſine omni dubitatione retinenda eſt immutabilis ſententia, Deum non eſſe cauſam peccati, ſicut ſcriptum eſt in Geneſi: vidit Deus omnia quæ fecerat & erant valde bona. Et Pſal. 5. Non Deus volens iniquitatem tu es. Deus eſt ſolus & totus bonus, & non vult nec approbat peccatum, ſed illud prohibet & punit temporalibus & æternis pœnis. Ideo luce clarius eſt, Deum nec creatione, nec creaturarum ſuſtentatione, ac gubernatione, nec prædeſtinatione, nec prouidentia, nec præuiſione, nec determinatione, nec ordinatione fati, nec tentatione, nec alio quocunque modo eſſe cauſam & authorem peccati, aut creaturam ad peccandum mouere, aut impellere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

impellere. Reÿciendæ ſunt itaq; omnes diſputationes, quibus quacunq; ratione peccatorum cauſa ad Deũ refertur oppoſitione huius dicti: Non Deus volens iniquitatem tu es. Si Deus non vult peccatum vel iniquitatẽ, ergo nec iniquitatẽ facit. Omnia enim quæcunq; voluit, fecit in cœlo & in terra.

Quanquam autem etiã rationis lumen aliquo modo intelligit abſurdiſſimè Deo, qui eſt ſummum bonum, aſſcribi cauſam malorum, ſicut Euripides inquit: Dij ſi turpe faciunt, non ſunt Dij. Et Plato in definitione Dei inquit: Deum eſſe mentẽ æternam, cauſam boni in natura. Atq; in 2 de legibus: Omni contentione pugnandum eſt, ne quis in ciuitate, quæ bene regi debet, vel dicat vel audiat, ſiue ſenex, ſiue iuuenis, ſiue in poemate, ſiue in alio ſermone, Deum eſſe alicui cauſam malorum, quia hoc neq; ſanctè ita dici poteſt, neq; vtile eſt ciuitati, neq; ſecum conſentit in explicatione. Hoc quanquam aliquo modo mens humana intelligit, tamen quia eſt magna petulantia ingeniorum, neceſſe eſt vt omnibus labyrinthis argumentationum anteponamus immutabilem veritatem ſacræ ſcripturæ, quæ aſſeuerat, Deum nec facere, nec velle, nec approbare peccatum, ſed illud prohibere, odiſſe & punire, Diſcerni itaq; debent opera Dei à peccato, & quæri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quæri debent cauſæ peccati extra Deum, & extra Dei actiones, quia vt Auguſtinus inquit: Nimis impius & indoctus eſt, qui vicium naturæ non diſcernit ab authore naturæ. Sunt autem cauſæ peccati, voluntas Diaboli, & volũtas hominis, ſua libertate & ſponte ſe auertentis à Deo, & obedientis Diabolo, Deo nec volente nec approbante illam auerſionem, & actionem malam. Sic deſcribuntur cauſæ peccati, Gen. 3. Diabolus ſeducit aſtutia ſua Euam, vt contra mandatum comedat de pomo. Eua voluntate libera auertit ſe à Deo, & à mandato Dei, concupiſcit pomum, & de ipſo comedit, atq; Adam facit ſimiliter. In iſto primo exemplo lapſus humani, manifeſte oſtenduntur cauſæ peccati. Et conſentiunt alia ſcripturæ dicta, quæ de peccatorum cauſis loquuntur, vt Iohan. 8. Vos ex patre Diabolo eſtis, & vultis deſiderijs patris veſtri obſequi, ille eſt homicida & mendax, & eius rei pater. 1. Iohan. 3. Qui facit peccatum ex Diabolo eſt, quia Diabolus ab initio peccat, 1. Iohan. 2. Concupiſcentia carnis non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Iacob. 1. Nemo cum tentatur, dicat ſe à Deo tentari, Nam Deus vt malis tentari non poteſt, ita ipſe neminem tentat, vnuſquiſq; autem cum tentatur à concupiſcentia ſua illectus ineſcatur. Deinde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

concupiſcentia, cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem.

Hac ſententia conſtituta, quod Deus non ſit cauſa peccati, manifeſtè ſequitur, peccati cauſas non eſſe ordinatas à Deo ad neceſſitatẽ talis euentus, neq; per creationem, neq; per prædeſtinationem, neq; per prouidentiam & præuiſionem, neq; per determinationem, neq; per ordinem ſeu conuectionem cauſarum, quam Stoici fatum appellant.

CAPVT XIII.

DE DIVISIONIBVS PECCATI.

PRima diuiſio hæc eſt. Aliud eſt & nominatur peccatum Originale aliud actuale peccatum.

Originale ab origine nomen habet, quia per vnum hominem intrauit in mundum, & ab Adamo vſq; per traducem immundi ſeminis, vt Iob inquit, ſeu per generationem carnalem propagatum eſt, propagatur & propagabitur in omnes homines, excepto vnico & ſolo Deo, & homine Domino noſtro Ieſu Chriſto, concepto ſine virili ſemine de Spiritu ſancto, & nato ex Maria virgine: De ea propagatione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tione peccati loquitur David 51. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Et Chriſtus Iohan. 3. Quod natum eſt ex carne caro eſt. Eſt autem peccatum originale non tantum reatus propter Adæ peccatum, ſed ſimul in ſingulis hominibus carentia iuſticiæ originalis debitæ ineſſe, cum reatu proprio ad pœnam, hoc eſt, caligo et ignorantia Dei in mente, & in voluntate auerſio à Deo, & in corde ac omnibus ſenſibus & membris contumacia contra legem Dei, quæ mala ſunt digna æterna morte, & pœnis, niſi fiat remiſsio. Sic Paulus non tantum de propagatione reatus, ſed etiam de proſeminatione ipſius mali in natura corrupta, cum reatu proprio, loquitur ad Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ſic mors in omnes homines pertranſij, t quatenus omnes peccauerunt, id eſt, ſunt peccatores. Auguſt. hæc mala omnia, nomine concupiſcentiæ cōplectitur, quia Paulus ea voce vtitur ad Ro. 7. Significat autem concupiſcentia apud Auguſt. & defectum & vitioſum habitū, qui ſucceſsit, ſicut etiā Thomas dicit: Peccatum originis habere priuationem originalis iuſticiæ & cum hoc inordinatā diſpoſitionem partium animæ, vnde non eſt, inquit, priuatio pura, ſed quidam habitus corruptus.

Tenenda eſt autem deſcriptio peccati Originalis, vt ſciamus nos non ſolum naſci cum reatu ſeu obligatione ad mortem propter transgreſſionem Adæ, Sed nos ſingulos afferre nobiſcum ἀνομίαν, & prauitatem in immundo ſemine, ſeu in ipſa natura corrupta noſtra hærentem, ſicut à leproſis parentibus natus ſecum affert in ipſa natura corporis malam ſcabiem. Quare dicendum eſt, quod peccatum originis non ſit tantum pœna, ſed ſit etiam vere peccatum in ipſa natura corrupta, propter quod ſinguli homines ex patre & matre nati rei ſint iræ Dei, & æternæ mortis natura, niſi accipiant remiſſionem propter Chriſtum. Ariſtoteles tertio Ethicorum miratur eſſe quiddam in homine, quod pugnat cum ratione, ſed quia inueſtigare non poteſt, vnde illud ſit, & quid ſit, ideo exiſtimat non magnopere referre vt illud ſciamus. Sed nos qui Chriſtiani ſumus, ſciamus magnoperè referre, vt corruptionem & malitiam, quæ eſt in natura noſtra deprauata rectè ex verbo Dei cognoſcamus.

Actuale peccatum eſt fructus peccati originalis, & ab actione nomen habet, quia eſt ἀνομία in actionibus interioribus & exterioribus, hoc eſt, Peccatum actuale eſt omnis

actio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

actio ſiue interna ſiue externa, pugnans cum lege Dei, vt in mente dubitationes de Deo, & aliæ malæ cogitationes, in voluntate & corde incendia malorum affectuum, & in membris actiones externæ vitioſæ & malæ.

August. Peccatum actuale definit, quod ſit omne dictum vel factum, vel concupitum contra legem Dei.

Solet etiam talis recitari definitio, quod ſit omnis cogitatio, dictio aut actio pugnans cum lege Dei.

Secundo, diuiditur peccatum in regnans ſeu mortale peccatum, & non regnans vel veniale. Suntq́; regnantia & mortalia peccata. Primò, in non renatis, omnia peccata originalia & actualia, interiora & exteriora, quia non renatus propter illa omnia & ſingula reus eſt iræ Dei & pœnæ æternæ. Deinde quoq́; peccata regnantia ſeu mortalia ſunt, quando renati rurſus aſſentiuntur erroribus in fundamento, aut labuntur contra conſcientiam, vt Aaron aſſentiens Idolomaniæ & eam committens, & Dauid committens adulterium & homicidiũ, habent peccata regnantia & mortalia, quibus excutitur Spiritus ſanctus, & amittitur fides, gratia Dei, remiſſio peccatorum, & ipſi rurſus fiunt rei

æternæ damnationis, donec non conuertuntur, Dicit autem Paulus expreßè ad Timoth. quod peccantes contra conſcientiam faciant, naufragium circa fidem, qua omiſſa ſimul amittuntur omnia bona, quæ fides appræhendit. Ideo ad Galat. 5. inquit Paulus, Non tantum de nõn renatis, ſed etiam de renatis, & rurſum labentibus contra conſcientiam, Qui talia agunt regnum Dei non poßidebunt, id eſt, donec non conuertuntur.

Peccatum non regnans, quod vſitato vocabulo vocatur veniale, eſt in renatis & conuerſis malum originis, & dubitationes, & incendia malorum affectuum, & multæ nõ affectatæ ignorantiæ, & omißiones ſeu negligentiæ, quibus tamen non aſſentiuntur & delectantur renati & conuerſi, ſed eis auxilio Spiritus ſancti repugnant, ne ruant contra conſcientiam, & dolent propter has ſordes, & credunt ſe propter mediatorem Deo placere, & has ſordes tegi ac condonari, gratia Dei exuberante ſupra peccatum. Rectè autem dicit Gerſon: Nullum peccatum eſſe ſua natura veniale. ſed ſola miſericordia Dei.

CA-

CAPVT XIIII.

DE TRIBVS GRADIBVS DELICTORVM, dolo, culpa, fortuito caſu.

ET in foro & in Eccleſia, neceſſe eſt noſſe diſcrimen inter voluntaria & non voluntaria delicta, & tenenda eſt regula, in infinitum diſtare lapſus contra conſcientiam, et peccata ignorantiæ præſertim nō affectatæ. Lapſus contra conſcientiam, id eſt, qui fiunt à ſcientibus, & volentibus contra legem Dei, excutiunt fidem & Spiritum ſanctum, ſicut Apoſt. ad Timot. expreſſè dicit. Sunt enim contemptus Dei, accerſitus à ſciente & volente. At in renatis ſunt aliqui næui & lapſus non contra conſcientiam, qui tamen non excutiunt Spiritum ſanctum, & ſancti illis repugnant per Spiritus ſancti auxilium. Ac multis quoq; triſtiſsimis peccatis non voluntarijs implicantur ſancti, etiam cum putant ſe aliquid boni effecturos eſſe, vbi euentus lugubres poſtea errorem oſtendunt.

Ideo ſcriptum eſt, Non eſt iuſtus in terra faciens bonum, qui non peccet, vt clare conſpicitur in diuerſis actionibus. Bene meretur Dauid magnis & vtilibus rebus geſtis, ſed idem multa negligit, & aliquoties errore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

impingit, vt cum populum numerat, cuius erroris ſeu delicti magnitudo, per pœnam ſequentem declarata eſt. Hic neceſſe eſt intelligere diſcrimen inter voluntaria & non voluntaria delicta, inter dolum & culpam. Ac ſciendum eſt dolo peccantes excutere fidem & Spiritum ſanctum. Nunc gradus deſcribamus.

Tres gradus in doctrina ciuili traduntur: Dolo facta, culpa, & caſu facta.

Et culpæ gradus ſunt, lata, leuis & leuiſſima.

Sumuntur autem hæc diſcrimina à cauſis, & declarant magnitudinem delictorum, & pœnarum differentias, Nam etiam iudicio Dei aliqua ſunt delictorum diſcrimina, & abſurdiſſimum eſt dicere, omnia delicta eſſe paria, vt autem proprie virtus eſt, cum concurrunt mens recte iudicans, & voluntas liberè eligens, & recto iudicio obtemperans: Ita propriè ſcelus eſt, ad quod concurrūt, mens ſciens, quid ſit agendum, & voluntas libere contra rectum iudicium faciens.

Hic gradus proprie dicitur in doctrina Ethica, dolus, vt Dauid ſcit, non rapiendam eſſe alterius coniugem, & ſcit Bethſabeam eſſe coniugem Vriæ, & tamen contra hoc iudicium liberè & volens peccat.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sic Pilatus ſcit, non eſſe condemnandum innocentem, & ſcit Ieſum à Iudæis accuſatum eſſe innocentem, & tamen liberè & volens contra hoc iudicium eum condemnat, & mandat interfici.

Hic primus gradus habet plurimum turpitudinis. Et de eo inquit Ariſtoteles 5. Ethicorum: Qui nocet conſultò & cum deliberatione, iniuſtus & improbus eſt. Vicina dolo eſt affectata ignorantia, & affectata omiſſio ſeu negligentia.

Vocatur autem affectata ignorantia, cùm voluntas peccat non volens inquirere ea, quæ quiſq; debet ſcire, de iure & de facto. Et dici ſolet: Ignorantiam iuris naturalis & diuini eſſe affectatam ignorantiam, quæ non excuſat. Sic ignorantia veri Dei & Euangelij Ieſu Chriſti dicitur affectata ignorantia, quia omnes homines debebant noſſe verum Deum: & audire ac diſcere Euangelium. Quare talem ignorantiam in gentibus damnat Paulus Rom. 1. Et Ephe. 4. Et multo magis eſt affectata ignorantia in Iudæis & Papiſtis, qui quotidie legunt & audiunt ſacram ſcripturam, & tamen non volunt diſcere, ſed contumaciter repugnant verbo Dei, de quibus dicitur Iere. 32. Verterunt ad me terga, & non faciem, cùm docerem eos diluculo, & eru-

direm, & nollent audire, ut acciperent diſciplinam. Item Oſeæ 4. Populus meus perit, quia diſcere non vult.

Talium ignorantia non ſolùm eſt affectata, ſed etiam obſtinata obduratio, & diabolica excæcatio, ſicut eam Paulus appellat 2. Corinth. 4. Et proculdubio etiam durius punietur, quàm ignorantia aliarum gentium, quemadmodum admonet Chriſtus, propoſitis exemplis, Matth. 10 & 11. Dicit autem Chriſtus uniuerſaliter de affectata ignorantia Euangelij: Hoc eſt iudicium quòd lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Sic, ſi homicida, aut adulter, aut periurus, dicat ſe neſcire, hæc peccata lege Dei prohibita eſſe, Affectata ignorantia eſt, quæ non excuſat, ſed eſt malicia.

Omiſsio ſeu negligentia affectata vocatur, cùm voluntas conſultò peccat, non volens facere ea, quæ facere debet. Negligentia Mariæ & Ioſephi, cùm Puerum Ieſum relinquerent Hieroſolymis, Luc. 2. non erat affectata, ſed venialis. Sed negligentia Papiſtarum et Epiſcoporum omittentium officia vocationis, eſt affectata omiſsio ſeu negligentia, quæ eſt peccatum contra conſcientiam.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

De peccatis omiſsionis ſeu negligentiæ affectatæ dicitur Iere. 48. Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter vel negligenter. Matt. 25. Inutilem ſeruum eijcite in tenebras, quæ ſunt foris. Luc. 12. Ille ſeruus, qui cognoſcit voluntatem Domini ſui, & non præparauit ſe, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis. Et Paulus inquit: Væ mihi ſi non Euangelizem.

Proximus gradus eſt culpa lata, vt cùm quis craſſa negligentia, nec tamen affectata, peccat, vt ſi quis in ciuitate aliquandiu commoratus, non nouit Magiſtratum, & eum hoc errore irreuerenter tractat. Item, cùm quis rebus ſuis ſaluis amittit depoſitum, quia hoc fortè negligentius cuſtodiuit. Hinc diſputant, an lata culpa ſit dolus.

Exiſtimo, inquit Philippus Præceptor, eruditè dici toto genere diſtare dolum & culpam & peccatum ignorantiæ & negligentiæ, ſeu errores, quos ſi ſancti intelligerent, non eſſent contra conſcientiam commiſſuri, & talia intelligantur excuſabilia peccata ignorantiæ & negligentiæ non affectatæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Reliqui gradus ſunt culpa leuis & leuiſſima, & caſus fortuitus, Nam hi gradus vicini ſunt, videlicet cùm deeſt voluntas delinquenti, nec accedit affectata negligentia, imò fit mediocris diligentia, quæ tamen alicubi fallitur in circumſtantia aut propter caſum ſeu infortunium aliquod, vt caſus ſeu infortunium eſt: Si quis extrahit aliquem ex puteo, ne mergatur, effodit illi oculum. Hi gradus habent excuſationem in Ethicis.

CAPVT XV.

DE IGNORANTIA FACTI.

DEut. cap. 19. recitatur caſus inuoluntarij homicidij, quod exemplum oſtendit ignorantiam facti, cùm non eſt affectata, & prorſus ſine omni dolo & malo propoſito, habere excuſationem. Suntq́ verba Moiſis propter circumſtantias attentè obſeruanda: Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita ſeruanda eſt: Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, qui heri & nudiustertius nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur, ſed abiiſſe cum eo ſimpliciter in ſyluam, ad ligna cædenda, & in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gerit manum, ferrumq́; lapſum de manubrio, amicum eius percuſſerit & occiderit, hic ad vnam ſuprâ dictarum vrbium confugiet, & viuet, ne fortè proximus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus perſequatur, & appræhendat eum, ſi longior via fuerit, et percutiat animam eius, qui non eſt reus mortis, quia nullum contra eum, qui occiſus eſt, odium prius habuiſſe monſtratur. Ex hoc exemplo, ab ipſo Deo præſcripto, iudicari poteſt de ſimilibus caſibus, de quibus dicit Euripides: Qui peccat inſcius, dolo & culpa vacat.

Sed vt dixi, attentè ſunt obſeruandæ circumſtantiæ in hoc caſu Moſaico, quæ excludunt omnem dolum, fraudem, ſimulationem, malum propoſitum, & quicquid eſt affectatum & accerſitum, vt faciant hanc excuſationem ignorantiæ facti probabilem. Nam ſi quis non proſpiciens è feneſtra, lapidem proijcit, & prætereuntem interficit, etiamſi neſciens homicidium committit, tamen in tali caſu non excuſat eum facti ignorantia, Multo minus excuſat ignorantia facti, ſi quis iratus alium petens, amicum inſciens interficit. Aut, ſi quis obrutus ebrietate, delictum perpetrat. De talibus exemplis dicit Ariſtoteles: Ignorantia, quam volens aliquis accerſit, non excuſat, ſed eſt malitia. Iratus inſciens interficiens

amicum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

amicum, accerſit ſibi illum errorem per iram ſuam, eſtq́; cauſa ignorantiæ ſeu erroris ipſius mala voluntas indulgens furori. Sic ebrius accerſiuit ſibi cauſam ignorantiæ. Ideo rectè inquit Ariſtoteles: Ebrij peccatum dupliciter puniendum eſt.

Obſeruentur autem hæ ſententiæ, ſeu potius regulæ Ariſtotelis in 5. Ethicorum: Delinquit is, in quo initium eſt culpæ, vt in ebrio & caſu interficiente amicum, cùm alium peteret telo, initium eſt culpæ. Item. Quæ delinquunt non ſolùm ignari, ſed etiam inuiti propter ignorantiam ſunt venia digna: Quæ autem admittunt ignari quidem, ſed tamen non ignorantia, ſed cupiditate aliqua incitati, nec naturali nec humana lege ſunt venia digna.

FINIS LIBRI I.
doctrinæ moralis.

LIBER

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

LIBER SECVNDVS
DOCTRINÆ ETHICÆ SEV MORALIS.
CAPVT PRIMVM.
DE FINE HOMINIS.

APud Philoſophos variæ ſunt diſputationes de fine hominis, hoc eſt, de proprio & vltimo fine, officio ac bono, propter quod & ad quod hæc præſtans creatura rationalis eſt condita, Tale enim proprium officium & bonum cuiuſq; naturæ vocatur eius finis. Eſt autem boni ingenij virtus, abſurdas opiniones fugere, atq; amplecti veras ſententias cõgruentes cũ verbo Dei, aut cum vero iudicio rectæ rationis, et mentis non delirantis. Epicurus lõgiſſimè à vero fine aberrat, cùm diſputat, finem hominis voluptatem eſſe, propterea, quòd omnes homines voluptatem naturaliter appetãt, & quòd voluptas ſit naturæ conſeruatrix. Contrà verò, virtus multis ſit cauſa mortis & deſtructionis.

Facilimè refutari Epicurus poteſt, nam illa Epicurea voluptatum appetitio non eſt in natura creata diuinitus, ſed eſt ἀταξία in natura corrupta per peccatũ, non eſt conſer-

natrix

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

natrix naturæ, ſed cauſa multarum pœnarum. Et quidem homo ſanus conſiderans ſcintillam luminis reliquæ in mente, animaduertit rationem ſeu iuditium mentis, quæ eſt pars hominis ſuperior & præſtantior, inordinatas appetitiones improbare: Sicut dicit Ariſtoteles: Ratio eligit optima. Et quamuis accidit ſæpe, vt multi propter virtutem incidant in magnas calamitates, imò ſæpe etiam interficiuntur, vt Socrates propter virtutem interfectus eſt, & in Eccleſia Martyres propter pietatem & confeſsionem fidei trucidantur, tamen eruditi ſciant, diſtinguendas eſſe cauſas per accidens, à cauſis per ſe. Socratis virtus non eſt cauſa per ſe mortis ipſius, ſed odium inimicorum ipſius, qui eum propter virtutem amare debebant, ac tyrannis ac iniuſticia iudicum, qui debebant ipſum propter virtutem defendere. Ariſtoteles finem hominis conſtituit actionem virtutis, ſeu ipſam virtutem, demonſtratione ſumpta ex principijs Phyſicis:

Propria actio cuiuſq; naturæ eſt eius finis,

Actio virtutis eſt propria actio hominis,

Ergo actio virtutis eſt finis hominis.

Stoici adhuc propius accedunt ad veritatem, cùm addunt: Cætera omnia hominum cauſa condita eſſe, Homines verò Deorum

cauſa,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cauſa, id eſt, vt per homines Deus honore afficiatur & noticia eius in humana ſocietate luceat, Euripides in deſcriptione finis hominis, has duas ſententias coniungit. Sunt autem Verſus valde illuſtres, quos citat Lycurgus in oratione contra Leocratem:

Cauſam quare procreamus liberos,
Hanc eſſe præcipuam putandum eſt, vt Dei
Noticia luceat futuris ſeculis,
Semperq́; cuſtodes ſint ſuperſtites,
Cœleſtium legum, atq́; templorum Dei,
Qui in patria tueantur has res optimas,
Et diſciplinam ciuium & mores bonos,
Non impia feritate deleri ſinant.

Nihil potuit ab Ethnico Philoſopho & Poeta dici ſapientius, & quidem ſi ad eum ſenſum accommodetur hoc dictum, quem lex Dei præſcribit. Magna eſt huius ſententiæ cum lege Dei conuenientia. Nos Chriſtiani in diſputatione de fine hominis ſimpliciter reſpiciamus ad verbum Dei: In hiſtoria creationis manifeſte de fine hominis dicitur: Hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatum eſſe, hoc eſt, vt ſicut imago refert & oſtendit Archetypum, & cum Archetypo conuenit, ita vt in homine ſit vera & perfecta noticia Dei patefaciens Dei gloriam & cognitionem, & conformitas obe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dientiæ cum Dei voluntate, & ſimul beatitudo æterna cum Deo.

Ideo enim legem ſuam dedit, quæ de hoc fine nos admonet, & hanc imaginem à nobis requirit. Docet itaq; lex finem hominis eſſe, vt ſit imago Dei, agnoſcens Deum ac ei conformis perfecta obedientia, obtemperans, atq; ſic in æternum ſit homo beatus cum Deo. Addit autem lex triſtißimam doctrinam & ſententiam, quod nemo omnium hominum in hac natura corrupta, ſuis viribus aut virtutibus ad hunc finem peruenire poßit, vt ſit imago Dei, quod per peccatum factus eſt homo imago Diaboli, ignorans verum Deum, contrarius Deo, hoſtis Dei, & obnoxius cum Diabolis æternæ damnationis, Aliter itaq; Euangelium de fine hominis docet, videlicet finem hominis eſſe agnoſcere verum Deum, agnitione & fiducia Filij Domini noſtri Ieſu Chriſti, iuxta promißionem Euangelij, & hac fide accipere rurſum oblatam miſericordiam, remißionem peccatorum, donationem Spiritus ſancti, inchoantis in nobis reparationem imaginis Dei, in vera Dei agnitione, ſanctitate, iuſticia, nouæ obedientiæ & lætitiæ in Deo, & donationem vitæ æternæ, & beatitudinis cum Deo, in qua vita æterna hæc imago conſūmabitur, Cum Deus erit omnia in omnibus.

Capus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT SECVNDVM,

DE DVABVS TABVLIS DECALOGI ET eius ſumma.

MOyſes dicit digito Dei legem duabus tabulis inſcriptam eſſe, quare Decalogi præcepta in duas tabulas diſtinguuntur, retineatur autem ſine diſputatione vſitata & ab Eccleſia recepta diſtinctio, qua primæ tabulæ tria præcepta de dilectione & cultu Dei immediato: Secundæ vero ſeptem, de dilectione proximi tribuuntur.

Sitq; nota integra recitatio ex Moyſe, Exodi 20. Deuter. 5. Locutus eſt Dominus omnes ſermones hos: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis.

Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, nec omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper, & in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra, non adorabis ea neque coles. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, viſitans iniquitatem Patrum in Filios, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

me & faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Dei fruſtra.

Memento vt diem Sabbati ſanctifices, Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptimo autem die Sabbatum Domini Dei tui eſt. Non facies omne opus in eo, tu & Filius tuus, & Filia tua, ſeruus tuus, & ancilla tua, iumentum & aduena, qui eſt iuxta portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo. Ideo Dominus benedixit diei Sabbati & ſanctificauit eum.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, & bene ſit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.

Non occides.

Non mœchaberis.

Non furtum facies.

Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Non concupiſces domum proximi tui.

Nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

Additur autem ad hæc præcepta grauiſsima commendatio Deut. 6. & 11. quæ omnibus hominibus ſæpe proponi debet.

Ponite hæc verba mea in cordibus, & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos veſtros collocate, docete Filios veſtros, vt illa meditentur, Et meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in vineis, dormiens atq; ſurgens, ſcribes ea ſuper poſtes & ianuas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui & filiorum tuorum in terra, quam iurauit Deus patribus tuis. Et Ioſuæ Dominus mandat cap. 1. vt non recedat à lege ad dextram neq; ad ſiniſtram, ſed eam meditetur die ac nocte, vt intelligat cuncta quæ agat, & dirigat viam ſuam, & intelligat eam. In his verbis Emphatica ſignificatio eſt diſcedens à lege, etſi ſæpe exiſtimat ſe ſapientiſſime & conſilia & actiones inſtituere, tamen longè errat, & tanquam ſtultus opera ſua non intelligit: Hac phraſi etiam Plato vſus eſt in Timæo, vbi inquit veriſsime hoc dictum eſſe,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Soli ſapienti conuenire, quod ſeipſum, & ſua & ea quæ agit intelligat.

Summam autem diuinæ legis, ſeu Decalogi, duobus præceptis eſſe comprehenſam, inquit Chriſtus, Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, hoc eſt primum & maximum mandatum, ſecundum autem huic ſimile eſt: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, In his duobus mandatis pendet vniuerſa lex & Prophetæ: Paulus quoq́, Roma. 13. inquit: Qui diligit proximum, legem impleuit, ſiquidem illa non adulteraberis, non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod aliud præceptum eſt, in hoc ſermone ſummatim comprehenditur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: Dilectio proximi malum non operatur. Et 1. Corinth. 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit nequiter, vel perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit, quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitatem, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.

Sicut itaq́ Philoſophi iuſticiam vniuerſalem definiunt, quod ſit obedientia erga

omnes

omnes leges, complectens omnes virtutes quemadmodum in verſu dicitur:

Iuſticia in ſeſe virtutes continet omnes.

Ita Paulus dilectionem definit, quod ſit legis plenitudo ſeu perfectio Rom. 13.

TERTIVM CAPVT,

DE PRIMO PRAECEPTO, EIVSQVE PRIma virtute agnitione Dei.

VERba primi præcepti ſunt: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Duo membra ſunt, quæ oſtendunt in explicatione præcepti eſſe inquirẽdas virtutes, quas Deus in hoc præcepto ab hominibus exigit, & peccata quæ prohibet. Orditur autem Deus præceptum hoc à ſui cognitione: Eſt itaq; prima virtus, Agnitio Dei, quæ eſt noſſe Deum eſſe, & quis ſit, & quæ ſit eius voluntas in lege & Euangelio patefacta. Atq; ſicut vera Dei agnitio non eſt ſine filij vnigeniti mediatoris noticia, quemadmodũ dicit filius: Qui videt me, videt patrem: Ita quoq; vera Dei agnitio ſimul includit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

fiduciam nitentem Filio Dei Ieſu Chriſto, mediatore & redemptore. Ideo dicit Chriſtus, Iohan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt agnoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum eſſe Chriſtum. Cùm Deus nominatur intelligitur mens æterna, omnipotens, conditrix creaturarum omnium, conſeruatrix & gubernatrix, iuſta, bona, ſapiens, & miſericors. Eſſe Deum dicunt omnes creaturæ cum diligenter conſideratur earum formatio, ordinatio, conſeruatio & gubernatio. Nam humanis mentibus manet aliqua noticia impreſſa de Deo, & creaturarum ac creationis conſideratio, item gubernatio aſſidua et conſeruatio, hanc noticiam certis teſtimonijs confirmat & inuiſibilia Dei, æternam, ſcilicet ipſius virtutem & diuinitatem demonſtrat, Sicut Paulus Roma. 1. docet. Sed hæc qualiſcunque noticia obſcuratur valde, & in multis etiam quantum in ipſis eſt, extinguitur caligine, dubitationibus & petulantia opinionum quibus ſe Diabolus miſcet, vt veritatem in iniuſticia & mendacio quaſi captiuam teneat in impijs hominibus. Quare agnoſcamus immenſum beneficium Dei, quod ipſe verbo expreſſo certis & euidentibus ſignis, miraculis, & teſtimonijs confirmato, & obſignato, noticiam ſui Eccleſiæ

reue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

reuelauit, & reuelat, In qua reuelatione acquieſcere, & opponere eam dubitationibus & diuerſis opinionibus debemus, quas ſapientia carnis, inſpirantibus Diabolis, contra illas demonſtrationes, quæ in creaturis oſtenduntur, petulanter excogitat. Conſideremus igitur attentè hæc verba Domini: Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos: Ego ſum Dominus Deus. Ergo ſine omni dubitatione certò & firmiter ſtatuamus, ſciamus, & credamus, eſſe Deum. Dicit enim: Ego ſum Deus, ergo veriſſimè eſt Deus: Et ſicut ipſe dicit: Qui eduxi te è terra Ægypti de domo ſeruitutis, ita certò quoq; & firmiter ſine dubitatione ſtatuamus, ſciamus, credamus, hunc eſſe Deum verum & non alium, qui ſe hoc teſtimonio miraculoſæ liberationis, eductionis & defenſionis in populo Iſraelitico habente promiſſionem de Meſſia patefecit.

Hunc ordinem in confirmanda agnitione Dei obſerua in lectione totius ſacræ ſcripturæ, cùm & quoties audis nominari Deum, vt cùm Moſes dicit: In principio creauit Deus cœlum & terram. Item, Dixit Deus. Apparuit Deus Abraham &c. Tunc ſine hæſitatione cogita, Ergo veriſſimè eſt Deus, quia non nominatur fictum idolum, quod nihil eſt, ſed Iehoua ſeu Deus verè exiſtens, ſeu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

verè Ens, ſicut hic dicit Deus: Ego ſum Deus, & Exod. 3. ad Moſen inquit: Ego ſum qui ſum, ſic dices filijs Iſrael, Qui eſt, vel Sum, miſit me ad vos. Deinde cùm audis prædicari opera Dei, vt opus creationis & miracula conſeruationis, gubernationis, ordinis, defenſionis, liberationis, apparationis, collocutionis cum patribus, & ante omnia reuelationem promiſsionis de Meſsia, & ipſius vnigeniti Filij exhibitionem ſeu miſsionem in mundum, incarnationem, paſsionem, mortem, reſurrectionem, in cœlum aſcenſionem, & ſancti Spiritus donationem, tunc ſine hæſitatione cogita, & crede, hunc & non alium eſſe veriſsimè verum Deum, qui his teſtimonijs veriſsimè ſe patefecit, & teſtatus eſt, quòd ſit, & quis ſit, videlicet, vnus æternus & omnipotens Deus, creator cœli & terræ, Pater æternus, λόγος ſeu Filius vnigenitus, conſubſtantialis Patri, & coæternus, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ex Maria virgine homo natus, pro nobis paſſus, mortuus & reſuſcitatus, iuxta promiſsiones, Et Spiritus ſanctus Patri Filioq́; conſubſtantialis & coæternus, qui ab vtroq́; procedit, & mittitur ad opus ſanctificationis, vnus verus Iehoua Elohim, hoc eſt, vnus verus Deus, tres perſonæ. Et in hac agnitione non ſinas tibi ob-

ſtrepere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtrepere quicquam, vel quenquam, neq; propriæ rationis cogitationes, neq; Philoſophorum ſapientiam carnalem, neq; Hæreticorum argumentationes. Nam vt rectè inquit Hilarius: A ſolo Deo diſcendum eſt, quid de Deo intelligendum ſit, qui non niſi ſe authore cognoſcitur.

Hæc breuiter dixi de eſſentiæ Dei agnitione, videlicet, quòd ſit Deus, & quis ſit verus Deus. Pertinet autem ad noticiam Dei, etiam cognitio voluntatis ipſius, hoc eſt, quomodo velit à nobis coli, quid requirat à nobis, & quomodo erga nos ſit affectus, ita enim de noticia hominis dicimus: Filius rectè nouit patrem, amicus amicum, qui non tantùm faciem & nomen alterius nouit, ſed etiã voluntatem & affectum cordis. Reuelauit autem Deus homini voluntatem ſuam in creatione, cùm hominem ad imaginem ſuam creauit, vt in iuſticia & ſanctitate vera ipſi obediret, & voluntatẽ illam repetiuit promulgatione legis, qua poſtulat ab omnibus hominibus perfectam dilectionem Dei et proximi, addita triſtiſſima ſententia, in qua reuelatur eius ira ſuper omnes tali perfecta dilectione carentes, nimirum: Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæc itaq; voluntas Dei, in Lege reuelata, condemnaret iuſto iudicio omnes homines. niſi per & propter interceſſionem, & ſatisfactionem Filij ſui eſſet placatus & reconciliatus, vt iram ſuam iuſtam propter Filium condonaret credentibus: & ipſis amorem paternũ, miſericordiã ſuam & gratiam promitteret: Euangelij itaq; promiſſio ſeu doctrina reuelat miſericordiam Dei, & benignam voluntatem, propter Filium Ieſum Chriſtum, ſcilicet quòd Deus per ſuam miſericordiam & amorem propter vnigenitum Filium ſuum Ieſum Chriſtum, Mediatorem & Redemptorem, velit recipere in gratiam, & recipiat omnes credentes in Filium Mediatorem, & velit eis remittere peccata, & donare vitam æternam, Et quòd velit, vt omnes homines hanc miſericordiam ipſius in Filio Ieſu Chriſto fide apprehendant. De hac voluntate in Euangelio reuelata, dicit Chriſtus Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum &c. Et Iohan. 6. Hæc eſt voluntas eius, qui miſit me, Patris, vt omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Ita autem Euangelium reuelat Dei miſericordiam, ſeu benignitatem, & clementem voluntatem erga credentes, vt non de-

ſtruat

ſtruat ordinem obediētiæ, quam Lex requirit, hoc eſt, vt non concedat licentiā viuendi in peccatis cōtra legē Dei. Itaq; Paulus dicit Ro. 3. Legem non aboleri, ſed ſtabiliri per fidem, ſcilicet, quod ad obedientiam pertinet, manet Dei voluntas, non concedens licentiam ad peccandum, ſed poſtulans ab hominibus obedientiam, ſicut dicit Paulus 1. Theſſ. 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Et datur credentibus ac renatis ſanctus Spiritus, vt hæc ſanctificatio in hac vita inchoetur. Siquidem non ideo ſumus redempti à Filio Dei, vt in peccatis viuamus, ſeu peccandi concupiſcentiæ indulgeamus, ſed vt ambulantes in nouitate ſeruiamus ipſi in iuſticia & ſanctitate vera, omnibus diebus vitæ noſtræ, quæ iuſticia & ſanctitas in altera vita conſummabitur. Ideo quoq; ipſe Filius Dei admonitionem de dilectione repetit, ſicut inquit: Mandatum nouum do vobis, vt vos mutuo diligatis. Has cogitationes ſimul complectitur vera Dei agnitio.

CAPVT QVARTVM,

DE FIDE SEV FIDVCIA IN DEO, SPE, dilectione & timore Dei.

Dicit

DIcit Deus: Ego ſum Deus tuus, Non habebis Deos alienos coram me. Poſtulat ergo ab homine fiduciam, dilectionem & timorem, ſicut cùm pater dicit ad filium: Sum pater tuus, non eliges tibi alium patrem, illa compellatione exigit à filio virtutes has, fiduciam, dilectionem & timorem ſeu reuerentiam.

Ideo Lutherus breuiter quidem, ſed admodum benè verba primi præcepti explicat ſic: Debemus Deum ſuper omnia timere & diligere, eiq́ ſoli confidere. Etſi autem Lex requirit, vt homo aſſentiatur Deo, & fiduciam in illo ponat, ſeu ab ipſo totus pendeat, tamen doctrina miſericordiæ Dei propter Chriſtum, ſeu Filium Mediatorem. Redemptorem, Reconciliatorem & Saluatorem, eſt propria doctrina Euangelij, quia Lex non monſtrat homini peccatori hoc fidei obiectum, nec dicit Lex homini hanc concionem, quam Filius Dei è ſinu æterni Patris dicit in Euangelio Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum &c. Ideo Paulus inter Legem & doctrinam de fide iuſtificante diſcernit ad Galatas 3. Lex, inquit, non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea homo, viuet in eis. Hæc annotatio vtilis eſt, ne exiſtimetur in definitione fidei doctrinam Legis cum Euangelio confundi.

Fides

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Fides eſt noticia & aſſenſus, qua amplectimur doctrinam, vel omne verbum à Deo nobis traditum, & in hac promiſſionem gratiæ & reconciliationis, & donationis, remiſſionis peccatorum, ſeu imputationis iuſticiæ propter Chriſtum Mediatorem & Redemptorem, Et eſt fiducia acquieſcens in Deo ac Chriſto Mediatore & Redemptore, iuxta promiſſionem, certa confidentia apprehendens Chriſtum, & promiſſionem ſeu promiſſam remiſſionem peccatorum, miſericordiam, gratiam Dei, & donationem vitæ æternæ propter Chriſtum.

Spes eſt certa expectatio vitæ æternæ, iuxta promiſſionem propter Chriſtum, & liberationis, & mitigationis pœnarum, ac calamitatum, in hac vita, iuxta bonam voluntatem & conſilium Dei.

Differunt fides et ſpes, quia fides accipit in præſentia bonum promiſſum, iuxta dictum: Qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam. Spes expectat futurum bonum ſeu futurã liberationem vel reuelationem. Hanc differentiam illuſtrant hæc dicta: 1. Iohan. 3. Chariſſimi, nunc Filij Dei ſumus, ſed nondum apparuit quod futuri ſumus, cùm autem apparuerit, ſimiles ei erimus. Et ad Heb. 11. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum.

Schola

Scholæ ſolent dicere, quòd fides intuetur in verbum Dei ſeu in promiſsionem rei, hoc eſt, apprehendit in verbo rem promiſſam. Spes intuetur in rem verbi, id eſt, expectat reuelationem rei promiſſæ in verbo. Sæpe hæc diſtinctio non obſeruatur in vſu verbi ſperandi, propterea, quod ſpes includit, vel vt dici ſolet, præſupponit fidem. Ideo verbum ſperare in ſacra ſcriptura ſpem & fidem ſignificat.

Dilectio Dei eſt verus amor, quo homo agnita dilectione Dei erga nos, quam & in ipſa creatione, & rurſum poſt lapſum, promiſsione & donatione Vnigeniti Filij declarauit, & quotidie ſuis beneficijs ſpiritualibus & corporalibus declarat, viciſsim Deum complectitur, & ſe Deo ſubijcit, ac cum auxilio ſancti Spiritus præſtat ſpontaneam obedientiam, quæ etſi adhuc eſt imperfecta: tamen placet Deo, quia fit ex fide in Chriſto, Sic de dilectione dicit Paulus 1. Timoth. 1. Summa mandati eſt dilectio ex corde puro, & conſcientia bona & fide non ficta.

Timoris ſignificatio in latina lingua notiſsima eſt: Sicut autem verè eſt diſcrimen inter timorem filij, cum quo etiam poſt offenſionem patris manet coniunctus naturalis quidam amor, & fiducia quædam ad pa-

trem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

trem, ſicut apparet in Filio prodigo, & inter timorem ſeruilem, cum quo non eſt illa naturalis ϛοργὴ & inclinatio coniuncta: Ita etiam Theologi diſtinguunt inter timorem Dei filialem & ſeruilem, quæ diſtinctio habet fundamentum, in dictis ſcripturæ: Roma. 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis rurſus in timorem, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, per quem clamamus abba Pater. Et Iohannes 4. Timor non eſt in dilectione, ſed dilectio foras pellit timorem, ſcilicet ſeruilem, qui timor ſeruilis eſt pauor & metus iræ Dei ſine fide, propter quem homo fugit Deum, & mallet non eſſe Deum. Sic Adam & Eua timebant Deum poſt lapſum, antequam accepiſſent promiſſionem. Sic Cain & Iudas timebant Deum timore ſeruili.

Timor filialis eſt vera reuerentia erga Deum, quæ conſtat pauore & metu iræ Dei, & ſimul vera fide, quæ rurſum animum erigit vera conſolatione, & accendit amorem, & fiducia ad Deum accedit, ad Deum tanquam ad benignum patrem & in eius paterno amore acquieſcit, ſeq; illi reuerenter ſubijcit cum patientia & inchoatione nouæ obedientiæ, iuxta ipſius verbum & voluntatem. Hæc ſignificatio manifeſta eſt in dictis ſcriptu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ræ. Pſal. 128. Beati omnes qui timent Dominum. Pſal. 147. Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordiam eius. Et in cantico Mariæ: Miſericordia eius à progenie ad progeniem timentibus eum: Abſurdiſſimum enim eſſet, ſi quis ea dicta de timore ſeruili qualis fuit in Cain & Iuda intelligeret.

Synonymon timoris filialis eſt pietas, ſicut collatio harum ſententiarum etiam monſtrat. Pſal. 33. Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Et ad Timoth. Sectare pietatem, pietas enim ad omnia vtilis eſt, habens promiſſionem huius & futuræ vitæ. Complectitur autem pietatis appellatio totum cultum Dei, cuius hic eſt ordo, vt ſit in homine vera pœnitentia, in qua luceat fides acquieſcens in promiſſione miſericordiæ Dei propter Chriſtum, & inuocans eum. Cum hac fide ſit coniuncta vera dilectio, & inchoatio nouæ obedientiæ mortificatio carnis, & amor ac ſtudium virtutum, quæ Deo placent, & accedit legitimus & ordinatus vſus cæremoniarum ſanctarum & piarum.

Enumeratis virtutibus principalibus cognatæ ſunt aliæ ſpecies, perſeuerantia, humilitas, patientia.

Per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Perſeuerantia eſt conſtans permanſio in vera fide & confeſſione Chriſti, per omnes difficultates, aduerſitates, ærumnas, perſecutiones.

Humilitas eſt virtus, per quam agnoſcentes ſuam infirmitatem ſubijciunt ſe in fide, Dei verbo & voluntati, & poteſtati, non diſputantes nec gloriantes contra Deum, nec appetentes maiora vocatione, ſed in fide ac ſilentio facientes opera vocationis.

Patientia eſt virtus, qua præſtatur Deo obedientia in tolerandis afflictionibus & cruce, per fidem, quæ in ipſis afflictionibus & cruce apprehendit viuificam conſolationem, qua ſe erigit homo credens, & omnes aduerſitates vincit per Ieſum Chriſtum, certò ſtatuens, quod nulla afflictione aut cruce ſeparari poſſit à dilectione Dei, quæ eſt in Ieſu Chriſto, Roma. 8.

CAPVT QVINTVM.

DE GRADIBVS PECCATORVM CONTRA primum præceptum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

SIcut tota lex, ita etiam primum præceptum, non tantum damnat actualia peccata, ſed etiam peccatum originis, vel ipſam ἀνομίαν in corrupta natura cum ſuis fructibus damnat. Attamen vſitatus Catalogus peccatorum de peccatis actualibus intelligitur, cum intellectu tamen ipſius radicis.

Primus gradus eſt Epicureorum, & Academicorum, qui negant eſſe Deum, negant Deum curare res humanas, negant verbum, quod habet Eccleſia, eſſe traditum à Deo, aut de his rebus Academico more dubitant, & illis dubitationibus indulgent. De hoc gradu loquuntur hæc dicta ſcripturæ: Pſalm. 14. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. Titum 1. Deum confitentur ſe noſſe. factis autem negant. Philip. 3. Multi ambulant, de quibus prædixi vobis, & nunc flens dico, quorum Deus venter eſt. Horrendum hoc eſt, quod Apoſtolus dicit multos tales eſſe Epicuros & Academicos ἀθέους, non tantum inter eos, qui manifeſtè ſe ſegregant ab Eccleſiæ ſocietate, ſed etiam inter eos qui in ſocietate viſibilis Eccleſiæ verſantur, & Chriſtianos eſſe ſe ſimulant. Recte autem dicitur in libro Sapientiæ capite 13. Omnes homines quibus nō eſt ſcientia Dei, eſſe vanos, cuius vocis

ſigni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſignificatio in eo loco, vix vlla periphraſi explicari poteſt, ſunt vani, id eſt, Seind loſe Spötters/ die mit Gott vnd ſeinem Wort jre thorheit treiben / in worten vnd wercken. Dauid Pſal. 14. dicit: Dicunt in corde ſuo non eſt Deus. Et Pſal. 94. dicunt, non videt Dominus, non intelligit Deus Iacob. Et 2. Petri 3. dicunt, Vbi eſt pollicitatio aduentus eius. In Ethnicorum ſcriptis, præſertim in Tragœdijs ſæpe occurrunt tales voces, in quarum conſideratione, & cum ſimilibus exemplis, quæ ſæpe in quotidiana conuerſatione occurrunt collatione, deplorare debemus Diabolicam vanitatem, & malitiam in hominibus, qui ſunt conditi ad agnitionem Dei: Recitabo pauca exempla: Dubitat Thyeſtes an ſit Deus, cum apud Senecam inquit, Et patrios Deos, ſi tamen ſunt Dij, cerne. Sic & Talthybius in Hecuba dubitat: O Iupiter quid dicam, vtrum te homines reſpicere, an opinionem hanc temere obtinere fruſtra, falſo exiſtimantes eſſe Deorum genus, fortunam vero omnia mortalia gubernare: & Clytemneſtra in Iphigenia apud Euripidem cum dubitatione inquit ad Achillem. Si ſunt Dij, tu cum ſis iuſtus bona conſequeris, ſin minus quid opus eſt laborare? Polyphemus autem apud Homerum Odyſſe 9. prorſus negat eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Deum, cum enim audiuiſſet Vlyſſem de iudi-cio Dei & pœnis dicentem, reſpondet, At non Cyclopes numen cœleſte verentur.

Cyclops item apud Euripidem in Cyclope ad eundem Vlyſſem deprecantem pro ſe & ſocijs, inquit, Diuitiæ ô homuncio prudentibus Deus ſunt, reliqua ſunt iactantia quædam & ſplendida verba: Item, Iouis ego fulmen non metuo hoſpes, nec ſcio quod Iupiter eſt me potentior Deus, cæterum non curo, & quare mihi non ſit curæ audi, Quando deorſum mittit pluuiam, in hoc antro habitaculum habeo ſolidum, vitulum aſſatum aut aliquam beſtiam cœnans in lecto, quod capit ſupinum ventrem, tunc ebibens lactis amphoram, veſtem concutio, contra tonitrua Iouis crepans, Quando vero Boreas niuem fundit, pellibus ferarum circundans corpus meum, & ignem accendens, nihil curo. Terra vero mihi neceſſario ſiue velit, ſiue nolit pariens herbam, pinguefacit pecudes meas, quas nulli macto præterquam mihi, non Dijs, & ventri huic, qui maximus eſt Deorum, Quia comedere & bibere quotidie id vero Iupiter eſt hominibus ſapientibus, & nihil ſe angere. Qui vero leges poſuerunt variantes vitam hominum, eos plorare iubeo.

Philo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Philocrates apud Sophoclem audiens ex Neoptolomeo optimos quoſq; ad Troiam interfectos eſſe, Therſiten vero & Vlyſſem adhuc viuere, reſpondit blaſphemè contra prouidentiam. Sic oportebat, nihil enim mali adhuc periјt, ſed pulchrè ea curant Dij. Si quid malitioſum aut fraudulentum eſt, interire non ſinunt, Iuſta vero ac proba abripiunt, Quid de his iudicemus? quomodo laudabimus Deorum facta, cum ipſos appareat eſſe malos? Conſentiunt verſus blaſphemi apud Senecam in Hippolyto contra prouidentiam.

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, ſpargitq; manu
Munera cæca, peiora fauens,
Vincit ſanctos dira libido,
Fraus ſublimi regnat in aula.

Et Iocaſta apud Sophoclem in Oedipo tyranno, ex talibus atheis dictis etiam impijſſimè infert. Quid igitur metuat homo, fortuna dominatur, Prouidentia in nulla re certa eſt, temere viuere optimum eſt, vt quiſq; poſſit.

Homo Chriſtianus tales voces non ſine ſuſpirijs, dolore & horrore legere poteſt in poetis, quibus ipſi opiniones & iudicia impia & blaſphema Cyclopum & Epicureorum exprimunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

munt. Sed multo horribilius, & multo magis deplorandum eſt, quod etiam inter eos qui Chriſtiani dicuntur ſunt multi, quos eadem ſentire, facta eorum oſtendunt, vt inquit Paulus: Confirmemus itaq; fidem noſtram contra talia impia, blaſphema & Diabolica iudicia, & opiniones, veris teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, de agnitione veri Dei, & de prouidentia, de qua valde dulcis extat concio Chriſti, Matt. 6. 10. & Lucæ 12. in quam fidei noſtræ oculi ſemper intenti eſſe debent, quid enim de prouidentia & cura Dei poteſt dici magis perſpicue & clare, quam ſunt hæc Chriſti verba: Nonne quinq; paſſerculi veneunt minutis aſſibus duobus, & ex illis vnus non eſt in obliuione coram Deo, quin & pili capitis veſtri omnes numerati ſunt? Item, Scit pater veſter, quia his omnibus indigetis.

CAPVT SEXTVM.

QVOD FVRIOSÆ ILLÆ VOCES CONTRA DEum, & prouidentiam, etiam cum vera Philoſophia pugnent.

IN primo libro dictum eſt legem naturæ dictare eſſe Deum, quia hæc agnitio diuinitus eſt

eſt impreſſa humanis mentibus, & confirmatur conſideratione operum Dei in creaturis, ſicut Paulus clarè dicit ad Rom. 1.

Eodem modo etiam lex naturæ dictat, quòd ſit prouidentia, hoc eſt, quòd Deus curet res humanas, bonis benè faciat, & malos puniat. Et ſicut ſunt coniunctæ noticiæ de Deo & prouidentia, ita quoq; ſunt coniunctæ demonſtrationes, quarum præcipuas ſemper in conſpectu habere plurimum prodeſt. Præferenda eſt autem omnibus alijs ea demonſtratio, quæ ſumitur ex ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, ſeu verbo Dei. Hæc demonſtratio non eſt Philoſophica, ſed Theologica, & eſt omnium veriſſima & certiſſima, qua confirmanda eſt fides noſtra contra omnes dubitationes. Sed quia etiam ad hunc finem tota natura condita eſt, vt Deum monſtret, ideo quoq; & in nobis ipſis, & in toto creaturarum ordine aliæ demonſtrationes quærantur, quas etiam aliquo modo Philoſophi ſaniores inquiſiuerunt.

Prima ſumitur à naturali noticia in nobis: Omnes homines naturaliter ſciunt eſſe Deum, & eſſe prouidentiam, cuius rei firmiſſima teſtimonia & ſigna hæc ſunt, quòd nulla gens eſt tam barbara, quæ non aliquod Idolum colat, & quòd nemo eſt tam ſceleratus,

 qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

qui non ſentiat poſt atrox delictum terrores conſcientiæ, qui ex noticia prouidentiæ & iudicij Dei oriuntur. Hæc itaq; noticia eſt vera, quia non eſt opinio accerſita, ſed ſcientia diuinitus impreſſa, ſeu ſcintilla à Deo in natura accenſa, quam etiam volētes non poſſunt extinguere. Vrit enim ſcintilla illa ſeu igniculus ſceleratorum conſcientias, qui mallent hunc igniculum extinctum eſſe.

Secunda demonſtratio etiam ex noſtri conſideratione ſumitur: In homine eſt mens intelligens, & ſunt ſenſus ordinati ad prouidentiam & curā rerum. Ergo neceſſe eſt eſſe Deum, qui hominem creauit, mentem ſummè intelligentem, ſapientiſſimam, prouidentem & gubernatricem, ſicut Auguſtinus inquit: Deus mentium rex eſt. Quomodo in hoc argumēto contineatur demonſtratio prouidentiæ, id Dauid oſtēdit Pſal. 94. Qui plantauit aurem, non audiret? qui finxit oculum, non videret? qui docet homines ſcientiam. Et Xenophon rectè inquit: Exiſtimandum eſt, non humanos oculos longinquas res videre poſſe, Dei vero oculos poſſe procul proſpicere.

Tertia demonſtratio cum præcedente cohæret, ſumitur enim à diſcrimine honeſtorum & turpium, ac alijs noticijs naturalibus ordinis in hominibus. Cùm enim hæc non poſ-

ſint

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſint eſſe fortuita, ideo certum eſt, quòd author harum noticiarum, nimirum diſcriminis honeſtorum & turpium, & ordinis, ſit Deus, intelligens hoc diſcrimen et ordinem, & volens vt conſeruetur, & puniẽs eos, qui deſtruunt.

Quarta demonſtratio ſumitur à toto ſiſtemate creaturarum: Impoßibile eſt ordinem perpetuum in naturra caſu ortum eſſe, & manere, nimirum perpetuum & conſtantem ordinem motuum cœleſtium, certam vicißitudinem temporum, perpetuam conſeruationem ſpecierũ, & diſpoſitionem partium ac formæ in ſingulis ſpeciebus. Ex homine naſcitur homo, ex boue bos, ex paſſere paſſer, ex ſemine violæ viola, et viola violæ ſimilis eſt. Hic, inquam, ordo, de quo Sapien. 11. dicitur, omnia in menſura, & numero, & ordine diſpoſuiſti, Et 13. Speciei generator hæc omnia conſtituit, non poteſt eſſe fortuitus, aut caſu ortus, & caſu manere non poteſt. Neceſſe eſt itaq; Deũ eſſe, qui talem ordinem in creaturis creauit, & conſeruat, ſicut in verſu dicitur: Præſentem monſtrat vna vel herba Deũ. Hoc argumentũ aliquoties proponitur in ſcriptura Ro. 1. Iobis 12. Pſal. 104. Et Cicero Philoſophicè idem argumentũ recitat in libro de natura Deorum: Quid poteſt eſſe tam conſpicuũ, tamq; apertũ, cùm cœlũ cõſpicimus,

cœleſtiaq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cœleſtiaq́ contemplati ſumus, quàm eſſe aliquod numen præſtantiſsimæ mentis, quo hæc regantur. Et in Tuſculana dicit: Deum cognoſcimus ex operibus eius.

Quinta ſumitur à ſerie cauſarum efficientium, in quibus ſi proceſſus eſſet in infinitum, tunc nullus eſſet ordo, & nulla cohærentia cauſarum. Ergo neceſſe eſt eſſe vnam primam cauſam, à qua reliquæ cauſæ oriuntur, & quæ reliquas cauſas regit & gubernat. Neceſſe eſt itaq́ eſſe Deum, & eſſe prouidentiam ſeu gubernationem diuinam.

Sexta ſumitur à cauſis finalibus. Omnes res deſtinatæ ſunt in natura ad certos fines & vtilitates. Ergo neceſſe eſt eſſe Deum creatorem & gubernatorem, qui hanc diſtributionem & fecit, & conſeruat ſapientiſsimo conſilio, quemadmodum Pſal. 104. ſcriptum eſt: Omnia in ſapientia feciſti.

Septima ſumitur à prædictionibus Propheticis, & ſignificationibus euentuum, quarum obſeruatio monſtrat eſſe Deum, & Deum curare & gubernare res humanas.

Octaua ſumitur à pœnis, quibus puniuntur atrocia ſcelera, iuxta regulam: Atrocia delicta ſequuntur atroces pœnæ. Exempla itaq́ talium pœnarum monſtrant, quòd ſit Deus, qui res humanas curat.

Nona

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Nona ſumitur à heroicis motibus, quibus imperia & artes reſtituuntur, quia ſunt teſtimonium præſentiæ Dei inter homines conſulentis vtilitati hominum. Has nouem demonſtrationes etiam aliquo modo Philoſophi ſani conſiderauerunt, ideo extant in eorum ſcriptis multa præclara dicta, contra Cyclopum & Epicureorum furioſas opiniones, & voces, quæ ex his demonſtrationibus ſumptæ ſunt, quorum aliquot recitabo.

Pythagoras & Phocylides præcepta Ethica ab hoc primo præcepto incipiunt: Principio venerare Deum. Sic Solon quoq; antiquiſsimus legislator Athenēſib⁹ hanc primā legē tulit: Deum cole, & ordinauit actiones τῆς ἀσεβείας, *id eſt, impietatis contra Epicureos & blaſphemos, qui Deum eſſe negarent, aut receptam opinionem de Deo contumelia adficerent. Sic accuſati & damnati ſunt Diagoras & Prothagoras, qui negabant Deum eſſe, et prouidentiam diuinam, & Prothagoræ liber huius exordij: De Dijs, neq; quòd ſint, neq; quòd non ſint, habeo dicere, publico iudicio Athenis combuſtus eſt. Eam actionem approbat Ariſtoteles, qui dicit illos pœna dignos eſſe, qui dubitant, vtrum oporteat Deos venerari, & parentes honorare.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Pindarus inquit in Olympiacis Ode. 1. Decet homines de Dijs honeſta dicere, mihi abſurdum eſt, dicere aliquem Deorum eſſe heluonem, quia damnum comitatur crebro maledicos. Et Ode. 9. Conuiciari Dijs odioſa ſapientia eſt. Euripides in Ioue: Non ſunt dicenda Deo contraria. Et in Heraclidibus: Prauus es, ſi vis cauillatione Deum illudere. Cicero lib. 2. de natura Deorum, malam & impiam conſuetudinem eſſe inquit, contra Deos diſputandi, ſiue ex animo fiat, ſiue ſimulatè.

De prouidentia inquit Heſiodus: πάντα ἰδὼν διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας. Et Cicero de natura Deorum. Prouidentia Deorum mundus adminiſtratur, ijdem conſulunt rebus humanis, non ſolùm vniuerſis, verùm etiam ſingulis. Clariſſimè autem loquuntur Philoſophi de prouidentia, cùm pœnarum exempla recitant, quæ ſecuta ſunt atrocia delicta, aut cùm ea accommodant, ſicut Homerus dicit: ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. Ita omnes vno ore affirmant illam cladem, quam acceperunt Lacedæmonij in pugna Leuctrica, fuiſſe pœnam diuinitus inflictam, propterea, quòd Lacedæmonij non puniuerunt ſtupratores filiarum Scedaſi. Pauſanias

talia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

talia multa exempla recitat, propter quorum obſeruationem lectione dignus eſt, & quidem ſicut Pindarus inquit, Ixionem implicitum eſſe rotæ apud inferos, clamitare hanc vocē, quam Virgilius reddidit:

Diſcite iuſticiam moniti, & non temnere
Diuos.

Ita vel mediocriter doctis certum eſt, omnes tragicos Poetas ad hanc admonitionem ſuas tragœdias accōmodare, vt ex obſeruatiōe pœnarū diſcāt mortales, eſſe mentem diuinam inſpectricem actionum humanarum, quæ regulariter atrocia ſcelera punit atrocibus calamitatibus & pœnis, iuſtis autem & bonis dat tranquillum curſum. Sed obijcitur ſæpe, etiam accidere exempla, quæ cum hac obſeruatione pugnant, vt viri boni Palamedes & Socrates publico iudicio damnati & interfecti ſunt, ille in militia ad Troiam, hic ab Athenienſibus, & contrà, manent ſæpe impunita in hac vita aliquorum magna ſcelera, Hæc cogitatio in Philoſophorum animis mouet dubitationem de prouidentia, ſicut Claudianus lib. 1.

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem,
Curarent ſuperi terras, an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et cauſam dubitationis recitat :

Sed cùm res hominum tanta caligine volui
Aſpicerem, lætisq; diu florere nocentes,
Vexariq; pios, rurſus labefacta cadebat
Relligio, cauſæq; viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo quæ ſemina currere motu
Affirmat, magnũq; nouas per inane figuras,
Fortuna non arte regi quæ numina ſenſu
Ambiguo, vel nulla putat, vel neſcia noſtri.

Ex ea dubitatione etſi Philoſophus neſciens doctrinam Chriſtianam de cruce piorum, & futuro iudicio, ſeſe non rectè poteſt expedire, tamen Iſocrates eruditè ad eam dubitationem reſpondet, Regulam non euerti paucis & raris exemplis. Vt etſi fieri poteſt, vt aliqui dies æſtiui ſint gelidiores aliquibus hybernis: tamen non ſequitur æſtatem calidiorem eſſe hyeme. Hæc reſponſio à Philoſopho ſapienter cogitata eſt, ſed addenda eſt altera reſponſio, quòd hæc diſsimilitudo ſit ſignum & teſtimonium futuri iudicij, & idcirco quoq; eſt teſtimonium diuinæ prouidentiæ, ordinantis & gubernantis hanc ipſam diſsimilitudinem, quemadmodum etiam Claudianus in concluſione dicit:

Abſtulit hunc tandẽ Ruffini pœna tumultũ,
Abſoluitq; Deos; iam non ad culmina rerum
Iniuſtos creuiſſe queror, tolluntur in altum,
Vt lapſu grauiore ruant.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et obſeruetur raciocinatio quæ extat apud Auguſtinum: Si Deus omnia peccata puniret hic digne, tunc interiret genus humanum, & multi non crederent reſtare aliud iudicium, Si nulla hic puniret, tunc homines fierent Epicurei illuſores, & cogitarent Deum non curare res humanas. Ergo & edit illuſtria exempla pœnarum, vt ex illis diſcamus Deum inſpicere, & curare actiones noſtras, & admoneamur de pietate & pœnitentia, & aliqua delicta non punit hic inſigniter & perſpicue, vt cogitemus certo reſtare aliud iudicium, & alias pœnas.

CAPVT SEPTIMVM.

DE IDOLOLATRIA.

SEcundus gradus peccatorum contra primum præceptum eſt eorum, quos Idolatras appellamus, propterea quod honorem & cultum ſoli Deo debitum idolis tribuunt.

Vocatur autem Idolum fictus Deus, hoc eſt, omne illud quod præter verum Deum, pro Deo habetur, aut diuino honore colitur. Inde Idolatria ipſum nominatur pecca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tum, quaſi dicas, Idoli cultus. Eſt autem duplex Idolatria. Alia eſt interna, quæ eſt cum quis ſua opinione fingit aliquid eſſe Deum, quod non eſt Deus, & tali figmento tribuit diuinitatem ſeu diuinam virtutem ac opera, aut cum quis in corde ſuo creaturam ſupra Deum amat aut timet, aut in eam ſpem aut fiduciam collocat, etiamſi non accedant externi geſtus & cultus. Alia eſt externa Idolatria cum ad internam adduntur externæ formæ aut geſtus cultuum, vt cum imaginis aut ſtatuæ Idolatricæ adorantur. Vtraq; tam externa quam interna eſt inſignis ſtulticia, ſicut Paulus ad Roma. de idolatris dicit: Stulti facti ſunt. Quam ob cauſam multi non inſcitè Idolomaniæ nomine pro Idolatria vtuntur: Vtq; ea ſtulticia conſpiciatur, ideo hi gradus idolatriæ conſiderentur.

Primus gradus eſt, Ore quidem confiteri verum Deum, ſed in corde magis amare, aut timere creaturam quam Deum, aut creaturæ magis ſeruire & fidere quam Deo. ſic Paulus ad Epheſ. auarum vocat Idolatram, quod auaro Mammon Deus eſt, quem ſupra Deum amat, timet, cui magis ſeruit, fidit, atq; ipſi Deo, atq; hic gradus vſitatior eſt quam quiſquam exiſtimat.

Secun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secundus gradus eſt, ore confiteri quidem verum Deum, ſed tamen fiduciam, quæ Deo & Filio eius Ieſu Chriſto debetur, tribuere operibus aut cultibus etiam ſine verbo Dei electis, vt Papiſtæ confidentes ſuis ieiunijs, miſsis, cæremonijs & operibus idolatriam committunt.

Tertius gradus eſt ſanctis mortuis tribuere honorem diuinum, ſicut Papiſtici in inuocatione Sanctorum, in electione Apoſtolorum, ac patronorum transferunt honorem ſolius Dei ad ſanctos mortuos.

Quartus gradus eſt alligare Deum ſeu Dei præſentiam, gratiam, exauditionē & opitulationem, ad imagines, ſtatuas, certa loca, aut alias res, ad quas Deus ſe non alligauit ſuo verbo.

Quintus gradus eſt tribuere ſanctorum ſtatuis & imaginibus, & reliquijs, vel de ipſorum corporibus, vel de veſtibus ipſorum, adorationem & opinionem opitulationis, & virtutem diuinam.

Sextus gradus eſt, ſigna externa diuinitus promiſsioni addita in Deos ſeu numina commutare, vt Chaldæi & Perſæ finxerunt ignem eſſe Deum, quia igni delapſo ex cœlo accenſas eſſe victimas. Et Iſraelitæ æneum ſerpentem commutauerunt in Idolum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Septimus gradus eſt fingere propria opinione Idolum, ſeu Deum fictum, & ignotum, & huic figmento, quod Paulus vere dicit nihil eſſe, tribuere diuinas virtutes, opera & honores, vt Iudæus etiamſi non adorat ſtatuas, aut imagines, tamen fingit ſibi ſua opinione Idolum ſeu Deum falſum, fictum & ignotum, qui non eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum Filio & Spiritu ſancto vnus Deus. Huic Idolo ficto ſeu huic figmento ſtultiſsimè tribuit creationem cœli & terræ, reuelationem promiſsionis de Meſsia, eductionem ex Ægypto & omnia opera, miracula & ſermones Dei in Moſe & Prophetis. Hoc Idolum ſeu figmentum vocat Deum Abraham, Iſaac & Iacob, hoc idolum ſeu figmentum amat, veneratur, timet, colit, inuocat, ei ſeruit & confidit. Nec aliter faciunt omnes aliæ gentes idolatricæ, quæ varia numina fingunt, quæ Deos & Deas vocant, & ſunt reuera tantum figmenta humanarum opinionum.

Octauus gradus eſt fingere heroas mortuos conuerti in numina, aut eos humana authoritate in numina tranſmutare.

Nonus gradus eſt ex ſtellis numina ſeu Deos facere.

Decimus gradus eſt fingere, quod virtutes & ſcientiæ ac dona eximia ſunt numina

mina ſeu Dij, quemadmodum gentes habuerunt templa iuſticiæ, fidei, ſpei, Gratiarum, Mineruæ, Item victoriæ, libertatis &c.

Vndecimus, Bruta animalia, & res inanimatas, à quibus vtilitas aliqua capitur, in Deos commutare, ſicut Ægyptij pro Dijs coluerunt boues, feles, ciconias, hircos, canes, item cæpas & alium.

Duodecimus gradus, Animalia noxia & alias res noxias & morbos in numina vertere, vt Ægyptij Crocodilos & Lupos, Babylonij Draconem, Romani ſerpentem Epidaurium, item febrim & pallorem coluerunt.

Decimus tertius eſt horrenda ſcelera & vitia, hoc eſt, ipſum Diabolum authorem ſcelerum, pro Deo colere, ſicut multæ gentes Bacchum, Venerem, Priapum & ſimilia idola, ſeu dæmonia coluerunt. Poſſent quidem plures gradus enumerari, ſed exiſtimo ad hos reliqua omnia exempla Idolatrica referri poſſe, vel certe præcipua, Et ex horum obſeruatione manifeſtum fieri conſideranti, quod omnis Idolatria vere ſit Idolomania, & inſignis ſtulticia, qua Diabolus homines dementat, vt veri Dei gloriam tribuant Idolis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT OCTAVVM.

DE CAVSIS MVLTIPLICIS IDOLOMANIÆ ſeu multorum Idolorum.

CVm ſacra ſcriptura tam ſæpe repetat, & inculcet teſtimonia de vnitate veri Dei, & prohibitiones grauiſſimas, ne alij Dij fingantur, aut colantur, multi non ſine cauſa et mirati ſunt, & mirantur, quæ ſint cauſæ tam multiplicis Idolomaniæ, etiam in illis populis, qui ſacram ſcripturam habent & legunt. Nam etſi etiam multi ſapientes Philoſophi aliquo modo de vnitate Dei diſputarunt, & demonſtrationes ſapientes inquiſiuerunt, cur non poſſent eſſe plures Dij, nimirum quod neceſſe eſt, vt in ordine cauſarum conſiſtatur in vna prima cauſa, & quia inter multos Deos diuerſos, & pariter potentes non poſſet eſſe conſtans, & perpetua concordia, & conſenſus in gubernatione, quare Ariſtoteles hunc accommodat Homeri verſum:

Multos imperitare malum eſt, Rex vnicus eſto: Tamen minus mirum eſt quod gentes ignaræ veri Dei & carentes ſacra ſcriptura, multos Deos finxerunt, quam quod Iudæi & Chriſtiani apoſtatæ idem & fecerunt & faciunt, ſicut Ieremiæ 2. Deus Iudæis exprobrat,

vbi ſunt inquit Dij tui quos feciſti tibi, ſurgăt & liberent te in tempore afflictionis tuæ, ſecundum numerum enim ciuitatum tuarum Iuda erunt Dij tui. Et quod Papiſtæ varietate Idolomaniæ Iudæos vincant, nemo cui eorum ſuperſtitiones notæ ſunt, ignorare poteſt. Merito itaq; quæritur, quæ ſint cauſæ tam variæ & multiplicis Idolomaniæ.

Prima cauſa eſt Diabolus, hoſtis Dei, qui miſeros homines impellit, vt relicto vero Deo, qui ſe in verbo ſuo patefecit, fingant immani audacia opiniones de Deo, & excogitent Idola, pro ſuo arbitrio & libitu, Sicut Nero horrenda rabie dicebat ſe Deos facere.

Secunda cauſa eſt, mentis humanæ cæcitas, caligo & error, cum ſine verbo proprias opiniones & Diaboli aſtutias & fallacias ſectatur. Hæ ſunt veræ cauſæ Idolomaniæ apud omnes gentes & homines Idolatricos, de quibus legatur cap. 13. Sapientiæ. Nam cum homines ignari veri Dei, aut abijcientes veram Dei noticiam & fiduciam cogitant de Deo ſine verbo, tunc & errant ipſi, & Diabolus ſe illorum cogitationibus miſcet, & cogitantes magis & magis excæcat, ac faſcinat, vt ineptiſſimas opiniones de Deo & varia Idola confingant, ita Diabolus ludit in cogitationibus illorum hominum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

qui non reguntur Spiritu ſancto & verbo Dei, vt verum Deum contumelia afficiat, & miſeros homines à vero Deo & fiducia ipſius abductos in perditionem æternam immergat. Hæ inquam cauſæ ſunt cur gentiles Philoſophi & Poetæ alij alios Deos finxerunt, & alij quidem pauciores, alij plures, ſicut de Orpheo ſcribitur, quod 365. Deos coluerit. Et Euſebius affirmat numerata eſſe deorum Ethnicorum triginta millia, ad quam multitudinem producendam apprimè vtile fuit impium, & ineptiſsimum figmentum de generatione Deorum. Et ſunt eædem cauſæ, cur etiam Iudæi & Chriſtiani apoſtatæ, qui quidem habent veri Dei libros, tamen abiecta veri Dei noticia & fiducia multos Deos fecerunt & coluerunt, & adhuc faciunt & colunt. Vtitur autem Diabolus etiam cauſis προκαταρκτικοῖς, quibus tanquam flagellis cogitationes idolatricas in hominibus exuſcitat, quales ſunt praua imitatio, propter admirationem ſapientiæ aut fœlicis euentus eorum, qui Idola coluerunt, aut conſideratio euidentis vtilitatis vel nocumenti. Hæc enim opinio multos Deos & Deas peperit, quod Deus hoc ſit hominibus vel ſingulis, vel multis, quicquid naturali & occulta quadam vi, aut ingenio, aut proprietate, vtilitatem

tem

tem aut damnum adfert. Eæ enim ingenitæ & occultæ vires, & proprietates in quacunq; re, ſiue in ſtellis, ſiue in elementis, ſiue in ipſis hominibus, ſiue etiam in beſtijs exiſtimantur ſeu finguntur eſſe numina. Et ſi ſunt bonæ vires, quæ vtilitatem adferunt, coluntur, vt ea vtilitas ſit perpetua ſicut fertilitas terræ, ad producendas ſegetes nomine Cereris, & innatæ hominibus noticiæ artium aut virtutum, nomine Muſarum, Charitum, Gratiarum & ſimilium coluntur. Sic Ægyptij feles coluerunt, quia naturæ ingenio ſeu proprietate hanc vtilitatem præſtant, vt mures capiant, Canes, quia fures abigunt, Ciconias, quia ſerpentes diglutiunt: Si verò ſunt vires malæ & noxiæ, tunc ideo coluntur ne noceant, vt Rubigo colitur ne noceat frugibus, Crocodili & Serpentes ne noceant hominibus et beſtijs. Exiſtimantur enim numina mali, quæ finguntur eſſe in rebus aut animantibus, mitigari veneratione. Imò etiam euentus boni & mali, quorum non poſſunt euidentes cauſæ monſtrari, ab Ethnicis in numina conuerſi ſunt.

Eſt quoq; impatientia moræ in afflictionibus προκαταρκτικὴ cauſa, qua Diabolus homines incitat, vt fingant Idola, & ſe ad ea conuertant, ſicut cùm Medicus ægrum

cito non curat, quæruntur alij opitulatores, ſic quoq; affectus vel erga alios vel erga ſeipſum, quæ & φιλαυτία & ambitio dicitur, ſæpe προκαταρκτικὴ cauſa eſt, vt Ninus ob amorem patris Beli, ex ipſo Deū fecit, & Alexander horribili ambitione & φιλαυτία ſe pro Deo coli voluit, & vtrunq; exemplum plurimi imitati ſunt & imitantur. Quamuis autem tales cauſæ plures monſtrari poßint, tamen exiſtimo ex harum conſideratione reliquas intelligi poſſe.

CAPVT NONVM,

DE ORIGINE IDOLATRICI CVLTVS

& adorationis ſtatuarum.

ANtiquæ gentes extra Eccleſiam Reges ſuos & Heroas tanquam Deos coluerunt, ſiue ob admirationem virtutis excellentis, ſiue per adulationem, ſiue ob beneficia, quæ ſubditi à Regibus bonis, & ab Heroibus alijs accipiunt. Sic Belo ſecundo Monarchæ filio Nimrodi, dum viueret, diuinum nomen Iouis in ea lingua, cum diuino honore attributum eſt, eiq; mortuo filius Ninus tertius Monarcha ſtatuam referentem imaginem ipſius poſuit, cui tantam exhibuit reuerētiam,

vt

vt reis quibuslibet parceret, qui ad eam ſtatuam confugiſſent. Huic igitur ſtatuæ ab incolis regni diuini honores delati ſunt, Et hoc exemplum exiſtimatur fuiſſe primum, à quo mos ille idolatricus adorandi ſtatuas, cum ipſis nominibus Bel, Beel, Baal, Baalim, originem traxit, & à Babylonijs ad alias gentes deriuatus eſt.

In hiſtoria Biblica fit mentio manifeſta idolatricarum imaginum, in hiſtoria Iacobi Patriarchæ, cuius vxor Rachel Idola patris Laban ſecum abſtulit, niſi quis dictum Ioſ. 24. etiam de ſtatuis aut imaginibus intelligere velit: Trans fluuium habitauerunt patres veſtri Thare, pater Abraham, & Nahor, & ſeruierunt Dijs alienis.

Herodotus, Diodorus & Strabo, ſcribunt Græcos accepiſſe cultum ſtatuarum ab Ægyptijs, quos ipſi exiſtimãt Idolomaniæ primos autores fuiſſe, ſed conſentaneum eſt, quòd eam à Babylonijs acceptam auxerint Ægyptij multis ineptiſſimis imaginibus animantium, quam ſtultitiam Iſraelitæ quoq; ex Aegypto redeuntes, formatione & adoratione Vituli aurei ſunt imitati.

Etſi autem, vt in præcedenti Capite dictum eſt, Aegyptij in tanta varietate beluinæ Idolatriæ, maximè ſecuti ſunt ratio-

nem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nem vtilitatis, aut nocumenti, tamen etiam negligenda non eſt annotatio Euſebij, qui libro 11. capite 1. de præparatione Euangelica ſic ſcribit: Antiquiſsimis temporibus effigies animalium ab Aegyptijs in galeris geſtari ſolitas fuiſſe, pro imperij ſignis. Parta autem victoria, ea animalia, quorum effigies à ducibus geſtatæ eſſent, conſecrata fuiſſe in Deos.

De Romanis extat inſignis locus apud Auguſtinum lib. 4. de ciuitate Dei cap. 31. quem obſeruationis gratia aſſcribam: Dicit etiam Varro, antiquos Romanos plus quàm annos 170 Deos ſine ſimulachro coluiſſe, Quod ſi adhuc, inquit, manſiſſet, caſtius Dij obſeruarentur. Cuius ſententiæ ſuæ teſtem adhibet inter cætera etiam gentem Iudæam, nec dubitat eum locum ita concludere, vt dicat, qui primi ſimulachra Deorum populis poſuerunt, eos ciuitatibus ſuis & metum demſiſſe, & errorem addidiſſe, prudenter exiſtimans Deos facilè poſſe in ſimulachrorum ſtoliditate contemni. Quod verò non ait, errorem tradiderunt, ſed addiderunt, iam vtiq; fuiſſe etiam ſine ſimulachris errorem vult intelligi. Hæc Auguſtinus.

Fuerunt quoq; inter Græcorum ſapientes aliqui, qui cultum ſtatuarum improbauerunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

bauerunt. De Lycurgo enim Lacedæmonio narratur, quòd lege vetuerit Deos coli imaginibus hominum, aut animalium. Et Socrates inter Philoloſophos ſapientiſſimus, propterea quòd ſculptiles Deos Athenienſium, vt Valerius Maximus ſcripſit, adorare nollet, ſed preces ſuas dixit oculis in cœlum ſublatis, idcirco publico iudicio accuſatus & damnatus eſt, vt cicutam biberet, prætendebatur enim ab accuſatoribus, quòd contemptis Dijs receptis, nubes adoraret & coleret, atq; accuſatores Ariſtophanem precio conduxerunt, vt ad Socratis ignominiam Comœdiam illam ſcriberet, quam nebulas inſcripſit.

Etſi autem, vt dictum eſt, aliqui fuerunt etiam inter ſapientes Ethnicos, qui cultum ſtatuarum non probarent, tamen illi fuerunt perpauci, quia Diabolus idolomaniam ſuam multiplici faſcinatione omnibus ætatibus conſtabiliuit, ſicut veriſſimè dicit Auguſtinus lib, 8. de ciuitate Dei: Immundi, inquit, ſpiritus ſimulachris arte nefaria colligati, cultorum ſuorum animas in ſuam ſocietatem redigendo captiuauerunt. Hoc dictum memoria dignum eſt, quia cauſam explicat, de qua ſine magna admiratione cogitare vix poſſumus, nimirum quomodo fiat,

quòd

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quòd homines in Idolomania tam ſint demen- tes & ſtolidi, vt ligneis, lapideis, argenteis & aureis ſtatuis, hominum manibus fabrefactis, diuinum honorem & virtutem tribuant, nam quòd id ab Idolatris fiat, etſi multi non facilè concedunt, tamen negari non poteſt propterea, quòd Deus ſcrutator & cognitor cordium & cogitationum hoc ab eis fieri affirmat, Iere. 2. Confuſi ſunt, inquit, Iſraelitæ ipſi, & reges eo- rum, principes & ſacerdotes, & Prophetæ eo- rum, dicentes ligno: Pater meus es tu, & lapi- di: Tu me genuiſti.

Cauſa autem ea eſt, quia immundi ſpi- ritus ſeu dæmones Idolatricis ſimulachris col- ligati, vt inquit Auguſtinus, ita excæcant & faſcinant miſeros homines, atq; ad hanc de- mentationem hominum vſi ſunt & vtuntur, non tantùm fallacibus prodigijs & miraculis. ſed etiam prædictionibus earum rerum, quas aut ipſi ſunt effecturi Dei promiſsione, aut quas ex cauſis præcedentibus, & ſignis ſecutu- ras eſſe colligunt, Sunt enim ſpiritus aſtutiſsi- mi & ſagaciſsimi, qui memoria tenent totam hiſtoriam vniuerſalis experientiæ, & guber- nationis, ab initio mundi.

In hiſtoria Saulis, 1. Reg. 28. legitur, quòd cùm Deus ei amplius nollet reſpondere,

con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

conſuluit mulierem habentem ſpiritum Ob ſeu Pythonis hoc eſt, obſeſſam à Diabolo, qui per eam reſponſa dabat conſulentibus. Et ſimile exemplum extat Actorum 16. de puella Pythonica diuinatrice, Talia fuerunt oracula Ethnicorum, quibus Diabolus horrendas Idolomanias conſtabiliuit, vt crederent mortales Idola illa, in quorum templis, & quorum nomine dabantur oracula, Deos eſſe.

Et ſicut negari non poteſt, quòd in Papiſtica Eccleſia Diabolus per ſtatuas Idolatricas multa ſigna & prodigia fallacia fecit et facit, de quibus Chriſtus prædixit Matt. 24. & illa miracula mendacia appellat, quia à patre mendacij fiunt, ad eum ſinem, vt homines in mendaces errores inducantur, & in eis confirmentur. Ita minus admirari debemus, quòd etiam Ethnicos populos talibus miraculis & prodigijs deluſerunt, & dementauerunt dæmones, vt idolis fiduciam & honores Deo debitos, ad veri Dei contumeliam, & ipſorum perditionem tribuerent. Prodeſt autem aliqua inſignia exempla oraculorum & prodigiorum ſemper inſpicere, ideo aliqua recitabo.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT DECIMVM.

DE ORACVLIS ETHNICIS.

Diabolus vt eſt Simia Dei, ita etiam idolatricam religionem ad exemplum veræ religionis praua imitatione inſtituere ſemper ſtuduit. Hinc extitit apud gentes ædificatio templorum & ararum, item ſacerdotum vtriuſque ſexus, ordinationes vel conſecrationes prophanæ ad miniſteria, cultuum & ſacrificiorum, per quos in vtroq; ſexu vaticinia & oracula, tanquam prophetias, edidit, quorum tanta fuit authoritas, vt nihil eximij inciperetur, niſi prius eſſent oracula conſulta, & ſecundum eorum reſponſa omnia conſilia & actiones inſtituebantur. Eſt autem operæ precium in ipſis oraculis gentium conſiderare quaſdam demonſtrationes & ſigna euidentia, quæ luce clarius demonſtrant eorum authores non bonos, ſed malos ſpiritus fuiſſe.

Prima demonſtratio ſumitur à fine oraculorum, iuxta regulam diuinitus præſcriptam Deu. 13. Si ſurrexerit in medio tui Propheta, aut ſomniator, aut dederit tibi ſignum aut portentum, veneritq; ſignum aut portentum, quod tibi prædixit, & dixerit, eamus

poſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

poſt Deos alienos, quos non cognouiſti, & ſeruiamus eis, non audies verba Prophetæ illius. Eſt autem demonſtratio talis: Nullum diuinum oraculum ſeu prophetia confirmat Idolomanias, ſed oracula Ethnica confirmant horrendas & multiplices idolomanias, Ergo non ſunt diuina oracula.

Secunda demonſtratio ſumitur à deformitate, ſicut de Pythia vate refertur, quod prolatura vaticinia aut reſponſa, ſedit in Apollinis tripode, deuaricatis cruribus, per cuius pudenda ingreſſus ater vapor, hoc eſt, impius Dæmon obſedit & impleuit eam, vt ventre & toto corpore intumeſceret, ore deſpumaret, & furore toto percita debaccharetur, & in illa debacchatione ſeu furore oracula, vel oratione ſoluta, vel verſibus comprehenſa, dubio tamen ſenſu plærunq́ proferret. Similem deformitatem etiam Virgilius deſcribit, cum de Sybilla inquit,

Non vultus, non color vnus.
Nec comptæ manſere comæ, ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument maiorq́ videri.
Nec mortale ſonans afflata eſt numine quãdo,
Iam propiore Dei.

Affirmari autem non poteſt quod talis furioſa & obſcœna deformitas ſit effectus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſpiritus ſancti, ſed dici neceſſe eſt eam deformitatem à malis & impuris ſpiritibus effici. Hoc argumentum copioſe tractat Epiphanius libro 5. demonſtrationis Euangelicæ & Chryſoſtomus in Epiſtola ad Corinth.

Tertio ratio ſumitur ab ambiguitate oraculorum ſophiſticè & inſidioſe accommodata ad deceptionem. Diuinæ prædictiones nō ſunt ambigua dicta, & obſcura ænigmata, inſidioſè comparata, ad hominum deceptionem. Talia autem plærunq; fuerunt oracula Ethnica, ſicut Virgilius quoq; inquit.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sybilla,
Horrendas canit ambages antroq; remugit,
Obſcuris vera inuoluens.

Ergo manifeſtum eſt ea fuiſſe reſponſa malorum Spirituum, quibus volupe eſt miſeros homines ænigmatibus & ambiguis reſponſis deludere, ſicut Crœſus & Pyrrhus cum magno ſuo & regnorum ſuorum malo, ambiguis reſponſis ſunt deluſi, vt pote: Crœſus Halim tranſiens perdet magnum imperium:

Et,

Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.

Quarta ratio iterum ſumitur à fine: Oracula Ethnica ſæpiſſime mandauerunt ma-

ctare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtare humanas hoſtias, eo prætextu, quod per illas Dij irati conciliari, & mala amoueri, & optata acquiri poſſent. Cũ Lacedæmone peſtis graſſaretur oraculum reſpondit: Ceſſaturam eſſe peſtem, ſi promitterent Lacedæmonij, ſe quotannis virginem Apollini immolare velle. Erechtheus bellum Eunolpho illaturus, reſponſum ab Oraculo accepit, ſe victorem fore, ſi filiam vnicam Dijs immolaret. Miſeri parentes oraculo obtemperarũt, et vnicæ filiæ crudeles parricidæ facti ſunt. Eam hiſtoriam recitat Lycurgus ex Tragœdia Euripidis Erechtheo. Hæc horrenda crudelitas, quæ plena eſt obominandarum impietatum contra Legem & Euangelium, eſt propriiſſimum opus Diabolorum, qui eſt mendax & homicida, vt Chriſtus inquit: Quare non dubitemus talium oraculorum authores eſſe Diabolos.

Exempla huius & præcedentis demonſtrationis multa recitantur à Poetis & hiſtoricis, Herodoto, Plutarcho & alijs, præcipuè vero à Pauſania, cuius lectio valde prodeſt ad cognoſcendas multas manifeſtas, & horrendas impietates, in ſuperſtitionibus Ethnicis. Recitat autem Pauſanias in Laconicis inſigne factum Lycurgi. Cum Oraculum Dianæ Orthygiæ mandaſſet aram humano

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſanguine imbuendam eſſe, ipſe abhorrens à mactatione hominum innocentium, iußit vt iuuenes ſorte delecti ad ſacrificia virgis cæderentur, & ſanguine effuſo è vibicibus ara Deæ conſpargeretur. Hæc ſapiens interpretatio, & moderatio oraculi, laude digna fuit: Quia etiam recta ratio non prorſus dementata à Diabolis, intelligit aliquo modo talem crudelitatem Deo non poſſe placere: Ideo Themiſtocles quoq; factum Græcorum improbauit, quod pugnaturi ad Salaminem contra Xerxem tres nobiles captiuos immolauerunt.

Et Romani teſte Plinio, tandem pertæſi eius crudelitatis ſe natusconſultum fecerunt, anno vrbis 656. ne humanæ hoſtiæ amplius immolarentur.

Plures demonſtrationes non addo, quia his quatuor diligenter conſideratis, plures colligere non eſt difficile. Eſt autem dignum obſeruatione, quod Euſebius ſcribit, lib. 5. de præparatione Euangelica: Nato Chriſto omnia Ethnicorum oracula conticuiſſe, etiam Delphicum, ita vt nulla amplius vtilitas ex ijs accipi potuerit. Et eius rei teſtimonium adducit ex Porphyrio Chriſtianæ religionis hoſte. Porro quarta demonſtratio

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

non tantum ad oracula Ethnicorum, ſed etiam generaliter ad Idolomaniam gentilem accommodanda eſt: Vnica victima humana filij Dei vnigeniti placatus eſt æternus Deus, & quamuis etiam Abraham mandata fuit à Deo immolatio filij Iſaaci, vt patris fides probaretur, tamen miſſus eſt angelus, qui occiſionem impediret. Conſideretur itaq; in mactatione victimarum humanarum ad aras Idolorum, non tantum horrenda crudelitas, ſed etiam Diabolica blaſphemia, qua Spiritus ille nequam oblationem Domini noſtri Ieſu Chriſti deriſit & ignominia affecit, ac contemptam reddere ſtuduit. Et quod Paulus in genere de ſacrificijs Idolorum affirmat, 1. Cor. 10. Quæ immolant gentes, Dæmonijs immolant non Deo: hoc inprimis ad crudeles humanarū victimarum oblationes accommodetur: ſicut fit in Pſal. 106. quia Diabolus homicida eſt, & delectatur homicidijs. Ideoq; tales oblationes à Deo ſeueriſſimè ſunt prohibitæ, Leuit. 20. Hæc loqueris filijs Iſrael, ſi quis dederit de ſemine ſuo Idolo Moloch, morte moriatur, populus terræ lapidabit eum &c.

Fuit autem Moloch idolum Ammonitarum, 3. Reg. 11. cuius ſtatua ad hunc modum fabricata fuit, vt manibus exten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſis ſuſtinere poſſet pueros impoſitos, & igne ſubiecto in parte caua, vehementer incandeſceret. Huic immani ſpectaculo addere conſueuerunt ſonitum tympani, & aliorum inſtrumentorum Muſicorum, ne clamor puerorum à parentibus audiretur, & ea ſtatua dicta fuit Moloch, hoc eſt, regens, vel Conſiliarius, quia oracula reddebat conſulentibus, ſicut Beelzebub in vrbe Accaron, 4. Reg. 1. Etſi autem prohibitio eſt grauiſſima, quæ extat Leuit. 20: tamen Diabolus multos etiam in populo Iſraelitico, ita dementauit, vt contra expreſſam prohibitionem Dei hanc crudelem Idolatriam gentium imitarentur: Sicut Dauid inquit, Pſalm. 106. Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum, & immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs, & fuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Canaan. Imo de Salomone narratur, 3. Reg. 11, quod idoli Moloch cultum apud Iudæos inſtituerit, Et de Achas 2. Paralip. 28. & de Iſrahelitis, 4. Reg. 17. quod filios ſuos idolis per ignem conſecrauerunt. Laudatur autem Ioſias Rex, 4. Reg. 11. quod hanc im-

manem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

manem & horribilem Idolatriam aboleuit, vt nemo amplius conſecraret Filium ſuum aut filiam ſuam per ignem Moloh.

Addam aliqua exempla Ethnicorum, vt in eis quoq; tanquam in re præſenti Diabolica immanitas conſpiciatur. Phœnicibus mos fuit, vt in magnis periculis princeps dilectiſſimum ex liberis Dæmoni irato, tanquam λύτρον immolaret & iugularet. Carthaginenſes humanas hoſtias Saturno immolare ſoliti ſunt, Cum autem victi eſſent ab Agathocle Rege Siculorum, iratum ſibi Deum eſſe putauerunt, Itaq; vt eum placarent, ducentos nobilium filios crudeliſſime occiſos immolauerunt. In Cypro Ioui, apud Rhodios quoq; Saturno, apud Chios Dionyſio humanis victimis litabatur. In Heliopoli Ægypti vrbe, ſingulis diebus tres homines Iunoni mactabantur. In Laodicæa Syriæ Palladi virgo, Apud Arabes puer quotannis immolabatur. Latini quoq; olim hominem in Tyberim præcipitem dabant. De Germanis narrant Cæſar & Tacitus quod certis diebus Mercurio humanis hoſtijs litari ſoliti fuerint.

Talia exempla in lectione hiſtoriarum obſeruanda ſunt, quia ſunt euidentiſſima teſtimonia Diabolici furoris in religionibus Ethnicorum. Eſt autem digna memoria an-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

notatio Pauſaniæ de Cecrope & Lycaone, quæ extat lib. 8. in Arcadicis: Eadem inquit, ætate & Cecropem Athenis, & Lycaonem in Arcadia regnaſſe comperio, prudentia tamen rerum diuinarum Lycaonem inferiorem fuiſſe cenſeo. Ille enim cum primus Iouem cognomento ſupremum appellaſſet, nihil vita præditum ei immolandum duxit. Sed liba tantum patria, Pellanos Attici vocant, vt ad aram porricerentur, ſanxit. At Lycaon ad Iouis Lycæi aram infante mactato, humanum ſanguinem libauit, Quare inter ipſa ſacra in lupũ mutatum tradunt. Et poſt Lycaonẽ in iiſdem Lycæi Iouis ſacris, alios fuiſſe ex hominibus lupos factos, tradunt, non tamen in reliquum omne vitæ tempus, ſed decimo tandem anno, ſi interea humana carne abſtinuiſſent, priſtinam hominis figuram recepiſſe, ſin hominis carnes guſtaſſent, lupos eſſe nunquam deſiiſſe. Admonet hæc narratio fuiſſe inter ſapientes Ethnicos, qui hanc crudelitatem in religione improbarent, vt Cecrops, Lycurgus Themiſtocles, de quibus ante dictum eſt, Eſtq́; in ipſo nomine idoli Iouis Lycæi, & in fictione illa, quod ſacrificatores in lupos ſint conuerſi, non obſcura ſignificatio reprehenſionis lupinæ immanitatis.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XI.

DE PRODIGIIS ET MIRACVLIS Ethnicis.

DIxi Diabolum Idolomanias Ethnicas conſtabiliuiſſe præſtigijs oraculorum, & prodigiorum ſeu miraculorum, & quid de oraculis Ethnicorum ſentiendum ſit, quatuor argumentis demonſtraui: Et quamuis manifeſta eſt in omnibus euidentia: tamē de primo & vltimo ſæpe cogitare prodeſt. Tireſias, Calchas, Pythia & ſimiles ſacerdotes ac vates Ethnicorum manifeſtè profitentur ſe Idolis ſeruire, & ad eorum cultus homines inuitant. Quis itaq; dubitabit eorum vaticinia etiamſi aliquando euentus reſpondent eſſe diabolica? Et ſi cogitationem addas de humanis victimis, non ſolùm lex Dei: Non occides, ſed ipſe naturæ horror te admonebit, Diabolum homicidam eius crudelitatis certiſſimum authorem eſſe. Tireſias promittebat Thebanis victoriam, ſed ea lege, vt Creontis filius mactatus victima fieret pro patria. Calchas de excidio Troiæ diuinabat, & ſucceſſus fœlices pollicebatur Græcis, ſed iubebat Agamemnonis filiam immolari,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Ionibus petentibus remedium ab oraculo Delphico aduerſus ſæuiſſimam luem, quæ horribiliter graſſabatur in tota vicinia, reſpondebat Dephicus Dæmon, vt eſt apud Pauſaniam in Achaicis, non deſituram luem, niſi Dianæ Triclariæ offerretur Manalippus cum Comæthone, quam ipſe in Dianæ templo ſtuprauerat, & quotannis eodem tempore pro Manalippo elegantiſſimus puer, & pro Comæthone venuſtiſſima virgo mactaretur. Idem de Meſſenijs in longo & difficili bello, quod cum Lacedæmonijs geſſerunt, ſciſcitantibus de exitu, promiſit victoriam, ſed ea conditione, ſi virginem puram ex Epitidarum familia Deo immolarent, verba oraculi recitat Pauſanias in Meſſenicis:

Neſcia viri puella, genijs inferis,
Epitidum ab alto ſorte ducta ſanguine,
Det colla nocturnis duris ſecanda cædibus.
Vos hæc ad vndas Hallyi facite ſacra,
Libenter ipſam virginem dantes neci.

Oraculi voce audita virgines omnes ex Epitidarum familia ſorti ſunt commiſſæ: Cumq; Lyciſci filia ducta fuiſſet, eam Ephebolus vates ſacrari voluit, quòd diceret non eſſe à Lyciſco genitam: Verùm vxorem Lyciſci eam, cùm ſterilis eſſet, clam ſibi ſuppoſuiſſe.

ſuiſſe. Interea dum vates hæc ad populum agit, Lyciſcus clam abducta puella, Spartam aufugit. Ariſtodemus itaq; vnus ex præcipuis Epitidarum familijs, gratificaturus patriæ, vltrò filiam ad ſacrificium obtulit. Quod audiens ſponſus virginis, dixit eam in patris poteſtate amplius non eſſe, ſed ſuam eſſe contendit. Cùm verò hac ratione nihil proficeret, confinxit virginem ex ſe grauidam eſſe, ideoq; non licere eam pro virgine immolari. Pater ergo furore percitus, filiam vnicam manu propria interfecit, & execto vtero inuenit, omnibusq; oſtendit, eam non fuiſſe prægnantem: Sed tamen nihilominus Ephebolus vates iuſſit aliam virginem immolari, propterea, quòd eius virginis cæde, quam pater iratus interfeciſſet, litatum ex oraculi ſententia non eſſet: Miſer itaq; pater Ariſtodemus, vicem ſuam grauiter dolens, quòd filiam occidiſſet & tamen eius occiſione nihil profuiſſet patriæ, inſuper etiam nocturna viſione in ſomno perterritus eſt. Somniauit ſe ad menſam ſedere, in qua eſſent victimarum exta expoſita. Filiam autem in pulla veſte menſæ aſſiſtere, nudato pectore oſtendentem vulnera, quæ ipſe ei inflixiſſet. Surgens itaq; ad tumulum filiæ acceſſit, & ibi mortem ſibi conſciuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Nemo ſanus talia ſine maximo horrore legere vel audire poteſt: Et quòd ſint hæc prorſus Diaboli opera, res ipſa manifeſtè oſtendit, & cuilibet iudicium proprium dictat.

Iam de prodigijs & miraculis
etiam dicendum eſt.

NEgari non poteſt, Diabolum præſtigias prodigiorum & miraculorum facere poſſe. Quia Chriſtus Matth. 25. dicit, Pſeudochriſtos & Pſeudoprophetas venturos eſſe cum ſignis magnis & prodigijs, ita, vt in errorem inducantur, ſi fieri poßit, etiam electi. Et Paulus de Antichriſto prædicit 2. Theſſal. 2. Aduentus eius erit ſecundum operationem Sathanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus. Cum his ſententijs conſentiunt exempla. In hiſtoria Moſis Exod. 7. & 8. magi Aegyptij, quorum principes fuerunt Iannes & Mambres, quædam miracula Moſis & Aaronis arte diabolica imitantur.

De Simone mago recitatur Acto. 8. quòd arte magica gentem Samariæ dementauit, adeò, vt eum virtutem Dei appellarent, Et ſcribunt eum poſtea Romam veniſſe, vbi ſimiliter tantùm venerationis adeptus eſt

magicis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

magicis præſtigijs, vt ei ſtatua cum hac inſcriptione poſita ſit: Simoni Deo ſancto, fuiſſeq́ Apoſtolo Petro cum ipſo certamina, cumq́ Simon tandem iactitaret ſe in cœlum aſcenſurum eſſe, ſublatus eſt à Diabolis in aërem: ſed Petrus imperauit Diabolis, vt eum abijcerent, ita decidens in terram, extinctus eſt. Hæc exempla oſtendunt, Diabolos poſſe facere præſtigias miraculorum: Quare non mirum eſt, quòd etiam Idolomanias Ethnicas talibus præſtigijs Diaboli confirmauerunt. Sicut etiam Papiſticam Idolomaniam multis præſtigijs miraculorum confirmatam eſſe manifeſtum eſt, permittente hoc Domino iuſto iudicio ſuo propter hominum obſtinatam impietatem: ſicut 2. ad Theſſal. 2, clarè ſcriptum eſt: Pro eo, quòd dilectionem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent: Propterea miſit illos Deus efficaciam illuſionis, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed approbauerunt iniuſticiam.

Eſt autem neceſſario tenenda admonitio de differentia miraculorum diuinorum & præſtigiarum diabolicarum.

Tribus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Tribus modis differunt miracula.

Primò, ipſis rebus, vel ſubſtantia, vt in ſcholis loquimur, vel impoßibilitate, propterea quòd quædam ſunt imitabilia Diabolis, vt Exod. 7. expreſſè ſcriptum eſt, quod Magi cùm non poſſent amplius imitari oracula Moyſis & Aaronis, dixerunt: Digitus Dei eſt hic. Sic de miraculis Domini noſtri Ieſu Chriſti verißimè dicit Nicodemus: Nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi Deus fuerit cum eo, Atq; Iohan. 9. Cæcus à Chriſto ſanatus dicit ad Iudæos: A ſeculo non eſt auditum, quòd quis aperuerit oculos cæci nati: Niſi hic à Deo eſſet, non potuiſſet facere quicquam. Sic impoßibile eſt Diabolos poſſe mortuis vitam dare, poſſe Solis & Lunæ curſum tenere &c. Itaq; talia miracula, ipſa impoßibilitate diſcernuntur à præſtigijs & prodigijs Dæmonum.

Secunda differentia eſt, quia miracula Eccleſiæ fiunt ſimplici fide (vt ait Auguſtinus de Ciuitate lib, 10. cap. 9.) ſine incantationibus & carminibus nefariæ curioſitatis arte compoſitis. Nomine incãtationum & carminum, intelligit omnes illas impias & magicas ſuperſtitiones, quarum fundamento & fiducia actiones impoſtorum Idolatricorum. quicunq; illi ſunt, ſiue gentiles ſiue Papiſtici. nituntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nituntur. Apud Papiſtas tales magicæ ſuperſtitiones ſunt vſitatiſsimæ, quas Auguſt. grauiter reprehendit in lib. de rectitud. Catholicæ conuerſationis. Et Chryſoſtomus duriter inuehitur in ſacerdotes, qui ægrotis Euangelia de collo ſuſpendebãt, dicitq́ eſſe impietatem & inſaniam. In bello Neapolitano in caſtris fuit magna penuria aquæ, Milites dederunt panem conſecratum aſino, præcipitaueruntq́ eum in mare, vt cieret aquas: Is in mare delapſus, excitauit tantas tempeſtates, vt omnes perituros eſſe exiſtimauerint, poſtea ſemper ſuperfluam habuerunt aquam.

Hanc fuiſſe prorſus diabolicam actionem, omnes pij ſine admonitione intelligunt. Non ſic Elias, ſed fideli inuocatione impetrauit pluuias, 3. Reg. 18. Eodem cap. alia hiſtoria deſcribitur: Sacerdotes Baalitici, cum inuocatione Idoli Baal coniungunt ritus ſuperſtitioſos ſaltandi ſuper altare, & vulnerandi corpora ſua cultris & lanceolis, ſperantes, quòd his ſuperſtitionibus poſſent efficere, vt ſacrificium ipſorum miraculosè accenderetur. Et Pauſanias Ethnicum exemplum narrat Eliacorũ lib. 5. Sunt, inquit, in Lydijs, qui Perſici cognomine vocantur, vrbes Hierocæſarea & Hipæpis. In templo vtriuſq́ vrbis

amplisſimo

pliſsimo Cellæ, cum aris, ſuper his cinis alio longè colore à vulgari cinere, huc ingreſſus Magus, vbi foco lignis impoſitis Tiara caput velauerit, implorat cognomen Dei, quicunq; ille ſit, ex libro enim carmen recitat barbaricum, lingua plane ignota Græcis, vbi perorauit, ſponte ſua è lignis nullo igne admota, puriſsima emicat flamma. Elias autem contra Baaliticos ſacerdotes ſacrificans, nulla vſus eſt ſuperſtitione Magica, ſed constructo altari impoſitoq; ſacrificio, in fide ſimplici, vt Auguſt. inquit, inuocauit Deum, dicens: Exaudi me Domine, exaudi me, vt diſcat populus iſte, quia tu es Domine Deus, & tu conuertiſti corda eorum iterum, Ceciditq; ignis Domini & vorauit holocauſtum & ligna, & lapides, puluerem quoq; & aquam, quæ erat in aquæductu lambens.

Tertiam differentiam monſtrat conſideratio finium. Finis miraculorum Diaboli, eſt erroris furoriſue manifeſte impij, blaſphemi & contumelioſi in Deum, aut ſceleris alicuius confirmatio, præceptio, aut approbatio, vt falſorum dogmatum, Idolomaniæ, ſuperſtitionum Idolatricarum, iniuſtarum cædium, & aliarum turpitudinum, quibus delectantur Dæmones, afficitur ignominia Creator, & ipſius verbum, & creatura ad imagi-

nem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nem Dei condita miſerrime ſeducitur & decipitur. De hoc fine admonet Chriſtus, Matth. 23. Surgent Pſeudoprophetæ, & Pſeudo-Chriſti, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem ſi fieri poßit, etiam inducantur electi.

Et Paulus 2. Theſſ. 2. idcirco vocat Anti Chriſti prodigia & miracula mendacia, hoc eſt, præſtigias & impoſturas eo directas, vt homines à veritate ad mendacia abducantur, & in illis confirmentur. Sed miracula quæ diuina virtute fiunt in Eccleſia, ea directa ſunt ad glorificationem & cultum veri Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ad confirmationem doctrinæ diuinitus traditæ, veræ fidei, inuocationis ac verarum conſolationum, conſentiuntq́ cum verbo patefacto, de vera Dei agnitione, veris cultibus, vera inuocatione, fide & conſolationibus. Sic Chriſtus diſcipulis Iohannis quærentibus, An ipſe ſit qui venturus ſit, an vero alius ſit expectandus, mandat vt miracula, quæ videbant, ſignificent Iohanni. Et 20. Cap. Iohan. de miraculis Chriſti clarè ſcriptum eſt: Multa alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quod Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, & vt credentes vitam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

habeatis in nomine ipſius. Atq; de Apoſtolorum imo de omnium Sanctorum miraculis in Eccleſia, & ante & poſt natiuitatem ac paſſionem Chriſti dicitur, Marci 16. Illi prædicauerunt, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſignis ſequentibus. Et ſic Elias contendens cum Baaliticis Sacerdotibus inquit, 4. Reg. 18. Domine Deus Abraham, Iſaac & Iſrael, Et oſtende hodie, quia tu es Deus Iſrael ego ſeruus tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia hæc.

Cum itaq; conſtat miracula fieri ad hunc finem, vt confirmetur idolomania, & aut furor, aut error impius, tunc, qualiſcunq; ſit ille qui facit, aut qualiacunq; ſint miracula: Tamen, ſine omni dubitatione ſtatuatur eſſe mendaces impoſturas, quibus abhiberi fides non debet: Sicut Chriſtus inquit, Matth. 12. Qui non eſt mecum, contra me eſt. Et Deut. 13. dicitur: Si dixerit tibi eamus poſt Deos alienos, & ſeruiamus eis, non audies: ita ſimpliciter iudicandum eſt, tum de Ethnicorum, tum etiam de Papiſtarum miraculis & prodigijs, quibus confirmati ſunt & confirmantur Idolatrici errores & furores, etiamſi aliquando in externa ſpecie eſt quædam ſimilitudo, cum miraculis aliquibus Eccleſiæ. Sicut Magi quædam miracula Moſis imitabantur.

Et

Et negari non poteſt, fieri apud Papiſtas aliquando prodigia ſanationum & aliarum rerum mirabilium, Sicut etiam apud Ethnicos talia prodigia ſæpè facta ſunt, vt Aſpaſiæ, Hermotini Phocenſis filiæ, vxori Cyri, cum adhuc eſſet virgo, enatus eſt tumor deterrimus in mento, itaq; in ſomno admonita eſt vt roſas ſiccas è ſerto Veneris contritas tuberi imponeret, id cum feciſſet eſt ſanata. Euripides cum Platone in Ægyptum profectus, cum graui morbo laboraret, à Sacerdote aqua marina lotus eſt, & mox conualuit.

Vxor Amaſis Regis Ladice voto pollicita eſt Veneri ſtatuam, vt à marito diligeretur: Et cum voti compos facta eſſet, ſtatuam Cyrenas miſit.

Valeſius Ruſticus diues, vt eſt apud Valerium Maximum, voce quodam monitus, tres liberos peſte laborantes ad locum, qui Terentum dicebatur, duxit, ibiq; eis ex ara Ditis & Proſerpinæ aquam bibendam dedit, qua poeta ſanati ſunt.

Oſſa Heſiodi apud Orchomenios, & Epidaurius ſerpens Romæ peſtem ſedarunt. Eutynnus Diabolum atri lupi ſpecie expulit ex Adoleſcente. Sibari è fluuio Calabro è fonte Calica & ex vrbibus Hera et Themeſſa, vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

refert Pauſanias in Eliacis. Regnante Tarquinio Priſco, Actius Nauius paſtoris puer augurandi artem profitebatur: Rex videns eum, deriſit puerilem ſtoliditatem, & per iocum artem ipſius tentans interrogauit: Num poſſet fieri quod cogitaret? Cumq́ reſpondiſſet puer, poſſe id fieri, Atqui inquit Rex, meditabor cotem hanc nouacula ſcindere, poteſt ergo id fieri ait Actius? & accepta nouacula cotem aſpiciente Rege & populo diſcidit. Sic Diabolus huic nouo auguri, & augurandi arti autoritatem apud Regem & populum Romanum fecit. Hæc de differentijs miraculorum cogitare prodeſt, vt rectè diſcerni poſſint. In caſibus autem dubijs, in quibus eſt manifeſta vſurpatio nominis Chriſti, & non eſt aliquod ſignum manifeſtum impietatis, reſpiciendum eſt ad exemplum, Lucæ 9. vbi cum Iohannes Apoſtolus dixiſſet ad Chriſtum: Præceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem Dæmonia & prohibuimus eum: Quia non ſequitur nobiſcum: Reſpondet Chriſtus, Nolite prohibere, Qui enim non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt.

Caput

CAPVT XII.

DE SVPERSTITIONIBVS ET ARTIBVS Magicis.

TErtium gradum peccatorum contra primum præceptum conſtituunt Magi. Fuit olim honeſta appellatio Magorum, qui fuerunt Perſici Sacerdotes & ſapientiſsimi Philoſophi ac indagatores naturæ, & arcanarum rerum in natura, ſicut non dubium eſt, & ipſa experientia non ſuperſtitioſa etiam monſtrat, multa myſteria eſſe in rebus naturalibus, quorum certæ cauſæ Phyſicæ non poſſunt monſtrari.

Poſtea cum hi Philoſophi nimis indulgerent curioſitati, miſcuerunt ſeſe illis Diaboli, vt totos ſe dederent ſuperſtitionibus, & artificijs Diabolicis. Itaq; factum eſt, vt Magorū nomen à Sacerdotibus & Philoſophis deuenerit ad eos, qui fœdera faciunt cum Diabolis, aut alioqui Diabolicis ſuperſtitionibus & artificijs vtuntur: & Magia vocatur artificium à Diabolis traditum, per quod ipſi Diaboli efficiunt ea, quæ Magi ab eis poſtulant. Huius multæ ſunt ſpecies, ſicut Diabolicæ impoſturæ, faſcinationes & maleficia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſunt multiplicia, quemadmodum dicitur Diabolus eſt mille artifex. In Deutero. cap. 18. recitantur nouem Species, quæ vſitate ad duo genera referuntur, videlicet Pythonica reſponſa, & incantationes. Vocabulum Hebraicum Ob, quod verterunt Pythonem, ſignificat Diabolum, ſeu Spiritum inflantem Magos, ſeu obſeſſos, & per eos reſpondentem quærentibus, ſeu conſulentibus. Eſt enim appellatio Ob ſumpta ab vtre, propter inflationis ſignificationem. Sicut vates Ethnicorum reddentes reſponſa oraculorum ſolebant inflari à Diabolis, quemadmodum ante dictum eſt. Ad hoc itaq; genus referantur omnia Diabolica & Magica Oracula vatum Pythonicorum, Aruſpicum, Sortilegorum Nigromanticorum, & eorum qui Diabolos in Cryſtallis, aut alijs rebus ſiue figuris vel inſpectione vel per colloquia conſulunt, & eorũ qui ψυχαγῶγοι dicuntur, propterea quod profitentur ſe Diris & execrationibus Manes ab inferis euocatas percontari, cum reuera ipſos Diabolos accerſitos interrogent. Talis fuit mulier Pythonica, quæ ad poſtulationem Saulis, vt ſuſcitaret Samuelem, accerſiuit Diabolum reſpondentem Sauli ad interrogationem 1. Reg. 28. Et de talibus intelligo dictum Iobis Cap. 3. Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan. Se-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secundum genus eſt incantatio, quæ continet omnia incantatorum artificia, opera, maleficia, & impoſturas, quas res ipſi Diaboli efficiunt. Etſi enim incantatores confœderati Diabolis, vtuntur certis verbis, aut figuris, aut alijs rebus: Sicut ab ipſis Diabolis ſunt docti: Tamen non dubium eſt, ipſos Diabolos eſſe maleficiorum effectores.

Sciendum autem eſt quod contra primum præceptum non tantum peccant ipſi Magi, Pythonici & incantatores, ſed etiam peccant illi, qui eos conſulunt, aut illorum maleficijs vtuntur, ſicut expreſſè ſcriptum eſt Leuit. 20. de vtriſq;: vir ſeu mulier in quibus eſt Pythonicus vel diuinationis ſpiritus, morte moriatur, & anima quæ declinauerit ad Magos & Hariolos & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi ſui.

Et exemplum illuſtre recitatur 4. Reg. 1. Ochozias filius Achab rex Samariæ lapſus per Cancellos cœnaculi ſui, miſit ad conſulendum Beelzebub Idolum Accaron de valetudine: Sed angelus Domini mandauit Eliæ, vt nuncio regis iret obuiam, eiq; diceret: Numquid non eſt Deus in Iſrael: vt eatis ad conſulendū Beelzebub Deū Accaron? Quamobrem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

hæc dicit Dominus, de lecto ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris.

CAPVT XIII.

DE IVDÆIS, MAHOMETISTIS, PHILOSOphis & Hæreticis.

QVartus gradus peccatorum contra primum præceptum eſt Iudæorum, Mahometiſtarum, Philoſophorum & Hæreticorum, qui omnes aberrant à cognitione veri Dei, & fingunt ſibi ſuos Deos, qui non ſunt Dij, quia non volunt agnoſcere hunc eſſe verum Deum, qui ſe in verbo ſuo & per filium ſuum Ieſum Chriſtum patefecit.

Etſi itaq; Iudæi dicunt, ſe agnoſcere & colere Deum patrum ſuorum Abraham, Iſaac & Iacob. Mahometiſtæ dicunt, ſe agnoſcere Deum creatorem Cœli & terræ. Philoſophi quidam profitentur ſe agnoſcere Deum gubernatorem mundi, & qui eſt cauſa boni in natura, Sicut inquit Plato: Deus eſt immortalis ad beate viuendum ſeipſo contentus, mens æterna, cauſa boni in natura, & Thales dicit: Deus eſt ingenitus & antiquiſſimus omnium quæ ſunt, initio & fine carens, &

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

non latet eum homo malè agens, nec cogitans quidem. Et Cicero de nat: Deorum: In mundo eſt Deus aliquis, qui regit, qui gubernat, qui curſum aſtrorum, qui mutationes temporum, rerum viciſsitudines ordinesq́ conſeruat, terras & maria contemplans, hominum commoda vitasq́ tuetur. Et ibidem vocat Deum numen præſtantiſsimæ mentis, quo omnia reguntur.

Hæc, inquam, etſi dicunt Iudæi, & Mahometiſtæ & Philoſophi: tamen ſimul errant omnes. Quia enim non agnoſcunt hunc Deum, qui ſe reuelauit in verbo ſuo, & per Filium vnigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, hoc eſt, non agnoſcunt Deum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti Mediatoris promiſsi, exhibiti, crucifixi & reſuſcitati, qui cum hoc Filio Ieſu Chriſto & Spiritu ſancto eſt vnus verus Deus in Trinitate perſonarum, & vnitate eſſentiæ. Ideo fingunt ſibi alia phantaſmata, quibus falsò opinionem & nomen Dei tribuunt, contra primum præceptum: Non habebis Deos alienos coram me. Quòd autem non ſit vera agnitio Dei extra verbum reuelatum, et extra Ieſum Chriſtum, id clarè ſignificant hæc dicta Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquam, Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit nobis. Iohan. 14. Phi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ippe, qui videt mei, vdet Patrem: Non credis, quòd ego in Patre, & Pater in me eſt? Ioh. 5. Qui non honorat Filium, non honorat Patrem. Iohan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. De Hæreticis quoque ſimiliter iudicandum eſt.

Manichæi fingentes duos Deos, Bonum & Malum, pariter æternos, certè à vera Dei agnitione longiſsimè aberrant. Sic errant omnes, qui aut Filij aut Spiritus ſancti diuinitatem negant, & errant omnes Antichriſti. Quemadmodum dicit Chriſtus Iohan. 5. Qui non honorat Filium, non honorat Patrem. Qui odit Filium, is & Patrem odit. Et 1. Iohan. 2. ſcriptum eſt: Quis eſt mendax niſi is, qui negat Ieſum eſſe Chriſtum? Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem & Filium. Quiſquis negat Filium, is ne Patrem quidem habet.

CAPVT XIIII.

DE RELIQVIS GRADIBVS PECcatorum contra primum præceptum.

Quintus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

QVintus gradus peccatorum contra primum Præceptum eſt deſertorum & Apoſtatarum, qui à confeſſione Dei & doctrinæ Euangelij deficiunt, vel metu, vt Petrus negans Chriſtum, qui tamen rurſus conuerſus eſt, vel propter odium & auariciam, vt Iudas, qui ex Apoſtolo factus eſt Chriſti proditor. Porphyrius Sophiſta, cùm à Chriſtianis quibuſdam plagas accepiſſet, odio eorum fidem abiurauit Chriſtianam, & contra ſacram ſcripturam multas blaſphemias expuit: vel propter amorem, gratiam & fauorem hominum, vt de Salomone 3. Reg. 11. ſcriptum eſt, Quòd per vxores, quas ardentiſſimo amore dilexit, cor eius deprauatum eſt, vt ſequeretur Deos alienos, vel propter impatientiam in cruce, cuius exempla aliqua extãt in Iſraelitarm hiſtoria, vel propter alias quaſcunq; cauſas, vt Decebolus luſit cum religione. Et Iulianus Apoſtata, qui cùm priuatus eſſet, profeſſus eſt, ſe eſſe Chriſtianum: Sed Imperator factus, per petulantiam totum ſe Ethnicis ſacris & Dæmoniacis incantationibus deuouit: Mactauit humanas victimas, & ſe illarum ſanguine Baptiſmum abluere dicebat.

Rapotus Phryſorum Princeps, cùm conuerſus eſſet ad Chriſtianam religionem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& à pio Epiſcopo didiciſſet doctrinam & articulos Fidei, atq; iam alterum pedem in fontem poſuiſſet, vt baptizaretur, interrogauit Epiſcopum, vbinam maiores eſſe ſuos exiſtimaret? & Epiſcopo reſpondente, eos non eſſe ſaluatos, propterea, quòd ſine Chriſto non pateat via in cœlum. Ille mox pedem retraxit, & fidem Chriſtianam rurſum abnegauit, inquiens: quòd ibi eſſe vellet, vbi maiores ſui eſſent. Hoc leuitatis exemplum de multis ſimilibus exemplis admonet.

Sextus gradus eſt deſperantium, vt Cain, Iudas & Saul deſperauerunt. Et neceſſe eſt omnes illos ruere in deſperationem, qui non nouerunt Euangelium de Fide in Chriſto. Eſt autem doctrina Papiſtica de dubitatione: An Deus velit nos audire, nobis ignoſcere ac dare vitam æternam, fomes deſperationis: quare eam deteſtari omnes pij debent.

Septimus gradus eſt eorum, qui non curant & non volunt diſcere Euangelium, de agnitione Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel quia ſunt ſecuri, vel quia ſunt obdurati.

Octauus gradus eſt ſuperborum, hoc eſt, eorum, qui ſe extollunt ſupra Deum, admiratione & fiducia propriæ iuſticiæ & virtutum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tum, vt Phariſæus Luc. 18. Et, ſicut de impio & ſuperbo Rege ſcriptum eſt Eſaiæ 54. Dicebas in corde tuo: In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo. Et Daniel. 5. inquit Nabuchodonozor rex: Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ? Item Daniel. 6. Rex Darius præcipit, vt 30 diebus omnes preces ad ipſum ſolum dirigantur. Et de Antichriſto ſeu Papa dicit Daniel 11. Et Paulus 1. Theſſ. 2. quòd extollat ſe ſupra Deum, & oſtentet ſe tanquam ſit Deus.

Huc pertinent ſimilia exempla aliarum hiſtoriarum, vt Aiax profecturus ad bellum Troianum, patri admonenti eum apud Sophoclem, vt cogitet, virtute & auxiliante Deo vincendum eſſe, reſpondet: Adiuuante Deo etiam ignaui vincere poſſunt: Ego vero abſq; auxilio diuino confido me iſtam attracturum eſſe gloriam. Alexander Magnus poſt aliquot inſignes victorias ſemetipſum admiratus, voluit diuinis honoribus coli. Eius ſtultæ & ſuperbæ impietatis multa exempla inueniuntur in hiſtorijs, quæ etiam quidam ex ſapientibus Ethnicis deriſerunt,

propterea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

propterea quòd ipſa experientia eam refutat, vt portenta hominum, Nero & Caligula ſtatuas ſuas in templis collocarunt, & pro Dijs adorari voluerunt.

CAPVT XV.

DE IMAGINIBVS ET STATVIS.

EXod. 20. in Deuto: hæc appendix primo præcepto addita eſt à Deo: Non facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, aut in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis, ſub terra, non adorabis ea neq; coles: Hæc prohibitio copulatiuè intelligẽda eſt. Sicut Leuit. 26. expreſſè ſcriptum eſt: Non facietis vobis idolum ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. Ego enim ſum Dominus Deus veſter. Et Pſal 97. Confundantur omnes qui adorant ſculptile, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Hic ſimplex intellectus multas rixoſas diſputationes tollit & explicat. Eſt autem controuerſia de imaginibus & ſtatuis, non recens, ſed vetus. Nam notum eſt ex hiſtorijs, quod à tempore Leonis Iſaurici Imperatoris, qui cœpit imperare anno 718.

grauiſſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

grauiſſimæ contentiones fuerunt inter Imperatores & Epiſcopos, de adoratione imaginum, quæ contentiones etiam recenſentur inter cauſas, propter quas facta eſt poſtea ſeparatio Imperij Occidentis ab Orientali, ac tandem ſub Irene ac Conſtantino filio, qui erat gener Caroli Magni, id certamen artibus Epiſcoporũ & conſenſu Imperatoris vtriuſq́, eò deductum eſt, vt celebrata ſit Synodus Niceæ, quæ vocatur ſeptima Oecumenica, in qua publico decreto ſtatuæ reſtitutæ ſunt: Et confirmata eſt adoratio earum impia & idolatrica, atq́ Anathemati ſunt notati, qui in his oppugnandis Imperatoribus operam ſuam accommodauerant.

Hæc hiſtorica ſciri prodeſt, vt cogitemus, quantopere ſit neceſſarium, vt hæc prohibitio diuina rectè intelligatur. Non enim prohibetur ſine diſcrimine omnis pictura imaginum aut fabricatio ſtatuarum, vel earum vſus, ſi abſit Idolatria, ſed tota prohibitio ad Idolatriam reſpicit, quæ vel ab Ethnicis vel ab alijs impijs, ſiue inter Iudæos, ſiue inter eos qui appellantur Chriſtiani, cum ſtatuis & imaginibus committebatur & committitur. Sicut autem Ezechias non tantùm idola ab hominibus excogitata, ſed etiam

ſerpentem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Serpentem æneum, qui iuſſu Dei factus erat, euertit & confregit, quia ei Idolatrici cultus exhibebantur: Ita cogitent pij Magiſtratus, quod ad ipſorum officium pertineat, Idola imaginum & ſtatuarum prohibere & tollere, quia Magiſtratus in externa diſciplina eſt vtriuſq; Tabulæ cuſtos.

Vtq; inſanus furor & diabolica dementatio eorum, qui imaginibus & ſtatuis diuinos honores & cultus deferunt, perſpicuè conſpiciatur, ideo pauca inſignia dicta ſcripturæ de illa inſania addam. Pſal. 115. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: Os habent & non loquuntur, Oculos habent & non vident, Aures habent & non audiunt, Nares habent & non olfaciunt. Manus habent & non palpant, Pedes habent & non ambulant, neq; loquuntur in gutture ſuo: Similes eorum fiant qui faciunt ea, & omnes qui cōfidunt in eis. Sapient. 13. ſtultitia eorum, qui ſimulachra colunt, graphicè depingitur: Faber, inquit, arborem è ſylua adferens, ex ea parte, quæ recta eſt, facit aliquod opus neceſſarium, ſed ex ea parte, quæ eſt curua & inutilis, facit ſimulachrum, illudq; pingit coloribus, & clauis affigit parieti, atq; illi ſimulachro facit

vota,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vota, vt augeat ſubſtantiam, det fortunam liberis, & faciat felices nuptias, loquitur cum illo, qui anima caret, & ab eo quod infirmum eſt, petit ſanitatem, à mortuo petit vitam, ab eo quod ambulare non poteſt, petit iter fauſtum & fortunam in acquiſitione diuitiarum, auxilium & laborem, & felicem omnium rerum euentum petit ab eo, quod ad omnia eſt inutile. Nauta nauigare volens, petit felicem nauigationem & conſeruationem in tempeſtatibus ab iſto ligno, quod naue ſua fragilius eſt, Similis deſcriptio extat Ieremiæ 10. Eſaiæ 49. Et ſunt tales deſcriptiones conſiderandæ, vt mundi & præcipuè Papiſtarum inſaniam Idolatricam intelligamus & abominemur. Hac enim phraſi vtitur Propheta Ezechiel cap. 23. vbi dicit, Idolatras inſanire in Idolomania. Prodeſt autem ſemper quaſi in conſpectu habere quædam illuſtria dicta de prohibitione huius Idolomaniæ & pœnarum comminatione, vt Leuit. 19. Nolite conuerti ad Idola nec Deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus veſter. Deut. 4. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb. de medio ignis ne forte decepti, faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem aut imaginem Maſculi, vel Fœminæ, ſimilitudinem omnium iumen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

torum, quæ ſunt ſuper terram, vel auium ſub cœlo, volatilium atq; reptilium, quæ mouentur in terra, ſiue piſcium quæ ſub terra morantur in aquis, ne forte eleuatis oculis ad cœlum videas Solem & Lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas. Eſaiæ 42. Gloriam meam non dabo alteri, nec laudem meam ſculptilibus. 1. Corinth. 10. Fugite à cultu ſimulachrorum, 1. Iohan. 5. Cauete à ſimulachris. Comminationum ſumma contra omnem transgreßionem legis poſita eſt in dicto: Ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatem &c. Sed tamen extant etiam comminationes ſingulares de Idolatria Deut. 6. Non ibitis poſt Deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt: Quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus, in medio tui, ne quando iraſcatur furor Domini tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ. Pſalm. 97. Confundantur omnes qui adorant ſculptilia & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Eſaiæ 42, Confundantur confuſione magna, qui confidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili: vos Dij noſtri, Deut. 8. Si oblitus Domini Dei tui ſecutus fueris Deos alienos, coluerisq; illos, & adora-

ueris:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ueris : Ecce nunc prædico tibi, quod omnino diſpereas, Sicut gentes quas deleuit Dominus in introitu tuo. 1. Corinth. 6. Idolis ſeruientes & auari, qui ſunt Idolorum cultores (Epheſ. 5.) non poſsidebunt Regnum Dei. Cum his dictis etiam coniungantur pœnarum exempla : Exodi 32. Propter adorationem vituli aurei puniti ſunt Iſraelitæ, Deute. 8. Manifeſtè ſignificat Moyſes gentes terræ Canaan propter Idolatriam deletas fuiſſe. Salomonis Idolatria in Senectute punita eſt diuiſione regni Iſrael: 3. Reg. 11. Propter idolatriam Ieroboam, qui conſtituit duos vitulos aureos in regno Samariæ, hæc comminatio ad eum dicta eſt: Ecce ego inducam mala ſuper domum Ieroboam, & percutiam de domo eius mingentem ad parietem, 3. Reg. 14. Totus Iſrael abijcitur & vaſtatur propter Idolatriam, 4. Reg. 14. Et domus Iuda etiam in captiuitatem abducitur, 2. Paralip. 26. Operæ precium eſt autem diligenter conſiderare caput 44. Ieremiæ, vbi populus obijcit Ieremiæ, quod donec coluerunt Melechet cœli, id eſt, reginam cœli, omnibus rebus abundauerint, Sed ſublato eo cultu premantur omnium rerum penuria. Sicut nobis etiam Papiſtæ obijciunt, Tunc, in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quiunt abundabamus panibus & bene nobis erat, & non videbamus malum, poſtquam autem ceſſauimus ſacrificare Reginæ cœli, & offerre ei libamina, ſuſtinuimus omnem penuriam, perditi per gladium & famem. Sed Ieremias hanc obiectionem recte ſoluit, ac nobis præſcripta eſt ea ſolutio à Spiritu Sancto, vt ſimiliter etiam Papiſtis reſpondeamus. Sic enim ait Ieremias ad totum populum, verè Dominus recordatus eſt incenſi, quod vos in ciuitatibus Iuda & in plateis Ieruſalem incendiſtis cum Patribus veſtris, Regibus & Principibus, & omni populo terræ, & ſic attendit corde, vt amplius non ſuſtineret malitiam ſtudiorum veſtrorum & abominationes veſtras, quas faciebatis: vnde terra veſtra facta eſt deſerta, ſtupor, maledictio, vt nemo illic inhabitet, ſicut hodie videre licet, quia thura incendiſtis, & contra Dominum peccaſtis, vocem Domini non audiſtis, nec in lege, iudicijs, & teſtimonijs eius ambulaſtis. Ideo & hoc malum accidit vobis, ſicut hodie videre licet.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XVI.

DE SECVNDO PRÆCEPTO.

SEcundum præceptum Decalogi eſt: Non aſſumes nomen Domini Dei tui inuanum. Non enim habebit Dominus inſontē eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei fruſtra: Sicut autem in primo præcepto coniunguntur propoſitiones duæ, altera affirmatiua: Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti: altera negatiua: Non habebis Deos alienos coram me: Ita mens noſtra etiam in alijs præceptis ſemper duas propoſitiones affirmatiuam & Negatiuam conſiderare debet. Sic itaq; prohibitio abuſuum nominis Dei in præcepto ſecundo è contrario præcipit veros vſus nominis diuini. Quare primo de veris vſibus nominis Dei, ſeu de bonis operibus ſecundi præcepti, deinde etiam de abuſibus ſeu peccatis contra ſecundum præceptum dicendum eſt. Quinq; ſunt genera virtutum quas ſecundum præcèptum poſtulat:

Vera prædicatio de Deo,
Vera inuocatio Dei, Gratiarum actio,
Confeßio & Fides iurisiurandi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Vera prædicatio de Deo eſt, veram doctrinam de Dei eſſentia, & voluntate patefactam in verbo Dei, & de beneficijs Dei alios docere & falſas doctrinas refutare.

Vera inuocatio eſt Deum verum recte adorare in Spiritu & veritate, habetq; duas partes, ſeu ſpecies, petitionem, qua agnoſcens Deum datorem omnis boni, petit ab eo aliquid, Et gratiarum actionem, qua bonitas Dei celebratur, & gratiæ ipſi aguntur pro acceptis beneficijs.

Confeſsio eſt veram doctrinam de Deo, veram agnitionem Dei, fidem in Deum, & inuocationem veri Dei conſtanter profiteri coram mundo, & eam profeſsionem non abijcere propter odia, pericula, minas aut dolores ſuppliciorum. Item Confeſsionem per bonos fructus ornare & oſtendere, quemadmodum dicit Chriſtus: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Fides iuramenti eſt quando neceſſe eſt per nomen Dei veri iuramentum dare, cum bona conſcientia, quod ſcias te veritatem dicere, & quod non velis fallere. Expreſsè autem de Iuramento ſcriptum eſt, cap. 6. Deut. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſerutes, & per nomen eius iurabis.

Caput

CAPVT XVIII.

DE PRÆCIPVIS ERRORIBVS PHILOSOPHOrum omniumq́ Ethnicorum in hoc præcepto, quomodo Ethnica inuocatio à Chriſtiana differat.

MVlti legentes Socratis diſputationem in Timæo Platonis, aut ſimiles diſputationes Ciceronis vel aliorum, exiſtimant nihil aut parum intereſſe, inter tales ſermones Philoſophicos, & inter prædicationem de Deo, quæ fit in Eccleſia: Similiter iudicant multi de inuocatione & confeßione: Neſtor apud Homerum in 3. Odyß: inquit: Orate, omnes enim homines indigent Deo. Iuuenalis dicit: Orandum eſt vt ſit mens ſana in corpore ſano. Apud Sophoclem pater hortatur Aiacem euntem ad bellum, vt auxilium à Deo petat: Mi fili, inquit, virtute velis vincere, ſed auxiliante Deo velis vincere.

Cambyſes filium Cyrum euntem ad auũ Aſtiagẽ admonet, vt nihil vel in publicis, vel in priuatis rebus agat niſi prius peractis ſacris & facta inuocatione: Humanum, inquit, genus plenum eſt erroribus: at Dij cum ſemper fuerint, omnia quæ norint

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

præſentia, præterita, & futura, inuocati, adſunt conſultationibus hominum, quibus propitij ſunt propter pietatem, & oſtendunt quid agere, quibus abſtinere oporteat: Socrates Deos Athenienſium nolebat inuocare: Sed eleuatis in cœlum oculis dicebat precationes Et idcirco publico iudicio eſt condemnatus, vt Cicutam biberet. Multi cum talia dicta & exempla legunt, putant ea cum ſententijs ſacræ ſcripturæ & exemplis Eccleſiæ prorſus conuenire: Sed toto cœlo errant, qui ita exiſtimant. Sicut enim doctrina Philoſophorum & omnium Ethnicorum de Deo, ita etiam eorum inuocatio à vera doctrina & inuocatione Eccleſiæ, duplici præcipuè errore differt:

Primus error eſt de eſſentia Dei, Philoſophi, Iudæi, Turcæ, & omnes Ethnici, etſi dicunt & putant ſe inuocare verum Deum, creatorem cœli & terræ: Tamen quia negant hunc eſſe verum Deum, qui miſit Filium Ieſum Chriſtum, mediatorem, & redemptorem, & qui cum Filio & Spiritu Sancto eſt vnus verus Deus: ideo inuocant Deos ignotos hoc eſt, fingunt ſibi falſa idola & numina, quibus & nomen & honorem Dei falſo attribuunt. Eſt enim æterna & immota regula Ioh. 5. Qui nõ honorat filium non honorat Pa-

trem

trem. Hunc errorem monſtrat Chriſtus in Samaritanorum inuocatione, Iohan. 4. Vos adoratis quod neſcitis. Apoſtolus Paulus Athenis inuenit aram, in qua ſcriptum fuit: Ignoto Deo, Actorum 17. Ille titulus etiam hunc errorem manifeſtè indicat. Conſtat autē ex Pauſania in Atticis & Meſſenicis, quòd apud Græcos aræ ignotorum Deorum fuerunt frequentes. Et Laertius originem deſcribit: Erant, inquit, in agro Attico multæ Dijs ignotis aræ, quæ inuento Epimenidis Cretenſis ſunt erectæ: Nam cùm regio peſtilentia laboraret, conſultaq; Pythia reſpondiſſet, expiari oportere vrbem & agros, nec cui Deo ſacrum fieri oporteret dixiſſet: Epimenides, qui tunc Athenis erat, iuſsit dimitti hoſtias per agros, easq; ſequi ſacrificos, & quo in loco quæque conſtitiſſet, ibi mactari eam, immolariq; Deo ignoto propitio.

In 1. Epiſtola ad Corinth. cap. 8. dicit Paulus: Idolum nihil eſſe in mundo. Omnis itaq; inuocatio quæ fit ad idola, aut ficta numina, non ſolùm fit ad ignotum, ſed etiam ad nihil, ſicut ſomnium aut ficta opinio nihil eſt: Talis itaq; ſtulticia eſt in omni inuocatione gentium extra Eccleſiam veram, Etiamſi dicunt ſapientes. ſe non ſtatuas lapideas aut ligneas, ſed cœleſte numen, aut æternam, diui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nam mentem, vt Socrates dicebat, inuocare. Itaq; Chriſtus dicit: Vos adoratis quod neſcitis. Sed de inuocatione veræ Eccleſiæ, cuius ipſe eſt caput, expreſſè addit. Nos adoramus quod ſcimus. Et Pſal. 91. dicit Dominus: Nouit nomen meum, ideo protegam eum, inuocat me, ideo exaudiam eum.

Secundus error in Ethnicorum inuocatione eſt de voluntate Dei. Eſt autem Dei voluntas, vt omnes homines audiant vnigenitum Filium eius, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ipſius Euangelium amplectantur, in ipſum credant, & in nomine ipſius inuocent, credentes ſe propter hunc Mediatorem exaudiri. Hanc voluntatem ignorantes gentes extra Eccleſiam Dei, non poſſunt rectè inuocare Deum, ſed ſicut neſciunt ad quem preces ſuas dicant: Ita etiam neſciunt an audiantur preces, an verò non audiantur, an iuuent vel non iuuent: ſicut Hecuba inquit apud Euripidem in Troadibus: O Dij ignauos quidem opitulatores vos inuoco: Tamen habet aliquam ſpeciem inuocare Deos, quando aliquis in aduerſam fortunam incidit. Tales ſunt cogitationes eorum Ethnicorum, qui aliquid adhuc tribuunt precibus. Sunt alij, qui preces prorſus inutiles eſſe exiſtimant, vel

quòd

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quòd omnia ſine diuina gubernatione cæco fortunæ impetu ſeu motu fiant, vel quòd omnia fiant iuxta Stoicum & immutabile fatum. De quibus opinionibus impedientibus prorſus inuocationem, extant horrendi verſus apud Senecam. De priore quidem opinione ſic inquit in Hippolyto:

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, ſpargitq́ manu
Munera cæca, peiora fouens
Vincit ſanctos dira libido.
Fraus ſublimi regnat in aula.

De poſteriore opinione in Oedipo
ita ſcribit:

Fatis agimur, cedite fatis,
Non ſollicitæ poſſunt curæ
Mutare rati ſtamina fuſi.
Non illa Deo vertiſſe licet,
Quæ connexa ſuis currunt cauſis,
It cuiq́ ratus prece non vlla
Mobilis ordo.

Cohorreſcamus, cùm tales verſus legimus, & agamus æterno Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum Filio & Spiritu ſancto, totis pectoribus gratias, quòd nobis lucem Euangelij & veram doctrinam de recta inuocatione reuelauit, atq́ vt in ea veritate nos conſeruet, indeſinenter oremus.

Impijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Impijs autem verſibus Senecæ, de immanitate Stoici fati, opponamus Philippi Melanthonis pios verſus, quorum ſententia ex ſacra ſcriptura ſumpta eſt, & cum ea conuenit:

Ipſa etiam quamuis Adamanti inciſa ferātur,
Cùm petimus cedunt fata ſeuera Deo.
Nec Deus eſt numē Parcarū carcere clauſum,
Quale putabatur Stoicus eſſe Deus.
Ipſe poteſt Solis currus inhibere volantes,
Ipſe velut ſcopulos flumina ſtare iubet.

CAPVT XVII.

DE IVRAMENTIS.

IVrare eſt Deum teſtem interponere, & ſe ad pœnam & vltionem Dei deuouere, ac obligare, ſi in iuramento mentiaris, aut ſi ſciens & volens fidem iuramenti frangas.. Talis iuratio tribuit Deo hanc laudem, quòd ſit verax, quòd diligat veritatem, & quòd mendaces ac fallaces puniat. Itaq; cùm fit in cauſa neceſſaria, tunc eſt cultus veri Dei, ſicut Deut. 6. ſcriptum eſt: Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, & per nomen eius iurabis, atq; periuri fiunt rei diuinæ pœnæ, iuxta comminationem ſecundo præce-

pto

pto additam: Non habebit Deus inſontem eum, qui nomen Dei aſſumpſerit vanè. Alioqui ex verbis Chriſti apud Matthæum cap. 5. colligunt Chriſtianis non licere iurare, quia ibi dicit Chriſtus: Ego dico vobis, Non iurate omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt, neq; per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius, neq; per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis, neq; per caput tuum iurabis, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum, quod enim his abundantius eſt, à malo eſt.

Sciatur autem, quòd in hoc dicto Chriſti τὸ ὅλως non ita intelligendum ſit, vt vniuerſaliter omnia iuramenta prohibeat, nam extant exempla in ſcriptura ſacra, quæ docent, quòd Chriſtianis in neceſſarijs cauſis, petere, & præſtare iuramentum liceat: Quia ad Hebræos 6. dicitur: Confirmatio iuriſiurandi eſt omnis controuerſiæ finis. Ideoq; luce meridiana clarius eſt quòd legitima iudicia iuramentis carere non poßint. Cùm enim deſunt humana teſtimonia, tunc niſi Iudex ad diuinum teſtimonium referat cauſam, nunquam finire litem poterit. Sic itaq; intelligatur dictum Chriſti apud Matthæum, quòd improbet & prohibeat iuramenta temeraria, quæ ſine honeſta & neceſſaria cauſa, tantùm

prima-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

priuata leuitate & malitia fiunt, ſicut nunc etiam (proh dolor) vulgo moris eſt, ad qualibet fermè dicta, etiam vaniſsima, addere Iuramentum per nomen Domini, & per paſsionem ac vulnera Domini noſtri Ieſu Chriſti, ea leuitas eſt abominanda impietas, et horrendum peccatum eſt contra ſecundum præceptum, nec dubium eſt, quòd ſit cauſa multarum pœnarum priuatarum & publicarum, iuxta huius præcepti grauiſsimam comminationem: Non habebit Deus inſontem eum, qui in vanum aſſumpſerit nomen Domini. Deinde etiam reprehendit & prohibet Chriſtus Iudæorum & aliarum gentiũ impiam ſuperſtitionem iurandi per creaturas aut idola: Quia de neceſſarijs iuramentis ſcriptum eſt, per nomen Dei iurandum eſſe, propterea quòd in iureiurando tribuitur ei rei, per quam iuratur, honor ille, quòd omnia ſciat, etiam cogitationes & voluntates hominum, & quòd iudicet ac puniat periuros. Et Exod. 23. ac Ioſuæ 23. ea prohibitio expreſsè traditur: ne per Deos gentium fiat iuratio: per nomen Deorum externorum non iurabitis. Sunt itaq; in doctrina de Iuramento quædam Regulæ obſeruandæ.

Prima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Prima Regula:

Iuramentum, vt dictum eſt, debet fieri in nomine veri Dei, Quia eſt pars cultus Dei, pertinens ad Confeßionem & Inuocationem. Nam iurans confitetur Deum, & Deum inuocat, vt ſit teſtis ſermonum & voluntatis ipſius, & vt puniat fallentem.

Secunda Regula.

Non iurandum eſt temerè, ſed quando cauſæ piæ, honeſtæ & neceſſariæ iuramentum requirunt, tunc cum bona conſcientia & peti & præſtari iuramentum poteſt. Filius Dei ſæpe iuramento doctrinam ſuam confirmat: Amen Amen dico vobis &c. Ipſius autem actio noſtra eſt inſtructio.

Apoſtolus Paulus 2. ad Corinth. 1. Teſtem Deum inuocat in animam ſuam, quòd non redierit ad Corinthios parcens ipſis.

Abimelech Rex Cap. 22. Geneſeos petit ab Abrahamo iuramentum, quòd non velit nocere ipſi. Et Abrahamus cap. 24: poſtulat à ſeruo ſuo Eliezer iuramentum, quòd non velit filio Iſaco accipere vxorem de filiabus Cananæorum, ſed de ſua cognatione.

Et Iacob moriens cap. 47. à filio Ioſepho iuſiurandũ exigit, quòd non velit ipſum

in Aegypto

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in Aegypto ſepelire, ſed ad ſepulchra patrum reportare, & hi iuramenta poſtulata præſtiterunt.

Abimelech & Iſaac Gene. 28. Ioſua & Gabionitæ, Ioſuæ cap. 9. Dauid & Ionatas, 1. Reg. 20. iuramentis fœdera inter ſe ſanciunt. Exploratores à Ioſua emiſſi, iurant meretrici Rachab, quòd eam ſeruare velint in occupatione vrbis. Et Dauid Sauli iurat, quòd eius ſemen non velit delere.

Conſideratio talium exemplorum declarat regulam de cauſis pijs, honeſtis & neceſſarijs. Cùm enim non poſſint omnium quæ accidunt exempla proponi, ideo rectè traditur in ſcholis regula vtilis: De ſimilibus idem eſſe iudicium. Recitabo etiam quædam Ethnica exempla.

Magiſtratus & ſubditi, & quicunque honeſta ac licita fœdera contrahunt, rectè ſe obligant mutuis iuramentis. De huius obligationis vinculo in politijs & ſocietatibus extat inſignis locus in Oratione Lycurgi contra Leocratem, qui dignus eſt memoria & diligenti obſeruatione: Illud, inquit, cogitate, neruum totius publici ſtatus eſſe iuſiurandum. Cùm enim tria ſint membra ciuitatis: Magiſtratus, Iudices & priuati homines, hi omnes inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

inter ſe deuincti ſunt iureiurando hanc ob cauſam, quia multi pœnas effugere poſſunt, quas homines de ſontibus ſumunt, ad iudicium & pœnas diuinas nemo effugere poteſt, etſi non ipſe, tamen poſteri & totum genus in magnas calamitates incidit.

Sic ſuperior demandans inferiori officium ſeu munus honeſtum, non iniuſte facit, cum ab eo iusiurandum fidelitatis accipit. Quemadmodum non tantum in Regiminibus & Politijs, ac militia, ſed etiam in Scholis vſitatum eſt cum gradus conferuntur. Et medicis antiqua forma Hippocratis nota eſt, in qua inter cætera dicitur, Caſte ſeruabo & vitam & profeſſionem meam. Solon ſapientiſſimus Legislator Athenienſibus ciuibus, qui ius ciuitatis petebant, tale iuramentum præſcripſit.

Non faciam indigna ſacris, neq; deſeram meum manipularem, cuicunq; in acie adiunctus fuero, pugnabo autem pro templis, & diuinis ritibus & ſolus & in multitudine, Patriam non deteriorem efficiam, Sed meliorem quàm accepi, & ſemper obtemperabo modeſte rebus iudicatis, & legibus poſitis parebo, & his quas communi conſenſu deinceps populus condet, & ſi quis mutabit le-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ges aut non obtemperabit, non concedam, ero autem propugnator & ſolus, & in multitudine, & patria ſacra colam, Dij ſunt teſtes horum verborum. Et in iuramentis quæ idem Solon Athenienſium Iudicibus præſcripſit hæc verba ſunt. Feram ſententias iuxta leges, nec accipiam munera iudicij cauſa, audiam pariter accuſatorem & reum, & pronunciabo de re de qua proprie actio inſtituta eſt.

Romæ nemini licuit Magiſtratum gerere, niſi qui iuraſſet in Leges, Fuitq; illud maximum iuſiurandum quod nomine Fidei dabatur. Ideoque ſcribitur, quod fidei Dea & Medijfidei templa Romæ erecta ſint, & propter eius iuramenti religionem plurimæ lites ex Fide bona ſint dijudicatæ. In militari iuramento Græcorum ad Plateas hæc verba fuerunt, quæ Lycurgus recitat: Non pluris faciam vitam meam, quam libertatem nec deſeram duces viuos aut mortuos, & ſocios interfectos in prælio ſepeliam, & cum vicero, nullius Græcorum qui huic prælio interfuerunt ciuitatem delebo, Delebo autem eas quæ cum Perſis ſenſerunt, Nec rurſum extruam templa incenſa, aut euerſa à barbaris, ſed ſinam eas ruinas eſſe monumenta Perſicæ impietatis. In libello

ſacro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſacro authore Solone Athenienſes & Amphyctiones, vt eſt in oratione Æſchinis, iurando ſe obſtrinxerunt ſe neq; araturos eſſe eam terram, neq; paſſuros arare quenquam, Sed defenſuros Deum & ſacram terram manibus, pedibus ac omnibus viribus, & hanc addiderunt iuramento imprecationē: Si quis hæc non ſeruauerit; ſiue ciuitas ſiue priuatus, ſiue gens, piaculum ſit Apollini & Dianæ, ne ipſis terra fruges ferat, neq; vxores liberos ſimiles parentibus pariant, ſed monſtroſos, neque pecudes naturales fœtus edant, & ſuccumbant in bellis, iudicijs & foro, & funditus pereant ipſi, & domus, & genus ipſorum, & nunquam queant ſacrificare Apollini & Dianæ, neque illi ſacrificia eorum recipiant.

Nec eſt dubium quod Iudex à litigantibus & teſtibus poßit petere iuramentum. Quia ad Heb. 6. ſcriptum eſt, Iurisiurandi confirmationem eſſe omnis controuerſiæ finem. Neq; noua eſt conſtitutio ciuilis de iuramento teſtium. Nam eius tale exemplum extat in oratione Demoſthenis περὶ ϛεφάνου: Celedemus Cleonis filius, Hyperides Callæſchri filius teſtificantur Demoſtheni iureiurando adacti à ducibus, ſcire ſe Æſchinem Atrometi filium Cothocidem conueniſſe noctu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in ædes Thraſonis & conſilia communicaſſe cum Anaximo, qui iudicatus fuit miſſus eſſe explorator à Philippo. Hæc teſtimonia relata ſunt Prætore Nicia, tertio die Iulij. Et in eadem oratione præſtat Demoſthenes calumniæ iuramentum, quod nunc eſt in Iudicijs vſitatiſsimum his verbis. Deos præſides Atticæ inuoco, vt ſi vera dico, & tunc publicè dixi, quando hunc ſceleratum hoc negotiū attingere vidi, cum quidem ſtatim intelligerem, quid moliretur, vt mihi opem ferant, meq; aduerſus hunc calumniatorem tueantur. Sin autem vel odio vel cupiditate contentionis falſum crimen aduerſus eum comminiſcor, vt me deſerant omnibus exutum ornamentis. Has formulas iuramentorum antiquorum, etſi ſunt in illis Idolatricæ inuocationes, tamen ideo recitaui, vt admonerentur adoleſcentes veterum iuramentorum obſeruationem apud Hiſtoricos & oratores propter multas res inſignes politicas & morales ad doctrinam Ethicam pertinere.

Tertia Regula.

Cum duplex ſit Iuramentum, videlicet aſſertorium, quo ſine promiſsione aſſeritur, narrationem aliquam aut veram aut falſam eſſe, Et promiſſorium quo confirmatur

pro-

promiſſio ſeu pactum aliquod: Ideo de promiſſorio hæc tertia regula teneatur. In Iuramentis & perſonæ & res conſiderandæ ſunt.

Cum enim in promiſſione oporteat eſſe deliberationem & conſenſum, non ſunt Iuramenta aſſeuerationes earum perſonarū, quarū nulla eſt deliberatio vt puerorum & furioſorum. Item earum perſonarum, quibus lex adiecit autoritatem, propterea quod ſub aliena poteſtate ſunt, vt pupilli, filius ac filiafamilias, Item vxor. Sic Numerorum 30. de filia & vxore expreſſè ſcriptum eſt, cum pater ac maritus contradicunt mulieri iuranti, non valere iuramentum: Iuxta hanc regulā ſolet iudicari de legato, qui habens mandata de certis rebus egreditur fines mandati, & promittit iuramento de aliena voluntate. Sicut Romanus ſenatus Poſthumij iuratam promiſſionem pronunciauit eſſe irritam, quia Poſthumius fines mandati egreſſus eſſet. Itaq; vſitate dici ſolet: Valere talia iuramenta ſeu promiſſa, ſaluo iure ſuperioris.

Quarta regula.

Iuramentum obligatorium debet fieri de re licita, honeſta & poſſibili, ſicut in definitione Iureconſultorum dicitur: Iuramentū eſt aſſeueratio de re poſſibili ac licita ſacræ rei atteſtatione confirmata. Quare iuramenta de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rebus illicitis, inhoneſtis, turpibus, prohibitis & impoßibilibus non valent, ſed ſunt irrita, & quamuis non eſt expreſſa exceptio harum conditionum, tamen in omni iuramento intelligi debet. De impoßibilibus dicitur in regulis Iuris. Impoßibilium nulla eſt obligatio.

Itaq́ ſeruus Abrahæ prudenter facit quod antequam iuramentum domino ſuo præſtat, de adducenda ſponſa Iſaci, conditionem impoßibilitatis excipit, quam etiam Abrahamus admittit. Si inquit noluerit ſequi te, non teneberis iuramento. Geneſis 24. 13.

De illicitis & inhoneſtis dicitur, Iuramentum nequaquam ſit vinculum iniquitatis, quia Deus inuocandus eſt, vt ſit teſtis & adiutor rei honeſtæ, non rei inhoneſtæ, illicitæ & prohibitæ: Vt ſi quis iuramento promittit quod velit fieri Idolatra, aut proditor, aut latro, aut fur, aut adulter, ſeruare Iuramentum non debet, Nam peccat talia iurans, & poſtea, ſi iuramentum præſtat, amplius & magis peccat.

Sic peccant Monachi iurantes obedientiam Antichriſto, & cumulant peccata cum propter hoc iuramentum perſeuerant in Idolomania & impietate.

Itaq́ ſciendum eſt talia impia iuramenta non obligare eaq́ ſine peccato violari.

Nihil

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Nihil etiam intereſt ſiue res illa illicita & prohibita in iuramento fuit expreſſa, ſiue non fuit expreſſa, & poſtea additur ac miſcetur, vt Herodes cum Iuramento promittit puellæ quicquid petat, poſtea ipſa petit rem illicitam, & lege Dei prohibitam, nimirum iniuſtam interfectionem Baptiſtæ, ibi Herodes nullo modo fuit obligatus iuramento ad eam Tyrannidem. Quod autem ſimulat ſe Iuramento cogi inuitum, vt Baptiſtã interficiat, impijſſima hypocriſis & irriſio Dei eſt. Sic Iephte Iudicum 11. nullo modo fuit voto obligatus, cum promiſiſſet ſe immolaturum quicquid primo occurriſſet, intelligenda enim erat promiſſio de re, quam licebat offerre ſecundum legem, non de equis, porcis, canibus, multo minus de hominibus, vel de propria filia.

Simile eſt hoc exemplum, Anno 317. Imperator Valens educens exercitum contra Gothos voluit prius baptizari. Eudoxius itaq; Epiſcopus eum baptizare noluit, niſi prius Iuramentum daret, quod doctrinam Arianorum vellet defendere, & perſequi eos, qui aliter docerent, vt itaq; impium illud iuramentum ſeruaret, factus eſt crudeliſſimus hoſtis Chriſtianorum, recte docentium, & ſentientium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sciamus itaq; talium iuramentorum nullam eſſe obligationẽ, ſicut recte ab Iſidoro dicitur. Melius eſt non implere iuramentum, quam permanere in flagitio. Item in malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vouiſti. Impia eſt promiſſio quæ ſcelere impletur. Multò melius fecit Dauid, qui 1. Regum 25. iurat ſe interfecturum eſſe Nabal, & eius familiam, & quia rex erat, & defenderat greges Nabal, videbatur iuſtam cauſam iræ ſuæ habere, ſed cum interueniret, deprecatrix Abigail, prorſus abijcit Dauid conſilium de vindicta, quia videt ſecuturam eſſe iniuſtitiam, ſiquidem iuſtè interfeciſſet vxorem Nabal matronam ſanctam, & ſeruos quorum aliqui erant in hoc caſu innocentes.

Et de talibus caſibus etiam Iureconſulti dicunt, Iuramenta facta calore iracundiæ, non habere authoritatem, Sed præcipue conſideretur ſequens iniuſticia quæ tollit obligationem.

Apud Ethnicos ſcriptores recitatur inſigne exemplum de Hippolyto, qui perſuaſus à nouerca Phædra, iurauerat ſe facturum eſſe quicquid ipſa peteret: Poſtea autem cum Phædra peteret inceſtam conſuetudinem, recte dixit ſe iuramento non obligari, & nota ſunt eius verba: Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæc ſapientia Hippolyti digna laude eſt, & hinc poteſt ſumi iudicium de multis ſimilibus caſibus, in quibus dolus fraudulenter diſsimulatus, implicat eum, qui iurauit, vt aut peccatum perpetret ſua actione, aut aliena peccata ſuo conſenſu approbet, & notum eſt, quòd circumuentis dolo in contractibus iura certis modis remedium adhibent. Sed quid de exemplo Ioſuæ cap. 9. dicendum eſt, qui etſi fuit circumuentus à Gabaonitis ſimulantibus, quòd è longinqua regione venirent, tamen pepercit eis propter iuramentum, cùm Lex diuina iuſsiſſet omnes Cananæos deleri? Dilucida eſt reſponſio: Quanquam Ioſua deceptus erat, & propter errorem iuramentum videbatur eſſe irritum, tamen non mutat promiſſa, ſed antefert iuramenti reuerentiam mandato, in quo ipſo tamen ſciebat hanc interpretationem comprehenſam eſſe, vt parceretur ſupplicibus, ſicut expreſsè ſcriptum eſt Deut. 20. Et omnium gentium, in quibus mediocris cura fuit iuſtæ gubernationis, mos fuit parcere ſupplicibus. Quòd autem Ioſua deceptionem Gabaonitarum perpetua ſeruitute puniuit, exemplum eſt ad Magiſtratus in ſimilibus caſibus, vt non approbent doloſas & fraudulentas deceptiones.

In hac Regula obſeruanda eſt exceptio, videlicet quando lex, qua ſe excuſat ille, qui iurauit, nec eſt mandatum, nec prohitio, ſed priuilegium, quo ſine peccato vti quis aut non vti poteſt. Tunc valet iuramentum perſonæ habentis deliberationem. Vt cùm aliquis priuilegio exceptus iurat ſe velle pendere communia tributa, is poſtea ſe priuilegio excuſare non poteſt.

Quinta Regula.

Iuramenta non calumnioſè aut ſophiſticè, ſed ſimpliciter ſecundum communem ſenſum debent intelligi, quia qui loquitur ſophiſticè, odibilis eſt, Ecclеſ: 27. Et ſic Iſidorus dicit: Quacunq; arte verborum quis iurat, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ſic illud accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit, ſcilicet, ſi ab eius intellectu etiam abſit calumnia.

Sciamus hanc Regulam excludere à iuramento omnem calumnioſam interpretationem & intellectum. Eſt enim & periurium & blaſphemia in iuramentis ſophiſticè ludere. Non rectè fecerunt Thraces, quòd cùm pacti eſſent 30 dierum inducias, noctu agros Bœotiorum populati ſunt, neq; Cleomenes Lacedæmoniorum rex iuſtè fecit, quòd 7 dierum inducijs factis, tertia nocte Argiuos incautos oppreſſit. Idem Cleomenes aſſumpto in ſocietatem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tem conſiliorum Archonide, iurauit ei, ſi voti compos fieret, ſe omnia cum ipſius capite effecturum eſſe. Cùm verò rerum potitus eſſet, ſocium Archonidem interfecit, & abſciſſum caput vrnæ impoſuit mellis plenæ, & ſecū circūuexit, & quotiesſcunq; aliquid agere vellet, vrnam intuitus eſt, dicens, ſe cū capite Archonidis deliberare, ſicut iuraſſet. Paches dux Athenienſis Notium oppugnans, poſtulauit, vt Hippias dux ex oppido ad colloquiū veniret, iuramento dato, quòd in oppidum incolumis eſſet rediturus. Egreſſum Hippiam in caſtra vinctum cuſtodit, oppidum oppugnat, & abſente duce Hippia illud occupat, poſtea Hippiam ſecum in oppidum adducit, & interfecit. Hatto Epiſcopus Moguntinus ſimili fraude Adelbertū Marchionem Bambergenſem Ludouico Tertio Imperatori prodidit, perſuadet Adelberto, ſi ſecum ad Imperatorem equitare vellet, ſe litem de ipſius inobedientia compoſiturū eſſe, & iureiurando affirmat, quòd ipſum ſaluum & liberū in vrbem Bambergā reducere vellet. Credit Epiſcopo Adelbertus, eumq; ad ientaculū, antequam exeāt, inuitat. Excuſat ſe Epiſcopus, & monet properandum eſſe. Vbi vrbe eſſent egreſſi, inquit Epiſcopus: Pœnitet me, quòd non ſumpſi ientaculū. Adelbertus eū inuitat, vt ſecū in vrbem redeat, quia cibus ſit paratus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

paratus. Aſſentitur Epiſcopus, quia perfidè exiſtimat iuramenti fidem ſeruatam eſſe, ſi ea ratione Adelbertũ in vrbem reducat. Sumpto ientaculo, rurſum egrediuntur, & ad Imperatorem equitant, ibi perfidus ille Epiſcopus deceptum Adelbertum Imperatori tradit, qui illum decollari iubet. Talia exempla ſunt diabolicæ illuſiones Dei, & ſunt horrẽda periuria.

Sexta Regula.

Iuramentum conditionale non obligat, ſi altera pars conditionem iuramenti non ſeruat. Iuxta hanc Regulam iudicatur de fœderibus & pactis, qui mutuis partium iuramentis ſancita ſunt.

Inquiunt enim Iureconſulti, quòd indubitati iuris ſit, licere non ſeruare fidem ei, qui frangit fidem. Itaq; ſecundo & tertio bello Punico, non Romani, ſed Carthaginenſes facti ſunt fœdifragi & periuri, qui propterea quòd conditionem iuratorum fœderum, ne vtrinq; læderẽtur ſocij, violarunt, cùm Saguntinis, & Maſiniſſæ regi, ſocijs populi Romani, bella intulerunt.

Ad hanc Regulam ſolet accommodari verſus vſitatus, qui tamen prudenter intelligendus eſt de notoria læſione in reb⁹ ad pacta pertinentibus, nõ de alia qualibet offenſione et iniuria: Frangẽti fidem fides frangatur eidem.

Septi-

Septima Regula.

Iuramentum etiam hoſti datum obſeruandum eſt, quando ſine peccato ſeruari poteſt: vt ſi quis hoſti promiſit ſe daturum λύτρον, aut ad certum locum rediturum eſſe, tale iuramentum eſt ſeruandum, & non ſeruans, cùm poſſit ſeruare, fit periurus.

Ideoq; rectè laudatur Marcus Attilius Romanus, quòd Carthaginem ad exquiſita ſupplicia redire maluit, quàm fidem iuramenti frangere.

In hac Regula ſolet moueri quæſtio de iuramento dato ad redimendam vitam. Incidit quis in latrones, qui ipſi optionem propoſuerunt, vt aut mortem eligeret, aut promitteret ſe daturum eſſe centum aureos pro redemptione vitæ. Solet reſponderi ab Ethicis per diſtinctionem: Si nuda promiſſio ſine iuramento facta fuit, tunc fidem datam violari poſſe. Nam vt iure fit, ſi quis vim vi depellat, ſic fraudulentum fraude circumuenire eodem iure licere. Et ſolet alligari Iulij Cæſaris exemplum, qui cùm magnam pecuniam Piratis promiſiſſet, vt ſe incolumem dimitterent, ipſiq; prædæ inhiarent, per literas curauit, vt Piratæ comprehenderentur, & in crucem agerentur. Si verò promiſſor interpoſuit iuramentum, & teſtem adhibuit Deum, tunc iu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ramento obligatur, ſicut eruditè diſputat Philippus Melanthon:

Quia is, qui habet eligendi poteſtatem, & ſciens iurat de re licita, & poſsibili, neceſſariò debet iuramentum ſeruare, iuxta ſecundum præceptum Decalogi, nec valet eluſio de violentia. Nam reuera voluntas in ea promiſsione libera eſt, quia eligit minus damnum, ſcilicet iacturam pecuniæ, vt vitam redimat, ac de talibus caſibus dicitur: Coacta voluntas eſt voluntas, ſcilicet quæ rem licitam eligit ſciens.

Quod autem in Iure Ciuili prætor dicit, Quod vi metusue cauſa factum eſt, ratum non habebo: Sapienter & iuſtè ſanxit Lex, ne prætor actionem det latroni, quia non debet confirmare latrocinia, ſed cùm poteſtas politica nolit iudicare de alterius conſcientia, reliquit hanc curam tibi ipſi priuatim, ne violes iuramentum. Non igitur prohibet facere promiſſa, tantùm hoc oſtendit, ſe nolle confirmare latrocinia, aut armare ſeu iuuare latronem. Nequaquam autem ſunt iuramenta, cùm iurans promittit ſe facturum eſſe rem prohibitam lege Dei, aut impoſsibilem, aut quæ ſine peccato fieri non poteſt.

In Iure Canonico excogitata eſt illuſio: Si quis iurauit metu fractus, iubent eum

petere

petere abſolutionem à Pontifice, ſed ſciendum eſt, quòd nemo hominum poteſt ſoluere vinculum iuramenti, cùm promiſsio re ipſa confirmata eſt vero iuramento, quia hæc obligatio fit immediatè inter Deum & hominem, vt Matth. 5. dicitur: Non peierabis, ſed ſolues Deo iuramenta tua.. Vt autem cætera peccata poſt factum conuerſis condonantur, ita violatio iuramenti poſt delictum conuerſis remittitur voce Euangelij audita à quocunque miniſtro. Quando autem iuramentum re vera non eſt iuramentum, promiſſor non obligatur, Ideoq; ſine peccato non obſeruat.

CAPVT XVIII.

DE PECCATIS CONTRA SECVNDVM Præceptum.

PRimus gradus peccatorum contra ſecundum Præceptum ſunt blaſphemiæ in ſermonibus & ſcriptis hominũ Epicureorum & Atheorum. Scriptum eſt autem Leuit. 24. Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte morietur.

Ad hunc gradum pertinent etiam peccata eorum, qui occaſionem præbent, vt nomen Dei blaſphemetur inter gentes, ſicut 2. Re. 12. ad Dauidem dicitur: Quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, morietur filius, qui natus eſt tibi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secundus gradus eſt cognatus, videlicet abuſus nominis Domini, & vulnerum Ieſu Chriſti ad maledictiones & execrationes. Sunt autem tales maledictiones etiam blaſphemiæ. Exemplum extat Leuit. 24. vbi quiſpiam, qui in iurgio alteri in nomine Domini maledixerat, lapidatur.

Tertius gradus eſt, prophana leuitas iocandi cum Deo ſcurrilibus diſputationibus, vel ſermonibus. Inquit Cicero ex ſcintilla rationis, impiam eſſe conſuetudinem diſputandi contra Deum, ſiue ioco id fiat, ſiue ſeriò. Multo magis Chriſtiani talem prophanam ſcurrilitatem, quæ etiam eſt blaſphemia, vitare debent, iuxta hoc præceptum: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Et ſciant pij Magiſtratus & patresfamilias, pertinere ad ipſorum officium, vt externas blaſphemias horum graduum & ſimiles prohibeant & puniant.

Apud Ludouicum, Franciæ Regem, fuit quidam accuſatus, quòd grauiter percuſſiſſet blaſphemũ, ille vocatus ad Regem, dixit: Domine Rex, ſi audirem quenquam tam blaſphemè tuum nomen cõſpurcare, quemadmodum iſte, quem percuſſi, nomen Dei conſpurcauit, certè pugnarem pro nomine tuo vſque ad mortem. Rex hac oratione audita, dedit ei

priuilegium,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

priuilegium vt blaſphemos impune verberaret per totam Franciam.

Quartus gradus eſt neglectio & omiſſio inuocationis, gratiarum actionis ac glorificationis Dei,

Quintus gradus eſt abuſus nominis Dei in falſis & idolatricis inuocationibus.

Sextus gradus eſt abuſus nominis & verbi Dei ad incantationes.

Septimus eſt abuſus nominis & verbi Dei ad hæreſes & falſa dogmata.

Octauus gradus eſt hypocriticus abuſus nominis Dei & externæ profeßionis religionis ad libidinem carnis & licentiam viuendi in peccatis & ad ſcandala.

Nonus gradus eſt conſuetudo impia temerè iurandi, quæ nunc (proh dolor) adeo eſt vſitata vt vix tria verba ſine iuramento, etiam puer dicat.

Obſeruentur autem grauißima dicta, contra hanc impijßimam conſuetudinem, Eccleſiaſtici 23. Iurationi non aſſueſcat os tuum. Multi enim caſus ſunt in illa, Vir multum iurans replebitur multa iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga. Et cap. 27. Sermo crebro iurantis horrorem incutit, & aures obtundit contentio talium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Auguſtinus ſæpè repetit admonitionem, ne Chriſtiani ſe aſſuefaciant ad conſuetudinem iurandi. Eſtq́ ipſius concio de verbis Iacobi ſermone 28. diligenti lectione digna, vbi grauiter dicit. Quis homo cui non ſurripit fallacia, & tamen iuratio ab ore non diſcedit, ſed frequentatur? plura ſunt plerunq́ Iuramenta quam verba. Si diſcutiat homo, quoties iuret per totum diem, toties ſe vulneret, quoties gladio linguæ feriat, & transfigat, quis in illo locus inuenitur ſanus? Quia ergo graue peccatum eſt peierare, compendium tibi dedit ſcriptura: Noli iurare, vis ergo longè eſſe à periurio, iurare noli. Qui enim iurat, aliquando verum iurare non poteſt, qui autem non iurat, mendacium iurare non poteſt.

Item, Duo ſunt quæ non damnabo vnquam, veram iurationem & nullam iurationem. Falſa iuratio exitioſa eſt, Vera iuratio periculoſa eſt, Nulla iuratio ſecura eſt. Porrò de neceſſarijs iuramentis dicit Auguſtinus eodem ſermone: Quantum ad me pertinet iuro, ſed quantum mihi videtur, magna neceſſitate compulſus. Cum videro non mihi credi, niſi faciam, & ei qui mihi non credit non expedire, quod non credat: Hac perpenſa ratione cum magno timore dico, coram Deo, aut te-

ſtis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtis eſt Deus, aut ſcit Chriſtus ſic eſſe in animo meo.

In Scholis ita de neceſsitate iuramenti doceri ſolet: Iuramentum legitimum fit cum impoſitum eſt à Magiſtratu, aut cum neceſſarium eſt pro vocatione, ad confirmationem doctrinæ & veritatis, aut cum noſtram vel aliorum famam & innocentiam tuemur.

Iſocratis dictum eſt ad Dæmonicum: Iuramentum à magiſtratu impoſitum propter duas res accipito, aut vt teipſum turpi crimine liberes, Aut vt amicos ex periculis ſerues.

Decimus gradus eſt periurium. Eſt autem periurus, & qui falſum iurat, & qui iuramenti liciti honeſti & poſsibilis, fidem volens non ſeruat, niſi alia pœna ſit expreſſa in pacto, in quo factum eſt iuramentum, vel in lege addita, ſiue intellecta: Vt ſi quis iurauit ſe velle pactum ſeruare, aut alteri parti dare centum florenos, is non fit periurus, ſi alteram obligationis partem præſtet. Sic ciuis qui iuramentum obedientiæ iuxta leges præſtitit Magiſtratui, aut communitati, non fit periurus qualibet inobedientia contra leges, quia Iuramentum obligat ad legem, Lex autem obligat vel ad obedientiam vel ad pœnam. Sed ſunt tamen caſus certi, qui cri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

men periurij adferunt, vt perduellionis, proditionis, de quibus diſputant Iureconſulti. Item cum mandato ſeu edicto alicui expreſſe addita eſt hæc ſententia, eum qui non obtemperat periurum cenſeri.

Non fit periurus qui illud quod iurauit non ſeruat, quando ſine peccato id ſeruare non poteſt, vt Monachi deſerentes vitam Monaſticam propter Chriſtum & conſcientiam non fiunt periuri.

Herodes non fuiſſet factus periurus ſi parſiſſet Baptiſtæ. Sicut Hippolytus non factus eſt periurus cum nouercæ obedire noluit, Inquiens: Iuraui lingua, mentem iniuratam gero. Ideo Auguſtinus de decollatione Baptiſtæ rectè dicit: Iurauit Dauid, ſed nō impleuit iuramentum maiore impietate.

Sicut autem multæ magnæ res in iuramento continentur, Primùm, veritas, quæ per ſe ſeruanda eſt, etiamſi non ſit additum iuramentū.
II. Inuocatio Dei, quæ debet eſſe ſeria & fieri non ad confirmandum mendacium vel aliud peccatum.
III. Confeßio quod Deus ſit vindex periurij & vltor, quando tanquam falſus teſtis citatur.
IIII. Quod velimus ſuſtinere pœnam, ſi fallimus: Ita econtra quatuor magna peccata ſunt in periurio.

I. Pec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

I. Peccatum eſt mendacium, id per ſe eſt magnum peccatum, etiamſi non accederet violatio Iuriſiurandi.

II. Peccatum eſt falſa inuocatio, quod periurus inuocat Deum ad confirmandum mendacium.

III. Peccatum, contemptus comminationis Dei, qui minatur pœnam, ſed periurus peccat, nihil curans hanc comminationem diuinã.

IIII. Peccatum, mendacium in obligatione, periurus obligat ſe Deo & mentitur Deo cum non curat iudicium Dei. Etſi autem nemo poteſt eloqui quanta ſit magnitudo peccatorum in vnico periurio: Tamen de his quatuor peccatis cogitandũ eſt, & conſideranda ſunt exempla pœnarũ, quibus Deus periuros ſemper puniuit iuxta comminationem præcepti ſecundi, Non habebit Deus inſontem eum qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui vane.

Vndecimus gradus eſt, de quo ſic ſcribit Auguſtinus de decollatione Baptiſtæ: Ille qui hominem prouocat ad iurationem, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, vincit homicidium, quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, imò duas animas, & eius, quem ad iurandum prouocauit, & ſuam.

Ad hunc gradum refero illos, qui ſciunt ſe aduerſarium iniuſtè accuſaſſe, & tamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eum ad iuramentum in foro adigunt. Ideo vulgo ſolet dici: Non dari iuramentum in iudicio niſi anima perdatur, Quod tamen rectè intelligendum eſt, videlicet vel de periurio, vel de talibus caſibus, quando exigens iuramentum ſcit ſe iniuſtè facere, & debet intelligi cum exceptione ſequētis pœnitentiæ & conuerſionis.

CAPVT XIX.

DE POENIS PECCATORVM CONTRA SEcundum præceptum.

GEneralis comminatio legis ad omnia præcepta pertinet. Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, viſitans iniquitatem &c. ſed præter hanc generalem comminationem addita eſt ſecundo præcepto comminatio ſingularis.

Non habebit Deus inſontem eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei vanè. Hæc comminationis repetitio non leuiter curanda eſt. Loquitur autem de pœnis æternis, & temporalibus, Ac de temporalibus pœnis debent conſiderari exempla, non tantum hiſtoriarum ſcriptarum, ſed etiam quotidianæ experientiæ. Nullum enim eſt dubium multas magnas calamitates publicas & priuatas eſſe pœnas horribilis, & blaſphemi abuſus nominis ac verbi Dei,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Dei, & vulnerum ac mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Sacramentorum ſanctorum, in vſitatis maledictionibus & iurationibus. Imò in omni ſermone, adeo enim hæc blaſphema impietas creuit, vt vix aliquis ſalutetur, niſi cum blaſphema adiuratione, & puer quatuor annorum vix tria verba ſine blaſphemis maledictis fatur.

Non, inquam, dubitemus propter illas horrendas blaſphemias graſſari pœnas priuatas & publicas, quibus integræ familiæ, Reſpublicæ & politiæ deſtruuntur.

De pœna eius, qui in maledictione vſus fuerat nomine Domini blaſphemè, ſuperiore capite dictum eſt, Propter blaſphemiam Sennacherib regis Aſſyriorum angelus Domini occidit de exercitu eius vna nocte octoginta quinq; millia virorum, 4. Regum 19. Et ipſe domum reuerſus à filijs interfectus eſt.

Hæretici, Cerinthus & Arius blaſphemi in filium Dei horribiliter ſunt puniti, ille ruina balnei cum ſuis diſcipulis obrutus eſt Epheſi, hic eiectione inteſtinorum in cloacam, ad quam abiens ad diſputationem cum orthodoxis è via deflexit.

Iuliani Apoſtatæ Imperatoris fuit horribilis blaſphemia contra filium Dei Ieſum Chri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtum & ſecuta eſt inſignis pœna. Cum enim contra Perſas pugnaret, iuraſſetq́; ſi victoria potiretur, quod mox bellum Chriſti populo inferre vellet, in ea expeditione incerto autore ſagitta eſt traiectus, affirmatumq́; eſt cœlitus eam ſagittam demiſſam fuiſſe, moriturus pugillum cruoris in aerem proiecit clamitans: Viciſti Galilæe. Nazianzenus addit quod mox terra dehiſcente & flammas euomente ſit abſorptus.

Antiochus Eupatōr, 1. Mach. 6. obſidens Ieroſolymam ſuaſu Lyſiæ pacem cum ciuibus fecit iuramento confirmatam, ſed admiſſus in montem Sion rumpit iuramentum, & murum deſtruit, paulo poſt itaq́; vna cum Lyſia ab exercitu traditus eſt patruo Demetrio, ex vrbe Roma redeunti, & vterq́; Antiochus & Lyſias interfectus eſt anno regni 2.

Alcimus Sacerdos 1. Mach. 7. iurat Iudæis quod non velit eis nocere, Fit autem periurus, & multos interficit, atq́; aliquanto poſt ipſe quoq́; ſubito percutitur à Deo Paralyſi, & dat pœnas, mortuus in magnis cruciatibus, 1. Mach. 9.

Ita ſemper fuerunt, ſunt & erunt triſtes exitus eorum, qui fiunt periuri, quod etiam Ethica obſeruatio hiſtoriarum docet, ſicut ſapienter inquit Medea apud Euripidem.

Deus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Deus iuramentorum cuſtos eſt. Et Phocylides dicit:

Principio venerare Deũ, cole deinde parentes,
Ne iuſiurandum violes, nolensq́; volensq́;,
Nam Deus æternus periurum quemlibet odit.

Et de pœnis periurij extant grauiſsimi verſus apud Tibullum, ſumpti ex Homero Iliados δ.

Ah miſer, & ſi quis primò periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Etſi enim Ethnici in Iuramentis non vtuntur nomine & inuocatione veri Dei: Tamen Deus in ipſis etiam & perfidiam, & voluntatem abutendi nomine Dei ad periuria punit, & ea exempla nos admonent, vt nos, qui verum Deum in iuramentis nominamus & inuocamus, eo magis caueamus periuria.

Grauiſsimum eſt iudicium Pauſaniæ, quòd Philippi Macedonis poſteritas ideo in tantas calamitates incidit, & miſerabiliter deleta eſt, qui Philippus non ſemel factus eſt periurus, ſed quaſi luſit cum iuramentis, ſicut Lyſander ſolitus eſt dicere, Pueros talis ludere, Reges iuramentis.

Hoc iudicium Pauſaniæ conuenit cum ſapientiſsimo dicto Lycurgi, in Oratione cõtra Leocratem: Quòd periurus etſi poteſt aliquando effugere pœnas, quas homines de ſontibus ſumunt, tamen iudicium & pœnas diuinas ef-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſugere nunquam poteſt, etſi non ipſe, tamen poſteri & totum genus in magnas calamitates incidit. Sicut propter Carthaginenſium crebra periuria tandem tota illa ciuitas miſerrimè deleta eſt à Romanis. Et ſicut Glauco Spartanorum regi Pythia reſpondit, commiſſam periurij fraudem in nepotes redundaturam: Herodotus ſcribit Glaucum adeo ob iuſticiæ laudem celebrem fuiſſe, vt ad eum videndum multi peregrini Spartam venerint, accidit autem, vt hoſpes quiſpiam Mileſius magnam vim pecuniæ apud ipſum deponeret, cumq́ hoſpite mortuo, filij ipſius repoſitam pecuniam repeterent, Glaucus poſt quatuor menſes ſe reſponſurum dixit: Interea Delphicum oraculum conſuluit, vtrum iureiurando liceret negare, pecuniam eſſe depoſitam. Territus autem reſponſo Pythiæ, quòd periurij pœna eſſet in nepotes redundatura, veniam petijt, ſed Pythia reſpondit, idem eſſe, tentare Deum, & facere, itaq́ reuerſus domum, Mileſijs iuuenibus pecuniam quidem reddidit, verùm ipſe non multo poſt cum tota familia ſua extinctus eſt.

Hoc exemplum in doctrina Ethica obſeruandum eſt, propter admonitionem, quòd aliquo modo etiam ſapientes Ethnici intellexerint προαίρεσιν ſeu propoſitum malum de magnis ſceleribus puniri à Deo.

Paches

Paches ille Athenienſis, de quo ſuperiore Capite dixi, etſi magnas & vtiles res geſſerat pro patria: Tamen quia factus fuit periurus, ideo puniente ipſum Deo, poſtea accuſatus eſt, & in ipſa curia & publico iudicio proprio gladio ſe transfixit.

Hatto quoq; periurus Epiſcopus Moguntinus, cùm ſimili fraude vellet Imperatori Conrado Primo prodere Henricum Saxonem, in ipſo conuiuio, in quo proditionem machinabatur, interfectus eſt.

Iudicant etiam docti, quòd miſerabilis clades Varnenſis, in qua interijt Ladislaus Rex Vngariæ & Poloniæ, Anno 1444. fuerit pœna violati iuriſiurandi: Erat enim inter Ladislaum & Amuratem Imperatorem Turcicum pax facta ſolenni iuramento, ſed cùm Amurates iuxta pacis conditionem vix ex Europæ in Aſiam traieciſſet, Ladislaus rupit fœdus, & Amuratem in Europam retraxit, à Iuliano Cardinale Pontificio Legato perſuaſus, hoc prætextu, quòd ipſi liceret autoritate Pontificia irritum facere iuramentum, quo pax cum Turca ſine conſenſu Papæ eſſet facta, ſed dedit etiam Iulianus ſui mali conſilij pœnas, Nam in fuga non ab hoſtibus, ſed ab Vngaris, qui putabant eum auro onuſtum eſſe, multis vulneribus interfectus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XX.

DE TERTIO PRAE-CEPTO.

TErtium Præceptum eſt: Memento, vt diem Sabbati ſanctifices: Quo mandatur, vt timentes & diligentes Dominum reuerenter ſtudeant conſeruare miniſterium Eccleſiaſticum, audiant diligenter ſacras conciones, atq; ſanctis cæremonijs diuini cultus ſedulò & cum pietate interſint. Rectè autem intelligatur præceptum.

Sabbatum apud Iudæos ſignificabat ſimpliciter ſeptimum diem, qui apud nos Dominicam diem præcedit, & ad quem fuerunt ordinatæ certæ Iudaicæ cæremoniæ, quæ in Moiſe deſcribuntur. Hæc ſignificatio cùm ſit cæremonialis, ideo ſimul cum alijs cæremonijs Iudaicis abolita eſt, neq; ea ſignificatio Chriſtianos obligat. ſicut Apoſtolus Paulus expreſſè docet. Atq; illud Apoſtoli voluerunt ſignificare tranſpoſitione Sabbati in diem ſequentem, quæ à Reſurrectione Domini vocatur dies Dominica, cuius appellationis fit mentio in 1. Capite Apocalypſis. Nam illa mutatio diei etiam mutationem Iudaicarum cæremoniarum continet, quæ tantùm ad eum diem, & non ad alium, erant ordinatæ.

Apud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Apud nos itaq; Sabbatum in hoc Præcepto ſignificat diem Dominicam, & dies feſtos ab Eccleſia vera ſanctè ordinatos, vt in illis Chriſtiani, quieſcentes à ſeruilibus laboribus & officijs, quibus diebus operoſis fatigantur & occupantur, conueniant ad publicas conciones, communem inuocationem, Sacramentorum & verorum cultuum adminiſtrationem.

Deinde ſignificat quietem à laboribus ſeruilibus ad diuini miniſterij & cultus exercitia quouis tempore.

Hæc ſignificatio cùm ſit moralis, congruens cum lege naturæ & morali, ideo cum alijs legibus moralibus etiam manet, iuxta dictum ad Rom. 3. Legem non abolemus per fidem, ſed ſtabilimus. Id in ſcholis ita dici ſolet: Etſi ſpecies huius Præcepti abrogata eſt, quia Chriſtiani ſunt liberi à cæremonijs Moſaicis, Tamen genus, quod in hoc Præcepto requiritur, & eſt morale, manet, ac propterea quod ad hoc genus attinet, id eſt, vt ſint aliqui dies ordinati ad miniſterij Eccleſiaſtici publicam adminiſtrationem, & publicos conuentus, Chriſtiani tenentur hoc Præcepto, quia Deus præcipit omnibus hominibus, vt ſuũ officium ſinguli conferant ad conſeruationem publici miniſterij, & illud non negligant aut contemnant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

temnant, & diebus ordinatis ab Eccleſia ad publicos conuentus Eccleſiaſticos libenter accedant, interſint illis conuentibus, audiant verbum Dei, vtantur Sacramentis, ſimul cum Eccleſia inuocent, & colant Deum.

Illuſtris demonſtratio, quòd hæc ſignificatio Sabbati generalis ſit legis naturæ, & ſic moralis ſumi poteſt ex obſeruatione conſuetudinum apud omnes gentes. Nulla gens fuit aut eſt tam barbara, quæ non habuerit & habeat aliquot dies feſtos, ordinatos ad publicos conuentus ſacrificiorum & cultuum gratia, in quibus etſi multipliciter errauerunt et errant, tamen illæ conſuetudines ex ipſa naturali ſcientia ortæ, teſtantur hanc notitiam mentibus hominis impreſſam eſſe, quòd debeant eſſe ſabbata, id eſt, certi dies deſtinati, non tantùm ad quietem à laboribus, quam natura poſtulat, ſed præcipuè ad publicum miniſteriũ, publicas congregationes Eccleſiæ, & cultus diuinos. Itaq; de recto fine & vſu Sabbati tenenda eſt doctrina vera, de qua breuiter in hoc Præcepto dicitur, Sabbatum ſanctificandum eſſe. Sanctificatio illa complectitur ſancta opera, nimirum:

I. Miniſterium verbi Dei, & Sacramenta, tanquam ſumma Dei dona magnifacere, conferre ſtudium ad ea intelligenda, or-

nanda

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nanda & conſeruanda, temerè non negligere Eccleſiaſticos conuentus & congregationes, inuitare alios exemplo, vt rectius & honorificentius de publico miniſterio ſentiant.

II. Iuxta vocationem præſtare diligentiam in docendo, & omnibus officijs miniſterij Euangelici.

III. Conciones ſacras libenter audire, & reuerenter ac piè vti Sacramentis, ſimul cum Eccleſia in congregatione Deum inuocare, laudare & celebrare.

IIII. Retinere veros vſus Cæremoniarum, nec contaminare eas impijs opinionibus, aut conferre eas, vel ad quæſtum vel ad Idolatriam, contra expreſſa verba, quæ aliquoties repetuntur: Sabbatum Domini eſt, Ergo Domino eſt ſanctificandum, non Idolis, non auaritiæ, non alijs abuſibus & impietatibus.

V. Dies feſtos conferre ad publici miniſterij celebrationem. Item ad piam meditationem, & exempla, quæ inuitant alios ad pietatem.

VI. Amare, reuereri & tueri miniſtros & miniſterium Euangelij, ſicut 1. Theſſal. 5. ſcriptum eſt: Rogamus, vt agnoſcatis eos, qui laborant inter vos, & qui præſunt vobis in Domino, & admonent vos, vt habeatis illos in ſummo precio per caritatem, propter opus ſeu miniſterium illorum pacem habete cum illis.

Item,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Item, fouere ſtudia, quæ ad miniſterij conſeruationem pertinent, ac proſunt, Et ſcholas, in quibus eæ doctrinæ docentur & diſcuntur.

VII. Obedire miniſtris verbi, in rebus ad eorum miniſterium pertinentibus, ſicut dicitur ad Hebræos 13. Obedite Præpoſitis veſtris, & concedite, Ipſi enim vigilant pro animabus veſtris, tanquam rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes.

VIII. Libenter contribuere ad miniſterij conſeruationem, & miniſtrorum nutritionem. Sicus Paulus ad Corinthios & ad Galatas præcipit, & Chriſtus dicit: Dignus eſt operarius mercede ſua.

Hæc ſunt vera opera huius Præcepti, quorum magnitudinem pios conſiderare oportet in recta meditatione verborum: Sabbatum Domini eſt. Item: Requies Sabbati ſanctificata eſt Domino, Nam ea meditatio dilucidè monſtrat verum finem Sabbati, & oſtendit ſimul, quibus operibus tertium Præceptum de Sabbato violetur, videlicet, per quæ Sabbatum non ſanctificatur Domino.

Recitabo itaq; ordinem præcipuorum peccatorum contra hoc Præceptum.

Caput

CAPVT XXI.

DE FESTIS IDOLOLATRICIS ETHNICOrum & Pontificiorum.

AD primum genus peccatorum contra tertium præceptum pertinent omnia feſta Ethnicorum, quæ non ſanctificantur Deo vero, ſed celebrantur cum magna impietate, & multis enormibus turpitudinibus Diabolo, & fictis idolis, itaq; pugnant cum his verbis: Sabbatum Domini eſt. Item, Requies Sabbati ſanctificata eſt Domino. Et cum Pontificij in ordinatione & celebratione feſtorum Idolatricorum ſequantur inſtituta & mores Ethnicorum, ideo idolatrica feſta Pontificiorum etiam ad hunc gradũ referenda ſunt. Herodotus lib. 2. deſcribit quædam feſta Ægyptiorum. Græcorum feſta Pauſanias deſcribit. Apud Romanos quatuor fuerunt genera feriarum.

Statiuæ, quæ ſtatis diebus anni, & menſium obſeruantur, Conceptiuæ, quæ in diem certum à Pontifice vel Magiſtratu concipiebantur, Imperatiuæ, quas Conſul aut Præ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tor, vel Pontifex Maximus pro arbitrio induxit, & Nundinariæ.

Fuerunt autem celebrationes feſtorum, apud omnes Ethnicos plenæ non ſolum ſtultis, ſed etiam impijs & immodeſtis moribus præter impia & Idolatrica ſacrificia.

Herodotus ſcribit, quod in feſto Ægyptio, quod in vrbe Bubaſto celebrabatur, plus vini conſumi ſolitum fuerit, quam reliquo anno totius tempore. Idem ſcribit, quod in alio feſto Martis ſeu matris Martis, ſolitus fuerit conuenire populus armatus fuſtibus, & ſimulachrum ex ligneo ſacello deaurato in aliud templum exportare, Sacerdotibus ſimulachri trahentibus plauſtrum, quo ſimulachrum cum ſacello vehebatur, poſtquam introductum fuit, excitatam fuiſſe cruentam pugnam inter eos, qui vota fecerant & inter templi cuſtodes, hos ab ingreſſu templi ad ſimulachrum repellentes, atq; in ea pugna multos vulneratos atq; interfectos fuiſſe.

Dionyſia ſeu Bacchanalia, fuerunt feſta turpiſſimis furoribus & helluationibus dicata, quæ Papiſtici imitantur Dominica quinquageſimæ.

Luper-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Lupercalia apud Romanos celebra-
antur menſe Februario in honorem Iunonis, Luperci è Romanis appellabantur Sacerdotes, ui nudi per ciuitatem diſcurrebant, & præ-
nantium mulierum manus Zona è corio ca-
ri facta verberabant, id partum iuuare exi-
ſtimabatur. Floralia menſis Martij inſtituta fuerunt Sybilla monente, vt omnia probè de-
floreſcerent. Sed alia Floralia duobus vlti-
mis diebus Aprilis, cum prima Maij, celebra-
bantur, cum nephanda impudicitia, in memo-
riam Floræ prædiuitis meretricis, ideo quia populum Romanum hæredem fecerat.

Terminalia erant feſta ſacra Deo ſeu Ioui Termino. Cum enim Numa Romanis agros lapidibus poſitis diuiſiſſet, vt quiſq; ſuis agris quiete vti poſſet, ideo vt lapides illi ob Religionem eſſent inuiolati, attributum eſt eis numen, videlicet Iupiter ſeu Deus Termi-
nus, cuius feſtum celebrabatur 7. Calendas Martij. Rubigalia feſta etiam à Numa inſti-
tuta fuerunt ficto Deo, quem Rubigum voca-
bant, ne rubigine aut vredine ſegetes læde-
rentur ad ſextum Calendas Maij.

Vertumnalia celebrabantur in Autum-
no Deo Vertumno, qui Deus Mercaturæ

& vſurarum habitus fuit, ac ſi nunc appellaretur (vmbſchlagers Gott.)

Longum eſſet omnes feſtorum Ethnicorum manifeſtas abſurditates & impietates recenſere, De quibus ex his exemplis quilibet facile iudicare poteſt, quæ ideo quoq; recitaui, vt cum eis conferantur multæ ſimiles Idolatricæ abſurditates & fatuitates in feſtis Papiſticis, quorum multa prorſus ſunt ad Ethnicorum imitationem inſtituta & accommodata. Sciendum quoq; eſt, quod omnes illi, qui dies Dominicos & feſtos, non ad pietatis exercitia, ſed tantum ad luxus libidines, voluptates, ludos & conuiuia conferunt, ſunt Ethnicis ſimiles, & contra tertium præceptum Decalogi peccant. Addam reliquos gradus peccatorum.

Secundo peccant contra hoc præceptum illi, qui contumaciter negligunt Conciones & Cæremonias publicas, id eſt, qui nunquam aut raro illis interſunt, & qui temerè ac contumaciter alios impediunt, vt inter eſſe non poßint, vel etiam exemplo ſuo alios abducunt.

Tertio qui non vtuntur ſacroſanctis Sacramentis.

Quarto, qui contumelia afficiunt Sacramenta, eaq; vel omnino ex Eccleſia tollunt,

vel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vel conferunt ad impios abuſus, & ad quæ-
um, ſicut Miſſæ ad turpem quæſtum & impi-
tatem collocantur apud Papiſtas.

Quinto, qui abolent miniſterium ver-
bi, & in officijs miniſterij Euangelici ſunt ne-
ligentes.

Sexto, qui impias Cæremonias inſtitu-
unt aut obſeruant, obſcurantes veram doctri-
nam, & deprauantes verum cultum Dei.

Septimo, qui contumaciter exercent
operas impedientes miniſterium verbi, &
cultus Dei, id eſt, ſanctificationem Sabbati.

Octauo, qui abolent miniſterium ver-
bi, vel quia miniſtros indignè tractant, vel
quia eripiunt eis victum, vel quia abolent
ſtudia ad conſeruationem miniſterij vtilia, ſi-
cut Iulianus fecit.

CAPVT XXII.

DE CONGREGATIONIBVS ECCLESIASTICIS.

Diligenter docendi ſunt homines, quod velit Deus eſſe publicas congregationes viſibilis Eccleſiæ, & quare hoc velit, & quod propter has ſeruet regimina, ciuitates & imperia, & donet mediocrem tranquillitatem, vt poſſint fieri congregationes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Eccleſiæ. Quod velit Deus eſſe congregationes Eccleſiæ viſibilis, probatur per tertium præceptum Decalogi, Sabbata ſanctifices, Nam Deus ſic ordinauerat Sabbata & feſta, vt publica congregatio fieret, nec eſt obſcurum, ſic inſtitutam eſſe Cœnam Dominicam, vt fiat in congregatione, niſi impediat neceſsitas, ſicut ægroti & captiui, ad publicam congregationem accedere non poſſunt. Teſtimonia etiam Pſalmorum de congregatione Eccleſiæ perpetuam Dei voluntatem declarant, vt Pſalm. 22. dicitur. In medio Eccleſiæ laudabo te, in populo magno celebrabo te. Item Pſalm. 149. Laus eius in Eccleſia Sanctorum. Et talia ſunt multa dicta, cum quibus coniungenda eſt dulciſsima promiſsio, quæ nos ad amandas illas congregationes excitare debet. Matth. 18, Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Hanc promiſsionem conſiderantes, dicamus cum Dauide Pſalm. 27. Vnam rem petij à Domino, hanc requiram, vt habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius. Item, Pſalm. 122. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Etſi autem noſtra inuocatio & cultus non alligantur ad certa loca: Tamen non eſt dubium quod ædificationes ararum, Tabernaculi, templi Hieroſolymitani in veteri Teſtamento, tanquam ſacra exempla nos admonere debent, vt in ſocietatibus ſint loca certa, ſeu templa ad congregationes publicas Eccleſiæ viſibilis deſtinata, ſicut Pſalm 122. dicitur. Ieruſalem eſt ædificata vt ſit ciuitas, cuius ſocietas eſt ſimul, quia illuc aſcendunt tribus Domini, vt ibi fiat teſtificatio nomini Iſraeli ad celebrandum nomen Domini.

Habuerunt Ethnici arcana conuenticula, in quibus facta ſunt multa turpia & nephanda. Sed Deus vult vocem Euangelij ſui publicè ſonare in genere humano, Matth. 5. Nemo ponit lucernam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt, & vult Deus congregationes Eccleſiaſticas eſſe honeſtas, & vult Eccleſiæ confeſſionem eſſe publicam, iuxta dictum, Matth. 10. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus. Et vult congregationes Eccleſiæ eſſe teſtimonia & vincula mutuæ deuinctionis in CHRISTO.

Ideo etiam in illa congregatione Sacramẽta diſpenſantur niſi neceſsitas impediat. Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vult vt publicæ congregationes tanquã imagines admoneant nos de congregatione in vita æterna, cum Deo, & ſanctis Angelis, ad quam congregationem colliguntur omnes beati, & quæ congregatio erit æterna.

Sciamus itaq; templa ad veri Dei cultum ædificata, eſſe ſingularia ornamenta vrbium, Regionum & omnium ſocietatum, & voluntatem Dei eſſe vt in illis conueniamus, ad hos fines, videlicet, ad audiendam vocem Euangelij, ad communem inuocationem, ad gratiarum actionem & Sacramentorum vſum, Sicut in Eſaia ſcriptum eſt, & à Chriſto allegatur: Domus mea domus orationis eſt. Et Pſalm. 122. ſcriptum eſt. Illuc aſcendunt tribus Domini, vt ibi fiat teſtificatio Iſraeli ad celebrandum nomen Domini.

Hi cultus ſunt voluptates Domini, quibus libenter intereſſe debemus, ſicut Pſal. 27. admonet. Vere enim nulla comitia, nulli conuentus, quantumuis ſplendidi, etiam maximorum Cæſarum & Regum tam ſunt auguſti, & iucundi, quam ſunt conuentus Eccleſiæ in templis, ad eos fines, de quibus dictum eſt. Qui non volunt adiuuare conſeruationem talium conuentionum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

grauiter peccant contra tertium Præceptum, et attrahunt pœnas priuatas & publicas. Sicut enim propter congregationes Eccleſiæ ſeruantur imperia, regimina, vrbes & ſocietates, & datur illis pax ac tranquillitas, & reliqua bona corporalia, quemadmodum expreſſè dicitur Pſal. 122. Propter fratres meos & amicos meos loquar ſalutaria pro te, propter domum Domini Dei noſtri quæram bona tibi, Item Iere. 17. Si ſanctificaueritis diem Sabbati, ingredientur per portas ciuitatis huius Reges & Principes, & venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Hieruſalem portantes holocauſta, id eſt, erunt tranquilla & fructifera tempora: Sic viciſſim Deus punit non tantùm priuatim, contumaces contemptores & violatores huius Præcepti, ſed cùm illi conniuent aut ſimul etiam peccant, quibus cuſtodia diſciplinæ commendata eſt, tunc quoq; publicas pœnas infligit, ſicut Cap. 17. Hiere. etiam dicitur: Si non audieritis me, vt ſanctificetis diem Sabbati, ſuccendam ignem in portis Hieruſalem, & deuorabit domos, & non extinguetur. Et Nehemias cap. 13. videns calcantes torcularia Sabbato, inquit: Quæ eſt hæc res mala, quam facitis, & prophanatis diem Sabbati? nunquid non hæc fecerunt patres noſtri? & adduxit Deus noſter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſuper nos omne malum hoc, & ſuper ciuitatem hanc.

Etſi autem, vt dixi, cæremoniæ Iudaici Sabbati ſunt nobis abrogatæ, tamen diſciplina pertinens ad legem moralem non eſt abrogata, videlicet vt Sabbatum ſanctificetur Domino. Itaq; iudicemus dicta & exempla de pœnis violati Sabbati omnibus temporibus pertinere ad eos, qui contumaciter & petulanter contemptu miniſterij Euangelici, & congregationum Eccleſiaſticarum Sabbata prophanant, vel ocio ignauo, vel compotationibus, vel alijs operibus, quibus & ſe ſine neceſſitate impediunt, & alijs ſunt cauſa ſcandalorum.

Cùm verò abeſt contumacia & petulantia, ſed dilectio et neceſſitas aliquem impediunt, vt congregationibus Eccleſiæ non poſſit intereſſe, & operas poſtulant, tunc valere debent regulæ, quibus Chriſtus et ſe et ſuos diſcipulos ſabbatis facientes operas excuſat. Nec fingantur labyrinthi quæſtionum de neceſſitate, ſed pia mens in ſua ſimplicitate ipſa ſit iudex.

Mater non ex petulantia aut contemptu manens die Dominica apud ægrotum infantem, nō idcirco condemnanda eſt, etſi ſcrupuloſè de tali neceſſitate aliqui diſputant.

Matth.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Matth.12. cùm Phariſæi accuſarent diſcipulos Chriſti, quòd ſabbato ſpicas vellerent, reſpondet Chriſtus: Si ſciretis, quid ſit, Miſericordiam volo, & non ſacrificium, nunquam condemnaſſetis innocentes. Et eodem Capite ſemetipſum contra Phariſæos defendens, tradit hanc regulam: Licet ſabbatis benefacere. Quam regulam exemplis ex communi conſuetudine adductis & ibi & alijs in locis comprobat. Communis enim & recepta apud Iudæos erat opinio, non violari ſanctificationem Sabbati, ſi animal ſoluerent, & ad aquam ducerent, aut in foueam delapſum extraherent.

Talia exempla, cùm ſine repræhenſione citet Chriſtus, debemus nos quoq; ea, ad declarationem huius Præcepti, vnà cum regulis Chriſti accommodare: Machabæi rectè fecerunt, quòd concluſerunt, ſi iterum impetus ab hoſtibus fieret ſabbato, quòd pugnare vellent. Sic magiſtratus, patresfamilias, aut alij pij ſæpe præoccupantur neceſſarijs officijs, quibus impediuntur ſine contumacia, petulantia & contemptu, Sed ſimul etiam hoc ſciri debet, officia illa dilectionis & neceßitatis diſpenſationem, non abrogationem legis, habere. Sicut communiter de diſpenſationibus dicitur: Diſpenſatio non ſit legis deſtructio.

Quòd

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quòd autem aliqui propter Pauli dictum ad Coloſſ. 2: Nemo vos iudicet in parte diei feſti, neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ ſunt vmbra futurorum, prorſus volunt aboleri Sabbata & feſta, ſtulta ſuperſtitio eſt. Loquitur ibi Paulus de libertate Chriſtiana, quæ non deſtruit ordinem obedientiæ in moralibus, ſed liberat credentes à ſeruitute legis ad meritum iuſtificationis, & vitæ æternæ, & liberat eos à maledictione legis, etiamſi agnoſcunt ſe legem non ſeruaſſe, & liberat eos à forenſibus & cæremonialibus legis Moſaicæ, non ſoluit obedientiam, nec laxat frena inobedientiæ, contumaciæ & petulantiæ. Et quidem, quòd allegata ſententia Pauli loquatur expreſſè de Iudaica cæremoniali feſtorum & Sabbatorum obſeruatione, id additio Antitheſis clarè oſtendit, nimirum quæ fuerunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti. Nemini autem ignotum eſt, vmbræ appellationem de Iudaicis cæremonijs intelligi, quarum ſignificationem impleuit Chriſtus veniens in carnem, & eis finem impoſuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXIIII.

CONSERVATIONEM MINISTERII Euangelici adiuuandam eſſe.

DEus inſtituit miniſterium Euangelij in Eccleſia, & vt illud conſeruetur, ideo omnibus temporibus dat operarios, & miniſtros, qui Eccleſiam doceant, & miniſterio Eccleſiaſtico fungantur.

Patres ante Moſen ædificauerunt altaria, ad quæ Eccleſia congregata eſt ad auditionem verbi Dei, inuocationem & ſacrificia. Moiſes iuſſu Domini ædificauit tabernaculum, & populus liberaliter ac promptiſsima voluntate contribuit ſumptus ad ædificationem neceſſarios. Salomon mandato Dei Hieroſolymitarum templum ædificauit, ad cuius conſeruationem Iudæi ſinguli quotannis didrachma contulerunt, atq; certa tribus Leuitarum fuit deſtinata ad miniſterium, præter Prophetas, qui ſingulari vocatione ad docendum miſsi ſunt. Filius Dei Dominus noſter Ieſus Chriſtus elegit ad miniſterium Apoſtolos, et vſq; ad finem mundi ſedens ad dextram Patris, mittit Eccleſiæ miniſtros, quos ſuis donis facit idoneos ad miniſterij Euangelici adminiſtrationem, & Eccleſiæ ædificationem.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

De hac conſeruatione miniſterij ſæpe cogitandum eſt, vt ſciamus eam conſeruationem non fieri conſilijs aut viribus humanis, ſed ab ipſo Deo, atq; illud ſcientes oremus indeſinenter Deum, vt extrudat operarios in meſſem Eccleſiæ, & pro hoc beneficio gratias Deo agamus, & eam gratitudinem noſtris officijs & benignitate erga miniſterium declaremus. In veteri teſtamento non fuit Leuitis data certa pars terræ, ſicut cæteris tribubus, ſed habitationes eorum per alias tribus diſtributæ fuerunt, & ordinatus fuit eis victus de ſacrificijs, decimis, & alijs oblationibus, quia fuit mandatum, Deut. 16. ne quis in conſpectu Dei vacuus appareret.

Etſi autem ordinationes Iudaicæ in ſpecie ad nos non pertinent, tamen genus doctrinæ & exempli pertinet ad nos quoq;, videlicet, quòd vnuſquiſq; debeat adiuuare miniſterij conſeruationem, & miniſtrorum ſuſtentationē. Quia vt Chriſtus dicit Matth. 12. Dignus eſt operarius mercede ſua, & Paulus dicit 1. Corinth. 9. Dominum ſic ordinaſſe, vt hi, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant, & idcirco ad Galatas 6. grauiſſimum præceptum tradit: Communicet qui catechizatur ſermone ei, qui ſe catechizat in

omnibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

omnibus bonis, ne erretis, Deus non irridetur. Eſtq́ operæprecium conſiderare argumenta, quibus idem Apoſtolus 1. ad Corinthios 9. vtitur, vt demonſtret, Eccleſiæ miniſtris deberi ab Eccleſia δίδακτρα ſeu ſtipendia.

Primum argumentum ſumptum eſt à militibus: Nemo militat ſtipendijs ſuis.

II. A vinitoribus: Qui vineam plantat, edit etiam de fructibus vineæ.

III. A paſtoribus: Paſtor manducat de lacte gregis.

IIII. A bobus triturantibus: Scriptum eſt, inquit, in lege Moſi, Non alligabis os boui trituranti, Nunquid de bobus cura eſt Deo? Nonne propter nos vtiq́ ſcripta ſunt? quoniam debet in ſpe qui arat, arare, & qui triturat in ſpe percipiendi fructus.

V. Ab Agricolis: Æquum eſt, vt qui arat & ſeminat, etiam fiat particeps fructuum pro labore: Miniſtri ſeminant ſpirituale ſemen Euangelij, Ergo æquum eſt, vt viciſsim quoq́ de corporalibus bonis mercedem laboris accipiant.

VI. Ab ordinatione diuina: In Lege ordinatio Dei eſt, vt qui in ſacrario operantur,

ex ho-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ex hoſtijs edant, & qui altari ſeruiunt, cum altari participent. Ita & Dominus ordinauit, vt illi, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant. Omnia hæc argumenta ex loco communi dicti Chriſti Matth. 12, oriuntur: Dignus eſt operarius mercede ſua. Diligenter etiam notetur argumentum collationis, quod obiter alijs inſertum eſt: Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, quare non potius nos, hoc eſt, Si Idolorum ſacerdotes habent ſua ſtipendia & reditus, de quibus viuunt, cur non potius ſacerdotibus & miniſtris veri Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti dantur ſtipendia? Huius argumenti accommodatio eſt illuſtris & vtilis: Sub Papatu opulentiſſima ſtipendia & reditus dātur Diaboli ſacerdotibus, & vix quiſquam eſt tam pauper, qui non aliquid conferat ſupra ordinarias & abundantes diuitias: Sed miniſtris Euangelij nō ſolùm nihil datur, verùm vnuſquiſq; etiam inuidet eis, & quantum poteſt, detrahit ea, quæ ſunt olim deſtinata & data ad Eccleſiaſtica munia, & quæ alioqui à ſeruis Diaboli, & ventris, ad Dei ignominiam et hominum perditionem conſumerentur. Obſeruetur itaq; hoc dictum Pauli: Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, quare non potius nos? Cum hoc dicto conſentit exprobratio in Epiſtola 2. ad Co-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ad Corinth. Cap. 11. Suſtinetis, ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit.

De pœnis, quibus Deus vlciſcitur miniſterij Eccleſiaſtici & Sacerdotum ſuorum neglectionem, ſcribitur Aggæi 1. Hic populus dicit, nondum venit tempus, vt ædificetur domus Domini, & factum eſt verbum Domini per Prophetam Aggæum, Sed veſtrum tempus venit, vt habitetis in domibus tabulis exornatis. Hæc autem domus manet deſolata, nunc vero ſic dicit Dominus Zebaoth, attendite quid fiat vobis, ſeminatis multum & parum colligitis, comeditis & non ſaturamini, bibitis, & non inebriamini, veſtitis vos & non poteſtis calefieri, & qui meretur mercedem, reponit eam in loculos perforatos, ſperatis multum, & ecce fit parum, & etiamſi in domum veſtram intuleritis, tamen difflabo illud. Quare hoc fit, dicit Dominus Zebaoth? Quia domus mea iacet deſolata, & quiſq; feſtinat ad commoda domus ſuæ, idcirco cœlum continuit ſuper vos rorem & terra germen ſuum, & ego vocaui ariditatem ſuper terram, ſuper montes, ſuper frumentum, muſtum, oleum, & ſuper omne quod profert terra, & ſuper homines, & ſuper peccora, & ſuper vni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uerſum laborem manuum. Et Malachi. 3. An vobis iuſtum videtur, quod homo fraudem facit Deo, quemadmodum vos mihi fraudem facitis, & dicitis, quomodo fraudem facimus tibi? decimis & primitijs, Idcirco maledicti eſtis, vt omnia euaneſcant ſub manibus veſtris, quia omnes fraudem mihi facitis. Adducite, integram decimationem in horrea mea, vt ſit cibus in domo mea, & probate me per hoc, dicit Dominus Zebaoth, ſi non aperuero feneſtras cœli, & effudero inde benedictionem abunde, & increpabo coram vobis depaſtorem, ne perdat fructus terræ, & ne ſit vobis vitis infœcunda in agro, vt beatos vos dicant omnes gentes dicit Dominus Zebaoth.

CAPVT XXV.

DE ETHNICORVM EXERCITIIS IN Feſtis.

HAbuerunt Ethnici quoq; aliquos Sacerdotes publicos, qualis fuit Heſiodus ſacerdos Muſarum in Helicone, qui non tantum ſacrificarunt, ſed quorum officium

quoq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quoq; fuit, doctrinam Ethicam, Phyſicam, ac in primis Aſtrologicam tradere, ſicut Heſiodi opera teſtantur. Et ex Plinio conſtat, vetuſtatem habuiſſe etiam alium librum Aſtrologicum Heſiodi præter illum, qui nunc extat: Itaq; in conuentibus feſtiuis, Sacerdotes ſoliti ſunt partẽ eius doctrinæ, vel ex proprijs vel ex aliorum, vt Pythagoræ, Phocylidis, Theognidis, Homeri & ſimilium ſcriptis, populo prælegere. Sic enim de Solone ſcribitur, quod ſcripta Homeri in libros diſtinxerit, & legibus inſtituerit, vt ordine ſinguli libri in diebus feſtis publicè legerentur. Sunt etiam actæ Tragœdiæ ad doctrinam Ethicam accommodatæ & recitatæ hiſtoriæ. Et poſtea voluptatis gratia exhibiti ſunt ludi publici, & ſpectacula. Apud Romanos Pontifex Maximus reliquis Sacerdotibus ſeu Pontificibus minoribus præerat, cuius munus fuit res ſacras, vel vt dicebant diuinas, hoc eſt, Cæremonias Romanæ religionis tueri & interpretari. Et curare, vt ordinatis temporibus feſta celebrarentur, & ritè peragerentur ſacrificia, & ne peregrini ritus receptis Cæremonijs miſcerentur.

Ex his exemplis poteſt iudicari, de veterum Ethnicorum conſilio & inſtituto. Sed quia hæc tota ordinatio tum feſtorum, tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sacerdotum apud Ethnicos fuit Idolatrica; Ideo Diabolus varijs modis ſub hoc prætextu religioſo luſit. Inſtituti ſunt certi ordines Sacerdotũ vtriuſq; ſexus, ſicut ſub Papatu ſunt ordines Monachorum & Monacharũ, pleriq; ex ſacerdotibus Ethnicis fuerunt Magi habentes cõmercia cum Diabolis, à quibus expiſcabantur reſponſa ad quaſcunq; quæſtiones, eaq; pro oraculis diuinis reddebant interrogantibus & multa alia tetra peccata in illis ordinibus Ethnicis perpetrata ſunt. Pleraq; etiam feſta tantum fuerant ordinata ad helluationes & crudelia & turpia ſpectacula, & ad ſceleratam licentiam nefandarum libidinum, & aliorum ſcelerum, ſicut Bacchanalia, quorum inſanam & barbaricam impietatem multi inter Chriſtianos turpiter imitantur.

Tales inſanos furores etiam aliqui ſapientes Ethnici repræhenderunt. Extat apud Liuium lib. 4. Decad. 4. ſplendida oratio Marci Catonis contra Bacchanalia, dicit conuentus Bacchi clandeſtinos pugnare cum veteribus legibus, cum honeſtate, & cum bono Reipublicæ, quia in illis multi afficiuntur ignominia, ſtruuntur inſidiæ puellis, matronis honeſtis, & bonis ciuibus, imo ipſi Reipublicæ, & fiunt multa enormia vitia. Atq; notum

eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſt, Euripidem inſignem Tragœdiam Baccharum ad repræhenſionem Bacchanaliorum ſcripſiſſe. Eſt ea Tragœdia digna lectione. Cadmus Tyrannus & Tireſias Sacerdos, ac Bacchæ celebrant feſtum noui Dei Bacchi, ridiculis veſtibus, & furioſis diſcurſationibus, clamoribus & geſtibus. Pentheus nepos Cadmi ex filia, rediens in ipſo feſto domum ex peregrinatione, grauiter eos furores improbat. & bacchantes duriter repræhendit, Sed tandem à furentibus Bacchis ille bonus iuuenis Pentheus dilaniatur, illudq́ præmium ſuæ honeſtæ admonitionis & obiurgationis accipit. Nos vero agamus gratias Deo, quod in hoc præcepto tertio, docet nos verum vſum Sabbatorum, & oremus indeſinenter, vt ipſe ſanctificationem Sabbatorum per ſuum ſanctum Spiritum, in nobis confirmet, & conſeruet, noſq; ab Ethnicis, imo Diabolicis, Idolomanijs, ſuperſtitionibus & furoribus Papiſtarum cuſtodiat, ad ſui nominis gloriam & noſtram ſalutem, Amen.

CAPVT XXVI.
& vltimum.

DE ORDINE PARTIVM PIETAtis.

 SIcut

SIcut Iudæi tenebant hanc opinionem, quod ſummus cultus Dei eſſet obſeruare externos ritus Sacrificiorum, & aliarum Cæremoniarum: Ita multi ſub Papatu etiam ſentiunt, ſummam religionis, & pietatis eſſe, celebrare & audire Miſſas, dicere certum numerum precum, ne quidem intellectarum, ornare ſtatuas, obſeruare diſcrimina ciborum, vti certis formis veſtitus, & aliјs externis Cæremonijs. Tales ineptas opiniones, non ſolum ſacra ſcriptura in multis locis grauiter repræhendit, & damnat, Sed etiam propria cuiuſq; conſcientia iudicat Deum aliam pietatem & cultum ab hominibus poſtulare, quàm ſolam laruam externarum Cæremoniarum, & quidem non eſt dubium multos eſſe ſapientes inter Papiſtas, qui eam perſuaſionem Monachorum ſciunt eſſe falſam. Imo etiam in Philoſophorum ſcriptis occurrunt aliquando dicta, quæ oſtendunt quoſdam ex ſapientibus Ethnicis aliquo modo ita ſenſiſſe, quod religio ac pietas ad Deum, magis in mente, & affectibus cordis, vnde oriuntur bonæ actiones ad Deum, & ad homines, quam tantum in externa obſeruatione & pompa rituum, conſiſtat: Sic enim Plato dicit: Deus non honoratur geſtibus, ſed virtute. Et Cato.

Si Deus eſt animus, nobis vt carmina dicunt,

Hic

Hic tibi præcipue ſit pura mente colendus.

Et Ouidius in Epiſtolis:

Non boue mactato cœleſtia numina gaudent,
Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte fide.

Liuius: Religiones piè magis quàm magnificè coli debent. Perſius Satyra 2. deridet ſumptuoſas Cæremonias eorum, qui ab omni pietatis & iuſticiæ ſtudio ſunt alieni.

Dicite Pontifices in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppæ.
Quin damus id ſuperis de magna quod dare lance
Non poßit magni Meſſalæ lippa propago,
Compoſitũ ius, faſq́, animi ſanctoſq́, receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto.

Hæc etſi ſapienter in Philoſophia dicuntur: Tamen quia poſtea fingunt Philoſophi obedientiam virtutum Philoſophicarum cum externis cultibus eſſe totam ac veram religionem & pietatem: Ideo error tam in perſuaſione Papiſtica, quam in opinione Philoſophorum monſtrandus eſt ex regulis certis & immutabilibus. Iohan. 4. Spiritus eſt Deus, & qui adorant ipſum, Spiritu ac veritate oportet adorare. Ad Hebræos 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Item, 1. Pet. 2. Offerentes hoſtias Spirituales placentes Deo per Ieſum Chriſtum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Docent hæ regulæ in omni cultu Dei debere prælucere fidem accenſam à Spiritu ſancto, quæ complectitur noticiam Dei cum fiducia Mediatoris Ieſu Chriſti. Sine hac fide nullus cultus placet Deo, imo ſine hac fide nullum opus, aut nulla Cæremonia quantumuis ſplendida, & pompoſa, eſt cultus Dei.

Itaq; in ordine pietatis primum locum obtinet fides, à qua omnis cultus Dei, & omne bonum opus incipit.

Secundus locus eſt bonæ conſcientiæ, quæ eſt fidei indiuidua comes, Sicut Paulus dicit ad Timotheum: Milita bonam militiam, ſeruans fidem, & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragium fecerunt. Manifeſtum autem eſt nominari in ſcriptura abominationes, eorum ſacrificia & cultus, qui perſeuerant in peccatis contra conſcientiam in vtraq; tabula, Sicut Prouer. 15. dicitur. Victimæ impiorum abominationes ſunt. Et Chriſtus inquit: Matth. 5. Vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum.

Tertio ſequantur Cæremoniæ cum vero intellectu, non Idolatricæ aut ſuperſtitioſæ. Hæc annotatio de ordine partium pietatis, ſeu religionis, monſtrat rectum iudicium de multis controuerſijs. Et pertinet huc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dictum Oſeæ 6. Miſericordiam volo, non ſacrificium, & ſcientiam Dei plus quàm holocauſta. Item dictum Chriſti Matth. 5. Si offers munus tuum ante altare, et ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque illic munus tuum ante altare, & abiens prius, reconcilieris fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Item Matth. 23. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentam & anethum & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt, legis iudicium & miſericordiam & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

FINIS LIBRI SEcundi Ethicorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

LIBER TERTIVS

DOCTRINÆ MORALIS SECVNDÆ TABVLÆ DECALOGI.

CAPVT PRIMVM.

DE SVMMA PRÆCEPTORVM TABVLÆ ſecundæ, & de dicto Chriſti Matth. 22. Secundum Præceptum eſt ſimile primo.

CHriſtus interrogatus à doctore Legis, quodnam eſſet mandatum magnum in Lege? reſpondit ſapientiſſimè de Summa Legis compræhenſæ duabus ſententijs ſeu mandatis, quæ extant Deut. 6. & Leuit. 19. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, hoc eſt primum & magnum mandatum. Secundum autem eſt ſimile huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent. Sicut itaq; prima tabula dilectionem Dei poſtulat, ita ſecunda tabula requirit dilectionem proximi, & dilectio reliquas virtutes ſeu

opera

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

opera dilectionis complectitur, ſicut Paulus prolixè docet ad Rom. 13. Nemini quicquam debeatis, niſi hoc, vt inuicem diligatis, nam qui diligit alterum, legem impleuit. Siquidem illa: Non mœchaberis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud præceptum, in hoc ſermone ſummatim compræhenditur, nempe: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, Dilectio proximo malum non operatur, conſummatio legis itaq; eſt dilectio. Et 2. ad Corin. 13 Charitas patiens eſt, benigna eſt, Charitas non inuidet, Charitas non eſt procax, non inflammatur, non eſt faſtidioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet de iniuſticia, ſed congaudet veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.

Sed videtur eſſe παράδοξον, quòd Chriſtus inquit, ſecundum Præceptum de dilectione proximi eſſe ſimile præcepto primo de dilectione Dei. Non eſt παράδοξον, ſi rectè intelligatur intentio Chriſti, & ipſa collatio ſimilitudinis. Opponit Chriſtus hanc reſponſionem Phariſaicæ opinioni, quòd putabant poſſe negligi dilectionem proximi, & cæremonias ac oblationes multo potiores eſſe, imò multi committebant adulteria, furta, fraudes, in-

iurias,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

iurias, & alia ſcelera, & tamen volebant omnia compenſare ſacrificijs, ſicut adhuc eſt opinio Papiſtarum de Miſſa. Ideo docet Chriſtus hac reſponſione, quòd præceptum de dilectione proximi tam non ſit negligendum, ſicut non eſt negligendum præceptum de dilectione Dei, quemadmodum 1. Iohan. 4. ſcriptum eſt: Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum odit, mendax eſt, Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? & hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

Sic itaq; intelligatur hæc collatio ſeu ſimilitudo: Secundum eſt ſimile primo, videlicet, quia ſimilis eſt vtriuſq; obligatio, eſt enim vnus vtriuſq; legislator Deus, qui ſimiliter poſtulat vtriuſq; tabulæ obedientiam, imò vult vtramq; obedientiam eſſe coniunctam, neq; vnam ſine altera accipit, quemadmodum dictum Iohannis admonet.

Deinde ſecundum præceptum eſt ſimile primo, quia obedientia ſecundæ tabulæ cùm ſit in vera fide, ſimiliter eſt cultus Dei, ſicut obedientia primæ tabulæ, adeo, vt cæremoniæ operibus charitatis in ſecunda tabula debeant cedere, iuxta dictum Oſeæ: Miſericordiam volo, non ſacrificium.

Tertiò,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Tertio, Secundum præceptum eſt ſimile primo, quia obedientia ſecundæ tabulæ ſemper includit dilectionem Dei in prima tabula, ſicut Lutherus admonet hac repetitione in ſingulis præceptis: Debemus Deum timere & diligere.

Quartò, Secundum præceptum ſimile eſt primo, quia ſicut prima tabula non tantùm concionatur de externis operibus & geſtibus, ſed requirit dilectionem in anima & corde, ita quoq́ ſecunda tabula cum externa obedientia membrorum etiam obedientiam internam in anima & corde requirit, ſimiliter etiam damnat internam inobedientiam cum externa, ſicut prima tabula.

Quintò, Secundum præceptum ſimile eſt primo obligatione ſeu pœna æternæ condemnationis, niſi fiat remiſſio propter Chriſtum. Ad has partes collationis accommodanda eſt explicatio Chriſti Matth. 5. Ego dico vobis, quòd, quiſquis iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio &c. Item Iohannis dictum, 1. Iohan. 3. Qui non diligit fratrem, manet in morte. Omnis qui fratrem ſuum odit, homicida eſt, & ſcitis, quòd omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.

Poſtremò conſideretur, quòd etiam ipſa naturalis noticia ſeu ratio aliquo modo intelligit,

intelligit, debere eſſe coniunctas virtutes, pietatem ad Deum, & virtutum officia ad homines. Ideo Ethici omnibus moralibus præceptis de officijs virtutum erga homines præponunt præceptum de veneratione Dei. Et Cicero 2. libro de Nat: Deorum inquit: Pietate erga Deum ſublata, fides etiam ac ſocietas generis humani, & vna excellentiſſima virtus iuſticia tollatur, neceſſe eſt.

CAPVT SECVNDVM.

DE QVARTO PRÆCEPTO.

QVarti præcepti verba ſunt: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt benè ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.

In ſocietate humana ordo inter perſonas neceſſarius eſt, vt aliæ ſint ſuperiores ſeu imperantes, aliæ inferiores ſeu obtemperantes. Sine hoc ordine nulla ſocietas inter homines poteſt eſſe diuturna. Itaq; Deus non tantùm in ipſa generatione ordinis fundamentum poſuit, ſed etiam ſingulari lege naturæ impreſſa, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſa, & in promulgatione Decalogi repetita, hunc ordinem ſanciuit, & officia, quæ in eo ſunt neceſſaria, præſcripſit ac mandauit. Ita enim de hoc Præcepto eſt ſentiendum, quòd non tantùm de obligatione inter parentes & liberos loquatur, ſed quòd omnes gradus iuſtæ dominationis, & ſubiectionis, inter homines complectatur, quorum graduum & fons & imago eſt ordo inter parentes & liberos, in imperio paterno ſeu œconomico. Sicut enim ſe habent parentes ad liberos, & viciſſim liberi ad parentes, ita in quolibet iuſto imperio, ſuperior erga inferiorem, & inferior viciſſim erga ſuperiorem ſe habet, de qua collatione dicitur communi prouerbio: Quod pater eſt in domo, hoc princeps eſt in ciuitate. Et Xenophon inquit: Bonus princeps nihil differt à bono patre.

Primò itaq; ſciamus, parentum appellatione contineri in hoc Præcepto omnes ſuperiores in ordine iuſtorum imperiorum, quos Deus & Leges alijs præeſſe volunt, & illis regendi poteſtatem attribuunt, vt in paterno & œconomico imperio ſunt parentes, patres & matresfamilias, & qui parentum ſunt loco, tutores & pædagogi, in imperio politico Magiſtratus,

Reges,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Reges, Principes, Conſules, Iudices, & illi, qui ſunt loco magiſtratuum ſuperiorum, vt eorum præfecti & vicarij. Atq; quamuis in Eccleſia non eſt ordinatum dominium, quale eſt in politijs, iuxta dictum Chriſti: Reges gentium dominantur, vos autem non ſic: Tamen quia in Eccleſia etiam eſt ordo perſonarum conſtitutus, vt alij miniſterio Eccleſiaſtico, & officio docendi fungantur, alij ſunt auditores, ideo hoc præceptum etiam de illo ordine intelligatur, ſicut dicitur 1. ad Timoth. 5. Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt. Et ad Hebræos 13. Obedite Præpoſitis veſtris.

Secundò, rectè intelligamus honorandi mandatum. Exiſtimant multi tantùm obligari hoc mandato inferiores, ſuperiores autem nulla obligatione huius mandati tangi. ſed relinqui eis licentiam pro ſuo arbitrio, vtendi autoritate & poteſtate. Ea eſt falſa perſuaſio, nam in mandato honorandi duplex eſt reſpectus, vnus ad ordinationem Dei, ſicut Petrus præcipit, propter Deum obediendum eſſe, et propter hanc ordinationem etiam diſcolis hunc honorē præſtandū eſſe, 1. Pet. 3. Alter reſpectus eſt ad virtutes & officia ſuperiorum, quemadmodum enim de amore inquit Poeta: Vt ameris, amabilis eſto: Ita etiam de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

qui hac lege præcipitur rectè dici poteſt, ſignificationem ineſſe relatiuam ſeu reciprocam quæ parentes cum liberis, & ſuperiores cum inferioribus mutuo officiorum debito deuincit: Vt honorentur parentes à liberis, Magiſtratus à ſubditis, præceptores à Scholaſticis, paſtores à plebe, cogitent ipſi quod debeant eſſe honorabiles, hoc eſt, ita præſint vt honore ſint digni, ſicut de presbyteris dicit Paulus. Ipſe itaq; ordo requirit, vt huius præcepti explicatio ab officijs ſuperiorum inchoetur, & poſt de officijs inferiorum dicatur.

CAPVT III.

DE PATERNA ET MATERNA DIGNITATE, & Parentum officijs erga liberos.

APud Spartanos lex fuit, vt qui tres filios genuiſſet, ab excubijs liber eſſet, qui vero quinq; genuiſſet, ab omnibus publicis oneribus immunitatem haberet. Ita apud multas gentes inſigne decus fuit eſſe patrem aut matrem, propterea quod iudicabantur parentes magnum beneficium præſtitiſſe communi ſocietati generatione ſobolis, & ſterilitas non procul à probro abfuit, ſicut etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Iudaicis mulieribus ſterilitatem grauem fuiſſe conſtat. Verè autem nos Chriſtiani ſic exiſtimare debemus, quod in legitimo coniugio patrem aut matrem eſſe rationalis creaturæ, eximia ſit dignitas, tum quia ipſa procreatio multiplicat & conſeruat genus & ſocietatem humanam, & finis generationis eſt, vt ex genere humano colligatur filio Deo Ieſu Chriſto ſancta Catholica Eccleſia, per mortem ipſius redempta, & à Spiritu ſancto per verbum & Sacramenta regenerata & ſanctificata, vt ſit templum & habitatio Dei, ac ſpirituale corpus, ac ſponſa Filij Dei, adoptata in ipſo ad hæreditatem vitæ cœleſtis & æternæ: Tum etiam quia in lege Dei, ſecundus locus à Deo parentibus attributus eſt. Sicut enim à ſemetipſo Deus primam tabulam incipit, ita ſecundam à parentibus orditur. De hac dignitate non ſolum liberi procreati, ſed etiam ipſi parentes ſæpè cogitare debent, vt & finem generationis conſiderent, ideoq́; ſemper Deum autorẽ omnis benedictionis implorent, & non ſint ſimiles animalibus brutis, quæ ſine inuocatione Dei, & ſine cogitatione de cauſa finali generant. Vtq́; cum genuerunt etiam de pia & bona educatione ac inſtitutiõe eorum, quos procrearunt ſint ſolliciti, vt ſoboles genita auxiliante Domino fiat vtilis humanæ ſocietati, vel ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

œconomica vel publica officia, & in primis vt inſeratur ſocietati veræ Eccleſiæ, & in ea ad agnitionem Dei, & filij eius Ieſu Chriſti, pietatiſq; amorẽ & cultum educetur, vt appareat ſe non Diabolo, ſed Deo ſobolem genuiſſe. Ordine itaq; de officijs bonorum parentum dicam.

CAPVT IIII.

DE PARENTVM PIORVM OFFICIJS.

PArentes à generatione appellationem habent. Eſt autem generatio Dei benedictio, cuius inſtrumenta ſeu media tantum ſunt parentes, ſicut in Geneſi ſcriptum eſt. Benedixit eis Deus, dicens, Creſcite & multiplicamini. Et Pſalm. 127. dicitur, Filios hæreditatem ſeu donum Dei eſſe.

Primum itaq; parentes & ſint pij & generationem magnifaciant, eiq; in timore & inuocatione Dei ſeruiant, iuxta generale præceptum de omnibus actionibus Chriſtianorum ad Coloſſ. 3. Omnia quæ facitis verbo aut facto, in nomine Domini Ieſu facite, gratias agentes Deo & patri per ipſum.

Hoc primum eſt officium bonorum parentum: debent eſſe pij, ne ipſorum impietas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

punjatur in ſemine, & ſicut alias actiones, ita etiam generationem ſuam diſcernere debent à generatione brutorum, illaq́ reuerenter vti iuxta Dei ordinationem, & voluntatem. Vt enim pietas ad omnia vtilis eſt, & deprecatio iuſtorum quæ fit in fide multum valet, ita non dubium eſt, propter pietatem & inuocationem parentum, ſæpè dari felices generationes, & viciſsim impietatem parentum & omiſsionem inuocationis, non minimam ſæpè cauſam eſſe generationis infelicis. Vtrunq́ autem expreſſè dicitur in lege, & alijs ſcripturæ ſententijs, & quod parentum pietas liberis proſit ad huius vitæ, gloriam & felicitatem, & quod impietas & ſcelera parentum in liberos redundent, tum ad ignominiam, tum ad pœnas huius vitæ. Sic enim Deus inquit in lege. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia, his qui diligūt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Et Syra. cap. 10. inquit. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Dominum, Semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini. Item, De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum ſunt in obprobrio, Pſal. 112. Beatus vir, qui timet Dominum, in man-

datis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

datis eius valdè delectatur, Potens in terra erit Semen eius, generatio rectorum benedicetur. Deut. 28. Maledictus fructus ventris tui. Filij tui, & filiæ tuæ tradentur alteri populo videntibus oculis tuis, augebit Dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui.

Atq́ cum his ſententijs diuini verbi conſentit obſeruatio exemplorum in hiſtorijs, & quotidiana experientia, quæ obſeruatio oſtendit peccata parentum ſæpiſsime in liberis & nepotibus puniri, ſicut expreſſè inquit Dominus ad Salomonem, 3. Reg. 11. quod propter ipſius idolatriam velit maximam partem regni à Filio ipſius transferre ad ſeruum. Sic Pauſanias aſſerit poſteritatem Philippi regis Macedonis in tantas incidiſſe calamitates, propter ipſius crebra periuria. Apud Euripidem in Hippolyto dicit Diana. Dij malos cum liberis & domo perdent. Et in eadem Tragœdia Theſeus miſerabili oratione conquerens de ſuis malis inquit.

Heu heu miſeros miſeros dolores,
Vnde ex longinquo refero
Fortunam hanc, propter errata
Alicuius ex maioribus meis.

Et Hippolytus ibidem ſic dicit.

Maiorum ex quibus natus ſum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Malum terminatur in me, neq; cunctatur,
Et venit ad me, qui non ſum reus iſtorum malorum.

Verſiculus Græcus memoria dignus eſt.
Εὐσεβέων παίδεσσι, τὰ λῷα, δυσσεβέων δ' οὔ.

Secundo parentes ſint φιλόστοργοι *erga liberos, hoc eſt, ament ſuos liberos vera dilectione. Eſt autem* στοργὴ *omnibus animantibus à natura tributa erga ea, quæ procreata ſunt. Eam itaq; ſi parentes abijciunt ipſis animalibus brutis ſunt deteriores & crudeliores. Non ſolum autem* στοργὴν *naturalem exuunt, qui fœtus aut liberos genitos necant, vt Medea, ſed etiam qui liberos non amant, non curant, eiſq; alimenta, defenſionem & educationem non præbent & non ſunt induſtrij, vt liberis, cum Deo & bona conſcientia, ſeruatum & conquiſitum patrimonium relinquant: Sicut multi parentes ſunt tam* ἄστοργοι, *qui magis catulos quam liberos ſuos amant & curant, & quaſi dedita opera omnia conſumunt & abliguriunt, vt liberos ſuos ad paupertatē & inopiam redigant. Ea* ἀστοργία *eſt atrox crudelitas, quæ omniū beſtiarum immanitatem ſuperat, & eſt tetrius furtum, quam ſacrilegiū, quia omnia quæ iſti parentes* ἄστοργοι *tam turpiter conſumunt & diſperdunt, ea proprijs*

ſuis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſuis liberis furantur, quibus cum Deo & bona conſcientia theſaurizare debent, vt inquit Paulus 2. ad Cor. 12. Parentes debent theſaurizare filijs. Et Plutarchus optimè præcipit, parentes debere ſollicitos eſſe, ne ſua culpa liberis paupertatem, non aliter quam grauem & difficilem morbum relinquant.

Tertiò ad στοργὴν & officium parentum pertinet bona educatio liberorum, de qua eleganter dicit Baſilius. Sicut agricolæ diligentia plantarum qualitates mutant, ita liberalis inſtitutio vicioſos animorum affectus corrigit. Et Plato. Educatio & diſciplina bona naturas bonas efficiunt, & bonæ naturæ tali diſciplina aſſuefactæ fiunt præſtantiores. Educationis vocabulum non tantum alimenta & nutritionem complectitur. ſed præcipuè intelligendũ eſt de pia, honeſta & liberali inſtitutione, ſicut Apoſtolus præcipit ad Epheſ. 6. Vos patres educate filios in diſciplina & correptione Domini. Et Syracides cap. 7. Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos à pueritia illorum, filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas hilarem faciem ad illas. Et cap. 30. Qui diligit Filium ſuum aſsiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſsimo ſuo, & non palpet proximorum oſtia, qui docet Filium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſium laudabitur in eo, & in medio domeſticorum in illo gloriabitur. Sciant itaq; parentes non eſſe ipſis liberum inſtitutionem & correptionem liberorum negligere, ſed ipſis eam curam et diligentiam ſeriò mandatam eſſe, quam qui omittunt, aut negligunt, hi & à Deo de ea neglectione rationem debent reddere, & mox etiam pœnas eius negligentiæ ſentiunt, ſicut eadem 30. cap. comminatur Syracides: Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadet præceps. Lacta filium tuum, & pauentem te faciet, lude cum eo, & contriſtabit te. Ne corrrideas illi, ne doleas. Non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius, curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt, ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animi, doce filium tuum, & operare in illo, ne inturpitudinem illius offendas. Apoſtolus in ſententia de educatione liberorū, diuidit eā in duas partes, nimirum in diſciplinam ſeu educationem. & correptionem, Germanicè, In leren vnd ſtraffen. Diſciplinæ ſeu eruditionis appellatione complectitur doctrinarum & artiū bonarū honeſtarum & vtilium genera, quæ diſciplina ab ipſo fonte omnis doctrinæ & omnis eruditionis & ſapientiæ, ſcilicet à cognitione Dei & filij eius Ieſu Chriſti, & pietatis doctrina

incho-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

inchoari debet. Corretio & admonitiones & caſtigationes in gubernatione morum ac vita ſignificat, & cùm ea correptio debeat ex dilectione proficiſci, & ad eum finem dirigi, vt liberi in officio contineantur, ideo carere debet acerba immanitate, & crudelitate, qua liberorum animi non retinentur in officio, ſed potius irritantur ad odium parentum, & omnis honeſtæ educationis. Ideo inquit Paulus: Vos patres videte, ne ad iracundiam incitetis filios veſtros. Et Salomon dicit: Ne ſis leo in domo tua, id eſt, pater non debet eſſe crudelis erga ſuos liberos & familiam.

Quartò, Ad bonam educationem pertinet, vt ſicut in Eccleſia Paſtores debent eſſe typi fidelium, non ſolùm in verbo, ſed etiam in conuerſatione & omnibus virtutibus pietatis. 1. ad Timoth. 4: Ita ipſi quoq; parentes ſint liberis ſuis imagines, & exempla pietatis ac virtutum, in quæ exempla quotidie intueantur liberi, eaq; imitentur. Sicut etiam apud Ethnicum Poetam Virgilium Aeneas ad Aſcanium filium inquit:

Diſce puer virtutem ex me, verumq; laborem.

Caueant parentes, ne verbis aut factis ſcandalum ponant liberis ſuis, quia ſcriptum eſt: Væ homini, per quem venit ſcandalum. Item: Si quis ſcandalizauerit vnum de puſil-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt mola aſinaria ſuſpendatur de collo eius, & demergatur in profundum maris, videte, ne contemnatis vnum ex puſillis illis, dico enim vobis, quòd angeli eorum vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt.

Quintò, Cùm parentes ipſi totum officium educationis perficere non poſſint, ideo ad eorum officium & curam etiam pertinet, vt liberos præceptoribus ſcholaſticis erudiendos, vel honeſtis artificibus inſtituendos tradant, vt in iuuentute diſcant doctrinas & artes vtiles, tùm ad commune bonum, vel in Eccleſia, vel in Rebuſpub. & communi ſocietate hominum, ſicut ad commune bonum procreati ſunt liberi, tùm etiam ad honeſtam rationem quærendi victum, & ſubſidia vitæ, ne propter inopiam ad malas artes animum adiungant: Raro enim parentum bona tam ſunt ampla, vt ex ſolo patrimonio ſinguli liberi honeſtè viuere, & familiam alere poſſint: Etſi quando ſint tam ampla, tamen & ſunt caduca, ac multis damnis obnoxia, quibus etiam ditiſſimi ad paupertatem rediguntur, ſicut diues rex Dionyſius ad tantam paupertatem deuenit, vt ſcholaſtica opera ſe alere cogeretur. Artem autem quæuis terra alit, & locupletum

tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

um theſaurum ſecum portat, qui artem bonam ſecum portat, quemadmodum Philoſophus cùm interrogaretur, cur ex incendio nihil exportaret, ſicut vicini facerent? reſpondit: Omnia mea mecum porto, ſignificans doctrinam ſuum, theſaurum, eſſe. Atq; notum eſt germanicum prouerbium, tùm de doctrinis, tùm de opificijs honeſtis & vtilibus: Ein Kunſt hefft ein gülden Boddem / Seu: Bona ars auri fodina eſt. Ideoq; Solon ſapientiſſimus Athenienſium legislator admonens parentes, vt curarent filios doceri in iuuentute artes bonas & vtiles, hanc legem tulit, filios non debere alimenta patri, à quo nullam artem didiciſſent. Quæ lex etſi videtur dura eſſe, tamen honeſtè & ſapienter admonet parentes de ſuo officio, quod lege & obligatione naturali debent liberis.

Sexto, Parentum muneris eſt, vt liberos, quos in timore & correptione Domini educauerunt, benè honeſteq; elocent. Cùm autem de hac parte officij parentum in ſexto Præcepto dicendum ſit, ideo nunc admonitionem de ſcholis addam.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT QVINTVM.
DE SCHOLIS.

PRæceptum de eruditione liberorum ſæpe repetitur in ſcriptura, Deut. 6. Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, et narrabis ea filijs tuis. Deu. 11. Ponite hæc verba mea in cordibus veſtris, & in animis veſtris, docete filios veſtros, vt ea meditentur, vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum. Ephe. 6. Patres educate filios in diſciplina & correptione Domini. Atq; 1. Timoth. 5. extat grauiſsima ſententia de cura boni patrisfamilias: Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet, fidem abnegauit, & eſt infideli deterior. Vt autem inter domeſticos primum & præcipuum locum à parentibus liberi obtinent, ita etiam rectè hæc ſententia Pauli de illis parentibus intelligitur, qui curam de liberorum ſuorum educatione & honeſta inſtitutione abijciunt, ea negligentia non tantùm reprehenſione, ſed etiam publica animaduerſione digna eſſet. Si enim Reipub. intereſt, vt quis rebus ſuis rectè vtatur, ne propter priuatorum luxuriam Reſpub. detrimentum patiatur, et ſi ſocietati intereſt, ne quis alat ferocia & indomita animalia, à quibus pericula & damna metuenda

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſunt, quanto magis tùm Eccleſiæ, tùm Reipub. intereſſe exiſtimabimus, vt quis liberos ſuos ad communem ſocietatem natos, quemadmodum etiam Stoici rectè dixerunt: benè educet ad commune bonum, & per ſuam negligentiam non alat domi ſuæ, tanquam viperas aut alia animalia noxia & indomita, communes peſtes & calamitates Eccleſiæ & Rerumpublicarum, hoc eſt, tales liberos, à quibus ſint & publica & priuata pericula ac damna metuenda. Sicut enim verè dicitur, Virum bonum eſſe commune bonum, Ita etiam viciſſim verè dicitur, quòd vir malus, indomitus & ferox ſit commune malum, tanquam monſtrum ſeu belua indomita. Eſt enim hoſtis communis pacis & tranquillitatis, & alijs hominibus non aliter quàm beſtia ſæua, & venenata, formidabilis. Sumus omnes ſoliciti & curioſi in educandis & rectè curandis pecudibus, quæ domi noſtræ natæ ſunt, ſimiliter in curandis teneris arboribus & plantis: Sunt autem liberi noſtri multo præſtantiores omnibus pecudibus, & ſunt plantulæ paradiſi Dei, vix itaq; dici poteſt, quantopere deteſtanda ſit impia & inhumana eorum parentum negligentia, qui has præſtantiſſimas creaturas in terra, ac has plantulas Eccleſiæ & cœleſtis Paradiſi adeo contemnunt & floccifaciunt, vt nulla cura bo-

næ edu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

næ educationis afficiantur. Cogitent itaq; parentes de hoc dicto Matth. 18. Videte ne contemnatis vnum ex puſillis iſtis, dico enim vobis, quòd angeli eorum vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt.

Sed rectè ſe excuſatos pleriq; exiſtimant, ſi aut propriam inſcitiam, aut alias occupationes prætendere poſſint. Deploranda magis quàm accipienda eſt talis excuſatio. Si parentes tam ſunt rudes, vt nec ſimplicem Catechiſmi doctrinam liberos docere, neq; inter virtutes & vicia, interq; ea, quæ ſunt honeſta & inhoneſta, decora & indecora, diſcernere queant, enimuero talis excuſatio eſt grauiſſima ipſorum accuſatio: Et de occupationibus quod prætenditur, non ſolùm ſtolidum, ſed impium quoq; eſt. Vt enim in tota re familiari nullus eſt præſtantior theſaurus, quàm ſunt liberi, ita inter omnes occupationes ea debet eſſe prima, vt liberi rectè curentur. Veruntamen ne hæc excuſatio ignauorum parentum noceat liberis, ideo in communitatibus ſcholæ inſtituuntur, in quibus docentur tùm prima elementa pietatis, quæ à parentibus diſcere, & quaſi cum ipſo materno lacte imbibere pueri debebant, tum etiam alias doctrinas & artes, quas parentes eos docere haud poſſunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sic itaq; exiſtimandum eſt, quôd ſemper non tantùm in populo Dei, ſed etiam in omnib. alijs benè conſtitutis Rebuſpub. ſcholæ ad eruditionem iuuentutis ordinatæ fuerunt, quemadmodum Plato rectè dicit, quòd ea cura, vt ſint ſcholæ, in quibus iuuentus rectè inſtituatur, ad officium Magiſtratus boni pertineat.

Patriarchæ & Prophetæ habuerunt diſcipulos, quos vel domi vel in ſcholis publicis erudierunt. Hi filij Prophetarum vocabantur, ſicut 4. Reg. 4. de diſcipulis Eliæ & Eliſei ſcriptum eſt, quadraginta viros de filijs Prophetarum ſecutos Eliam & Eliſeum ad Iordanem, vt raptum Eliæ aſpicerent, Et quia eo in loco illi diſcipuli viri nominantur, idcirco apparet, quôd non tantùm pro pueris ſcholas habuerint, ſed etiam pro adultis, quales ſunt ſcholaſtici Academiarum. Sæpe etiam Synagogarum fit mentio, quæ fuerunt ſcholæ.

In hiſtorijs Ethnicorum ſæpe recenſentur, qui aut literas aut artes docuerunt, vt Orpheus, Linus, Pythagoras, eiusq; diſcipulus Epicharmus Siculus & multi alij. Athenienſes hanc laudem in hiſtorijs adepti ſunt, quòd Atticarum ſcholarum prima fit mentio.

Socratem habuiſſe ſcholam conſtat, ſed nomen non recitatur.

Plutarchus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Plutarchus narrat, quòd aliquando habuerit obuiam Xenophontem Grylli filium: Cumq́ videret adoleſcentem præclaræ indolis eſſe, porrecto baculo iuſſit eum ſtare, interrogauit itaq́ eum, vbinam conficerentur & venderentur variæ merces, ad id cùm promptè reſpondiſſet adoleſcens, iterum ille quæſiuit, vbi homines fierent boni? Reſpondit Xenophon, ſe id neſcire. Me igitur ſequere, inquit Socrates, vt hoc diſcas, ſicq́ eum recepit inter diſcipulos.

Plato Socratis diſcipulus ſcholam inſtituit in villa paterna, in qua natus fuit, non procul à mœnibus Athenarum: In ea docuit vſq́ ad 81. ætatis annum, vocauitq́ Academiam, quam appellationem honoris & memoriæ ergo publicæ ſcholæ retinent. Mortuus eſt autem Plato anno mundi 3620, ante natum Chriſtum anno 343. In Academia ſucceſſit ei Speuſippus, & Hipparchus Piſiſtrati filius Academiam exornauit, ingenti ac ſplendido muro cinctam, vnde prouerbium de magnifico ædificio in vſum venit: Hipparchi ædificium.

Ariſtoteles Platonis diſcipulus in alia ſchola docuit Athenis, quæ Lyceum appellata fuit. Habuit etiam aliam ſcholam Nympheum in Macedonia, quam ei ædificauit rex Philippus, apud oppidū Miezam, vbi Alexandrum

drum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

drum Magnum Philippi filium inſtituit. Vtriuſq; coætaneus fuit Iſocrates, de quo ſcribit Pauſanias, quod cum 98. annos vixiſſet, nunquam diſcipulos habere deſijt, Scholam autem ipſius non nominat, ſed narrat eum amore libertatis ſpontaneam mortem appetijſſe, poſtquam nuncium acceperat de pugna ad Cheroneam, in qua Philippus pater Alexandri, Rex Macedonum Athenienſes & Bœotios vicit anno mundi 3627.

Etſi autem ad exemplum Athenienſium, etiam aliæ Scholæ in alijs locis ſunt conſtitutæ, vt Romæ, vbi Profeſſores Grammatices, Dialectices, artis Oratoriæ Philoſophiæ, & Iuris habuerunt auditoria in Capitolio. Alexandriæ Thæſis in Silicia, Byzantij in Thrazia, tamen non obſcurum eſt, quod Attici vſq; ad Chriſti tempora, & diu poſtea laudem præſtantiſſimæ Scholæ retinuerint. Siquidem Romani ſuam iuuentutem Athenas, tanquam ad emporium artium, eruditionis & ſapientiæ miſerunt, nec reperias facilè vllum ex Romanis inſigniter doctum fuiſſe, qui non Athenis operam ſtudijs dederit.

Poſt Apoſtolorum tempora ſub Imperatore Commodo circa annum 180. floruit Schola Alexandrina, in qua fuit magna ſtudioſorum frequentia, & interpres doctrinæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Propheticæ et Apoſtolicæ Pantænus, atq; ipſius & collega, & ſucceſſor Clemens. De Pantæno ſcribitur, quod cum ex Philoſopho ad fidem Chriſtianam conuerſus fuit, Scholam Chriſtianam primus aperuerit, hoc eſt, quod lectiones Theologicas in Schola Alexandrina primus inceperit. Inde ea conſuetudo lectionum theologicarum etiam ad alias Scholas eſt translata, vtpote Antiochenam, in qua Malchion, qui ſe Samoſateno oppoſuit, Græcas literas & Theologiam docuit. Cæſarienſem, Laodiceam, Byzantinam ſeu Conſtantinopolitanam, in qua ſimul cum Theologia, etiam aliæ artes & diſciplinæ diligenter traditæ ſunt, & fuit ea longo tempore cuſtos doctrinæ Iuris. Item Bononienſem & Pariſienſem, quam Carolus Magnus conſtituit circa annum Chriſti 790. eiq; præfecit Alcuinum Præceptorem ſuum, Claudium Britannum, Iohannem Scotum, qui poſtea Ticinum miſſus eſt, Rabanum qui factus eſt Abbas Fuldenſis, & deinde Epiſcopus Moguntinus, omnes hi venerabilis Bedæ AngloSaxonis diſcipuli fuerunt.

Hunc Scholarum Catalogum vſq; ad Carolum Magnum ſcire prodeſt, nam à Caroli Magni temporibus hiſtoriæ de Collegijs & Monaſterijs, quæ fuerunt Scholæ, & de alijs

Aca-

Academijs notiores ſunt. Etſi autem vulgus indoctum non intelligit quanta ſit dignitas & vtilitas ordinis Scholaſtici, atq; Scholaſticorum officiorum, tamen homines ſapientes ſemper ſic iudicarunt, officinas Scholarum ad iuuentutis inſtitutionem deſtinatas, vt in illis formetur iuuentus ad vtilitatem Eccleſiæ, rerumpub. & vitæ communis, ſuo quidem loco, neq; vtilitate, neq; dignitate ſummis & ſplendidiſsimis officiorum gradibus inferiores eſſe. Ideoq; Præceptores Scholaſtici ſemper à ſapientibus in honore habiti ſunt. Homerus Achillem laudat, quod Phœnici Præceptori dimidium regni & honoris obtulerit. Philippus Macedo Præceptorem Alexandri Filij Ariſtotelem in tanto habuit precio, vt ſæpè ſibi eam felicitatem gratulatus fuerit, quod filium eo tempore genuiſſet, quo Ariſtoteles viueret. Et Alexander poſt patris Philippi, & Magiſtri Ariſtotelis mortem interrogatus, vtrum magis deſideraret, reſpondiſſe fertur, Magiſtrum: Pater enim, inquit, vt eſſem, at Ariſtoteles, vt præclarè inſtitutus eſſem, autor fuit. Extat verſus memoria dignus in veteris Ludimagiſtri Epicharmi Epitaphio:

Pueris dixit vtilia, ergo ei magna gratia debetur.

Multo autem magis decet nos Chri-

ſtianos de noſtris Præceptoribus, qui verè vtilia dicunt pueris, ſic ſentire & iudicare, quod ſcilicet, & magnus honor, & magna gratia ipſis debeatur, & quidem ſimul conſiderare debemus, ſingularẽ diuinæ ſapientiæ ordinationem & beneficium eſſe Scholas, in quibus homines eruditi vna cum doctrina religionis, & pietatis etiam tradunt iuuentuti cognitionem linguarum, & earum artium, quæ ad formandum intellectum, ad iudicium, & ad doctrinæ cœleſtis conſeruationem, atq; propagationem, & ad veram conſiderationem operum Dei in creaturis, & ad honeſtam vitæ rationem, bonamq; gubernationem ſunt vtiles.

Nec longa diſputatione opus eſt, vt refutentur calumniæ eorum, qui clamant, Doctoribus Eccleſiæ artium ſcientiam non eſſe neceſſariam, ideoq; Scholas inutiles eſſe, propterea quod intellectus, & interpretatio ſcripturæ donum Dei ſit, & Spiritus ſanctus ad miniſterij functionem faciat idoneos. Namq; non vno modo Deus dona ſua impertit, neq; vno modo operatur Spiritus ſanctus. Apoſtolis ſingulari miraculo donum linguarum & Prophetiæ, ſine ſtudio Scholaſtico cœlitus datum eſt. Nobis tale miraculum non contingit, & tamen nos quoq; donum linguarum &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

interpretationis à Deo accipimus in Eccleſia, & nos quoq́ Spiritus ſanctus ad miniſterium docendi idoneos efficit, ſed hæc dona nobis alio modo tanquam in officina Spiritus ſancti, ſic enim Chriſtianorum Scholas rectè nominari non dubito, conferuntur.

Et magnam Scholarum laudem eſſe non dubitemus, quod Filius Dei Dominus noſter Ieſus Chriſtus tanti fecit ſcholaſtica exercitia, vt cum alijs, Synagogas frequentauerit, imo etiam prælegendi ſeu docendi officio in Synagogis functus ſit, ſicut expreſſè inquit Lucas cap. 4. *Venit Ieſus Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die Sabbatorum in Synogogam, & ſurrexit vt legeret, & traditus eſt illi liber Eſaiæ Prophetæ,* Pro his itaq́ diuinis officinis Scholarũ, neceſſarijs & vtilibus Eccleſiæ, & Rebuſpub. & communi vitæ hominum, ſimus Deo grati, & eas ſinguli reuerenter amemus & foueamus. Magiſtratus ſciant ad ipſorum officium pertinere, vt has officinas pietatis, virtutum & doctrinarum ad Eccleſiarum & rerumpublicarum vtilitatem conſtituant, defendant & conſeruent.

Præceptores cogitent Deum ab ipſis requirere, vt in his diuinis officinis præſtent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Deo, Eccleſiæ, Rebuſpub. & communi hominum ſocietati fidem, curam & ſedulitatem tradendi veram doctrinam pietatis, & veras ſententias in artibus, ſine ſophiſtica & corruptelis, atq; regẽdi ſtudia, vitam ac mores ſcholaſticorum. Et diſcipuli ſeu Scholaſtici, hoc ſibi certò perſuadeant, ſe Deo gratum cultum, & Eccleſiæ, rebuſq; publicis, ac communi hominum pietati vtiles labores, & officia facere, ſi in hiſce officinis, cum aſsiduo diſcendi ſtudio coniungant vitæ honeſtatem, modeſtiam & pietatem: Quod qui non faciunt, illi non ſolum ſunt Scholarum peſtes, ſed etiam hoſtes Eccleſiæ & Rerumpub. communiſq; hominum ſocietatis.

CAPVT VI.
DE MAGISTRATIBVS.

SVb quarto præcepto etiam continetur ordo regiminis politici, ſeu ciuilis, in quo ordine ita diſtinguuntur perſonæ, vt alij ſint, qui imperio regant ſocietates humanas, alij qui ſint imperio ſubiecti. Hi ſubditi, illi vero magiſtratus communi nomine appellantur. Inter hos ſimilis eſt deuinctio per quartum præceptum, ſancita à Deo, qualis eſt inter parentes

& li-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& liberos, in qua obligatione cum vnuſquiſq; officium ſuum & nouit, & rectè facit, ea quidem pulcherrima eſt imperij forma.

Primo autem loco de Magiſtratuum officijs, in quibus ſe ita gerere debent, vt honore ſint digni, dicendum eſt.

Magiſtratus commune nomen eſt eorum, qui hominum ſocietates imperio & legibus regunt, & hoc nomine appellantur, quia ſocietatum ſunt magiſtri, hoc eſt, rectores ſeu gubernatores. Neq; vna, ſed plures in diuerſis regiminum formis Monarchia, Ariſtocratia, Democratia, & regimine mixto, ſunt magiſtratuum ſpecies. Alij Cæſares ſeu Imperatores nuncupantur, alij Reges, Duces, Principes, Comites, Præfecti, Conſules, Senatores, Iudices, Prætores, quorum differentiæ & ordines ex ipſa conſuetudine & vſu in qualibet regione aut ciuitate, melius quam ex prolixis deſcriptionibus cognoſcuntur, & quidem cuilibet in ea politia, in qua viuit, noti eſſe debent. Eſt autem Magiſtratus perſona à Deo ordinata ad conſeruationem diſciplinæ externæ, iuſticiæ & pacis, in ſocietate hominum, iuxta vtramq; tabulam Decalogi, & alias bonas, honeſtas, & vtiles leges, non pugnantes cum Decalogo, & armata gladio ad defenſionem bonorum & pœnam malorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæc definitio cum ex fundamentis verbi Dei ſumpta ſit, non obſcurè docet hominem Chriſtianum, cum bona conſcientia ad Deum, Magiſtratus officium per legitimam vocationem accipere & eo fungi poſſe, ſicut ſancti reges, Dauid, Aſſa, Ioſaphat, Ezechias & ſimiles officio regio functi ſunt. Nemo enim ſanus inficias ibit, ordinationes Dei ſanctas, & officij à Deo mandati vſum eſſe pium, cum ſit rectè. Vt autem quiſq; Magiſtratu ſuo inter homines rectè fungatur, ideo admonitiones quaſdam ſemper in conſpectu habere, & apud animum aßidua meditatione perpendere debet.

Primo & ante omnia Magiſtratus in ſuo quiſq; gradu, & ordine, originem ſuæ excellentiæ, præ alijs hominibus euſdem pietatis, perpendat. Quæ admonitio ſapienti conſilio à veteribus Regum ac Principum titulis inſerta eſt. Scribitur Imperator, aut Rex, aut Princeps Dei gratia, quia omnis præcellentia maieſtatis, authoritatis & poteſtatis à Deo ordinata, & Imperatori, Regi, Principi, aut alijs quibuſcunque Magiſtratibus attributa eſt. Sic itaque cogitet Imperator, Rex, aut Princeps: ſe Dei gratia & ordinatione excellere inter ſuos ſubditos.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sic cogitet Conſul, ſe Dei ordinatione excellere inter ciues. Sic etiam ruſticorum præfectus paganus, qui exiſtimatur infimus inter Magiſtratus gradus eſſe, cogitet ſe Dei ordinatione excellere inter ruſticos. Hoc Paulus admonet, cum dicit, non eſſe poteſtatem, niſi à Domino, Ad hanc admonitionem pertinet ille inſignis titulus, quem Deus Pſal. 82. Regibus, Principibus, Conſulibus, Iudicibus tribuit: Ego dixi Dij eſtis, hoc eſt, Ego vos in illa maieſtate & præcellentia collocaui, vt diuina ordinatione & officio inter homines antecellatis, & ſitis conſpicui ac honorabiles.

Iudæi Samuelis tempore, poſtulatione Regis grauiter offendebant Dominum, vt ipſis Regem daret in furore ſuo, quemadmodum inquit Oſeeæ 13. Attamen Saulis electio & in officio regio præcellentia & autoritas fuit diuina ordinatio. Sicut Samuel ad populum inquit: Videtis quem elegit Dominus, cui nemo ex omnibus ſimilis eſt, 1. Reg. 10. Ad quid verò hæc cogitatio Magiſtratibus vtilis eſt? Valdè eſt vtilis, non tantùm ad reprimendam inſolentiam & ſuperbiam, quæ plærunq; præcellentiæ comes eſt, & eſt in omni gubernatione pernicioſa: Sed etiam ad officiorum rectam adminiſtrationem in timore Domini. Cogi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tans enim ſeriò ſe Dei gratia & ordinatione frui præcellentia inter homines, & fungi imperio & officio, is non poteſt non etiam ſimul cogitare, quòd ei, à quo præcellentiam & imperium accepit, rationem adminiſtrationis reddere, ideoq; ipſi reuerenter & in timore obedire ac ſeruire debeat. Sicut Pſal. 2. dicitur: Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, Seruite Domino in timore.

Secundò, Humana ſocietas non eſt ſimilis gregi pecudum. Itaq; cogitet Magiſtratus, ſe non eſſe armentarium, cui tantùm alimentorum cura, & ne alter alterum violenter lædat, commiſſa ſit, ſed ſicut principalis finis humanæ ſocietatis eſt collectio & ædificatio Eccleſiæ, quemadmodum Pſal. 102. ſcriptum eſt: In conueniendo populos in vnum, & Reges vt ſeruiant Deo, Et Pſal. 122. Hieruſalem eſt ædificata, vt ſit ciuitas, in qua conueniatur, quo aſcendant tribus Domini ad prædicandum populo Iſrael, & ad gratias agendum nomini Domini: Ita ſciant Magiſtratus principaliter ad officium ipſorum pertinere, vt, quod Eſaias dicit, ſint Eccleſiæ nutritores, Sunt autem nutritores Eccleſiæ, qui Eccleſiæ ſemen, quod eſt verbum Dei, eiusq; prædicatores fouent, idolatrias & blaſphemias prohibent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

hibent & Eccleſiæ hoſpitia præbent. Quod officium à Magiſtratibus requirit Deus per vocem Eſaiæ capite 49. Reges erunt nutritores tui, & reginæ nutrices. Item Pſal. 2. Oſculamini Filium. Pſal. 23. Attollite portas Principes veſtras, & introibit Rex gloriæ.

Tertiò, Cùm omnis ordinatio officiorum fiat ad certas leges, Ideo ſciant Magiſtratus, quòd ipſorum vita & officium non ſit à legibus liberum & immune. Vult enim Deus, vt & ipſi Magiſtratus ſint legi obedientes, & ſint in externa diſciplina cuſtodes legis, & quidem non tantùm ſecundæ tabulæ, ſed etiam primæ. Ideo Deut 17. præcipitur, vt Rex ſedens in ſolio habeat deſcriptum librum legis. Et Ioſuam ſic inſtituit Deus Ioſ. 1. Confortare & eſto robuſtus, vt cuſtodias & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moſes ſeruus meus, ne declines ab ea ad dextram neq́, ſiniſtram. Vt intelligas cuncta quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus & noctibus, vt cuſtodias & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sic etiam Philoſophus Ariſtoteles ſapienter inquit: ἄρχων ἐστὶ φύλαξ τοῦ νόμου. Magiſtratus eſt cuſtos legis, ſcilicet, obedientia, exemplo & imperio. Nam qui Magiſtratibus perſuadent, quòd obedientia erga leges ſit bonum priuatum, hoc eſt, virtus priuatorum hominum, ſed ipſos nullo legum freno teneri, Sicut de Tyrannis dicitur apud Senecam: Reges quò lubet eunt, illi pernicioſi adulatores & Sycophantæ ſunt. Itaq; execranda eſt vox impudiciſsimæ mulieris Iuliæ ad filium Caracallam Imperatorem: Quod libet, licet. An neſcis Imperatorem leges dare, non accipere? Honeſtiſsima autem eſt oratio Imperatoris Theodoſij in Codice: Digna, inquit, vox eſt maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri.

Imperij autem, in quo Magiſtratus cuſtos eſſe legis debet, quatuor ſunt partes.

Prima, vt ſonet vocem Legis ſeu Decalogi. Intelligatur autem Decalogi appellatione vniuerſa lex naturæ. Vult enim Deus primas normas & regulas omnium legum, & vniuerſæ gubernationis eſſe has leges, quarum ſummam inenarrabili ſapientia in Decalogo complexus eſt, quem vult rectè intelligi. Et de hac norma inquit Prouerb. 8. Per me

Reges

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Reges regnant, & Principes iuſta decernunt. Item Ioſuæ 2. Ne declines ab ea, ſcilicet lege, ad dextram vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta quæ agis. Item: Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.

Secunda, Vt Magiſtratus ſit executor legum Decalogi, in punienda eorum violatione, poteſtate & vi corporali, quia vult Deus in pœnis oſtendere iudicium ſuum, & cùm velit regi hominum vitam per Magiſtratus, armauit eos gladio, hoc eſt, poteſtate puniendi malos. Sicut in Geneſi dicitur cap. 9. Quicunq; effuderit humanum ſanguinem, per hominem fundetur ſanguis ipſius. Et ad Roman. 13. Principes ſunt terrori malis, ſi malum feceris, time. Non enim ſine cauſa geſtat gladium. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malè agit. Et de ſeueritate puniendi expreſſè ſcriptum eſt Deut. 19. Non miſereberis eius, & auferes malum.

Tertia, Vt Magiſtratus addat aliquas leges Decalogo, ſeu legibus naturæ de ciuilibus negocijs, quæ additiones debent eſſe determinationes certarum circumſtantiarum, adiunctæ communibus noticijs naturalibus. Vt noticia naturalis eſt, latrones, fures, & ſimiles malos puniendos eſſe, ſed modum pœnæ determi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

terminat lex à Magiſtratu addita. Talem poteſtatem condendi nouas leges habent politici Magiſtratus. Sed tantum de ciuilibus negocijs, ac quidem ita, ne condant leges cùm Decalogo, vel lege naturæ, hoc eſt, cum ipſo fundamento omnium legum pugnantes. Sicut Spartani legem habebant, licere cum alterius coniuge conſuetudinem habere, ſi vir permitteret. Tales conſtitutiones pugnantes cum lege Dei, & cum lege naturæ, non ſunt dignæ honeſta appellatione legis, propterea quòd cum ipſo fundamento omnium honeſtarum legum pugnant. Multo minus, debent Magiſtratus condere dogmata in Eccleſia, aut legibus ſuis, ſeu edictis, ſeu mandatis inſtituere idololatricos cultus, ſicut fecit Nabuchodonoſor, & nunc quoq; Papiſtici Magiſtratus faciunt.

Quarta, Vt Magiſtratus ſuarum legum etiam ſit executor in pœnis, quæ habere debent ſuos gradus, ſicut ſunt gradus delictorum. Nam immanitas eſt, non ſeruare modum in pœnis, quæ immanitas in legibus Draconis fuit reprehenſa. Dixerunt enim eas ſanguine humano ſcriptas eſſe.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT VII.
DE PRÆCIPVIS BONI MAGISTRATVS virtutibus, & primò de ſapientia.

QVi in Magiſtratu ſunt, duplicem perſonam gerunt, priuatam & publicam, Illam quidem quia & homines ſunt, & Chriſtiani, alijs hominibus ſimiles, hanc verò, quia officium Magiſtratus ſupra alios homines ſuſtinent, quare à Philoſophis Heroes, Semidei, & in ſcriptura Dij aliquando appellantur. Priuatam perſonam ornant priuatæ virtutes bonæ cõſcientiæ, iuxta dictamen rectæ rationis & legis diuinæ. Publicam perſonam ornant virtutes heroicæ ad officij publici adminiſtrationem pertinentes, quæ etſi ſunt etiam legibus naturæ ac Decalogo comprehenſæ, tamen ſingularib. præceptis tam in ſacra ſcriptura quàm in Philoſophorum doctrina præſcribũtur. Et de illis Eſa. 32. dicitur: Princeps ea, quæ digna ſunt principe, cogitabit. Suntq; illæ heroicæ virtutes ſingularia dona Dei, quod non tantùm ſcriptura docet, ſed etiam Philoſophi aliquo modo intellexerunt, ſicut rectè dictum eſt, Nullum eſſe eximium hominem, neq; vllam eximiam virtutem, ſine afflatu diuino.

Sciat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sciat autem Chriſtianus Magiſtratus aliarum virtutum, quæ ad bonam gubernationem ſunt neceſſariæ, fontem eſſe ſapientiam, quam Philoſophi rectè quidem definiunt eſſe diuinarum & humanarum rerum ſcientiam: Sed definitionem ignari veri Dei non rectè intelligunt: Nam ſine Dei cognitione, fide, & timore nulla eſt vera ſapientia. ſicut ſcriptum eſt Prouerb. 1. & 9. Initium ſapientiæ timor Domini. Et Pſal. 119. inquit Dauid: Sapientiorem me feciſti inimicis meis præcepto tuo, teſtimonia tua ſunt meditatio mea. Plus intelligo quàm ſenes, quia mandata tua cuſtodio. Vocamus itaq; in hac doctrina ſapientiam, virtutem Spiritus ſancti, in pio gubernatore, quæ omnes cogitationes, conſilia & actiones regit cognitione Dei & voluntatis ipſius, fiducia in Deum et timore Dei, ad Dei gloriam, & publicæ ſocietatis omniumq; ſubditorum veram vtilitatem & bonum.

Hæc ſapientia in bonis gubernatoribus, ſingulare & eximium donum Dei eſt. Itaq; à Deo inuocatione vera peti debet, quemadmodum de Salomone ſcriptum eſt 3. Reg. 3. Cùm Rex factus eſſet, apparuit ei Dominus nocte, iubens vt quod vellet, rogaret. Ipſe verò conſiderans quàm eſſet impar adminiſtrationi regiæ, ſapientiam à Domino rogauit, vt diſcer-

nere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nere inter bonum & malum, atq; commiſſum populum rectè regere poſſet. Placuit hæc Salomonis petitio Domino, donauitq; ei ſapientiam admirabilem, & ad ſapientiam etiam addidit alia præclara dona, diuitias maximas, & gloriam illuſtriſſimam.

Extat ſimilis oratio Salomonis in lib. Sapient. Cap. 9. quæ procul dubio à Spiritu ſancto omnibus gubernatoribus præſcripta eſt, vt eam in quotidiana inuocatione dicant. Etſi enim multi exiſtimant ſatis eſſe ad bonam gubernationem adferre ſapientiam ciuilem, quæ eſt ingeniorum ſolertia, cognitio humanarum doctrinarum, legum & hiſtoriarum, vſus longus & experientia, vel tales adhibere ad conſilia, qui hac ſapientia ciuili ſunt inſtructi. Tamen ſi quis rectè & rem ipſam, & hiſtorias, & experientiam conſiderat, is fateri cogitur, eſſe quidem magnum bonæ gubernationis momentum in gubernatorijs & conſiliariorum ingenijs, doctrina, vſu, experientia poſitum: Sed tum demum gubernationem optimam eſſe, cum hæc, de qua diſſero, ſapientia Deum in vera inuocatione & timore agnoſcens, Deo fidens & ad Dei voluntatem omnia dirigens in conſilijs & actionibus tanquam rectrix prælucet, ſicut ad Ioſuam dicitur: Tunc diriges viam tu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

am & intelliges eam. Et Dauid inquit: Teſtimonia tua ſunt conſiliarij mei. Veriſſima hæc eſſe teſtantur multi magni errores eorum, qui ſapientiſſimi ſunt habiti in hiſtoriarum & experientiæ exemplis, ex quibus hæc dicta nata ſunt: Optima cogitata ſæpe peſſime cadunt. Plautus inquit, Centum doctorum hominum ſententias vincit vna fortuna Dea. Æſchylus dicit, ἁμαρτάνει καὶ σοφὸς σοφώτερος, id eſt, errat etiam is, qui ſapiente ſapientior eſt, Nimirum ſi abſque Dei cognitione, timore & fiducia eſt ſapiens. Tales fuerunt errores Alcibiadis, Themiſtoclis, Demoſthenis, Pompeij, Ciceronis, & multorum ſimilium, qui cum ſibi perſuaderent, quod optimè Rebuſpub. conſulerent, magnis & ſe malis, & Reſpub. pernicioſis bellis, periculoſiſque mutationibus implicuerunt. Eſt enim mens humana multò cæcior & imbecillior, quam vt omnes caſus, qui in rebus humanis, multiplices, varij & perplexi ſunt, proſpicere, & rerum euentus, qui à ſolo Deo pendent, regere poſſit, ſicut Sapient: 9. dicit Salomon. Quis poterit ſcire, quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ ſunt, & noſtra prouidentia eſt incerta. Ideo Dauid in Pſalm. 127. rectè dicit. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et Philoſophus bene dixit: Nulla eſt felix gubernatio ſine Deo.

CAPVT VIII.

DE AMORE ET CVRA RELIGIONIS ET *Eccleſiæ.*

RECtè dicitur Magiſtratum non tantum eſſe cuſtodem diſciplinæ externæ, iuxta tabulam ſecundam, ſed etiam iuxta primam, ſicut vtraq; tabula commendatur regi, hoc eſt, Magiſtratibus Deute. 19. & Ioſuæ 2. Ideo etiam cura religionis & Eccleſiæ ad bonum Magiſtratum pertinet, hoc eſt, vt Eccleſia habeat hoſpitia, vt ſonet in Eccleſia purum Dei verbum, Sacramenta rectè adminiſtrentur, fiantq; honeſtæ Eccleſiæ congregationes, vt tollantur idola, & manifeſti idolatrici cultus, blaſphemiæ, abuſus diuini nominis & verbi, pernitioſæ corruptelæ doctrinæ, aliæq; impiæ & ſcandaloſæ prophanationes prohibeantur & aboleantur. De hac virtute boni Magiſtratus dicitur Pſalm. 2. Oſculamini Filium. Pſal. 24. Attollite portas principes veſtras, & introibit rex gloriæ. Eſa. 49. Reges erunt nu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tritores Eccleſiæ, & Reginæ nutrices. Atq; cum his dictis conſentiunt illuſtria exempla. Dauid, Salomon antequam ad idolatriam defecit, Ezechias, officia Eccleſiaſtica ordinauerunt. Aſſa purgauit ſordes idolorum & Macham matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in loco eius quem conſecrauerat, ſubuertitq; ſpecum eius, & confregit ſimulachrum turpiſſimum. Ioſaphat vniuerſalem viſitationem inſtituit, Miſit enim ad omnes ciuitates Sacerdotes & Conſiliarios ſuos, cum libro legis Domini, vt erudirent populum, 2. Paralip. 17. Ezechias aperuit templum Domini, deleuit idola, etiam ſerpentem æneum propter idolatricum abuſum deſtruxit, reſtituit veros cultus, præcepitq; ſacerdotibus ſtipendia dari, iuxta legis ordinationem, ſicut expreſſè ſcribitur, 2. Paralip. 37. Quod præcepit populo vt debita darent ſacerdotibus & Leuitis, vt poſſent vacare legi Domini, & vna cum Azaria pontifice ordinauit Præfectos & Præpoſitos, qui illos reditus Eccleſiaſticos à populo comportatos, fideliter cuſtodirent & diſtribuerent. Nabuchodonoſor, Darius, Cyrus, poſtquam didicerunt veram doctrinam de Deo, prohibuerunt publicis edictis blaſphemias, & contumelias Dei veri. Synodos etiam Sacerdotum conuocauerunt

runt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

runt Dauid 1. *Paralip.* 14. 15. & 23. *Salomon* 3. *Reg.* 8. *Ezechias* 2. *Paralip.* 29. *Ioſias* 4. *Reg.* 23. & 2. *Paralip.* 34. *Atque hæc exempla ſecuti ſunt, Conſtantinus Magnus, Theodoſius, Carolus Magnus, & multi alij pij Imperatores, Reges, Principes, alijq́; Magiſtratus, quorum veſtigijs etiam hodie multi pij & laudati Principes & Magiſtratus inſiſtunt.*

Theodoſius laudatiſſimus Imperator moriturus, vocauit ad ſe filios Arcadium & Honorium, inter quos cum regna eſſet partitus, poſtea vtrumq́; admonuit, vt pietatem & diuinam doctrinam tueri & propagare ſtuderent, hac enim, inquit, & pax conſeruatur, & bella conficiuntur, & hoſtes vertuntur in fugam, & trophæa ſtatuuntur & parantur victoriæ. Digna etiam laude eſt lex Theodoſiana in Codice, ſi rectè intelligatur de doctrina patrum & Apoſtolorum, non de Papiſticis Idolomanijs. Ea enim lege edicitur, vt cuncti populi Romano Imperio ſubiecti in ea religione verſentur, quam Diuus Petrus Apoſtolus tradidit. Auguſtinus lib. 2. *contra alteram Epiſtolam Gaudentij, & lib.* 1. *contra Epiſtolam Parmemini, & in Epiſtola ad Bonifacium comitem refutat er-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rorem Donatiſtarum, qui docebant Principes debere permittere, vt quiſq́ ſequeretur quam vellet religionem. Et clarè dicit, lib. 3. contra Creſcentium. In hoc Reges ſicut eis diuinitus præceptum eſt, ſeruire debent, ſi in ſuo regno bona iubeant, mala prohibeant, non ſolum quæ pertinent ad humanam pietatem, verum etiam quæ ad diuinam religionem.

Extant etiam in hiſtorijs Ethnicis multa exempla Regum & Magiſtratuum, qui gentiles religiones ſtudioſè curauerunt, quorum obſeruatio admonet, quod aliquo modo etiam intelligat ratio, religionis curam ad Magiſtratus pertinere, ſicut dixit Pythagoras, In Rege profectò requiritur, vt ſit bonus Imperator & Iudex & Sacerdos. Et Ariſtoteles quinto Politicorum inquit, Princeps debet eſſe cultor Dei, quia Principi magis obediunt homines, ſi Dei cultorem eum eſſe exiſtimant.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT IX.

DE DISCRIMINE MINISTERII ECCLESIASTICI & poteſtatis politicæ: & ſimul de quæſtione An Magiſtratus politicus debeat vi corporali cohercere blaſphemos & hæreticos.

DIctum Chriſti: Reges Gentium dominantur, vos autem non ſic, expreſſè admonet, quod non ſit confundendum miniſterium Eccleſiaſticum cum politica poteſtate, ſicut Papiſtici tribuunt Pontificibus & Epiſcopis vtrumq́, gladium, ſeu vtrumq́, miniſterium Eccleſiaſticum & politicum. Sunt autem præcipuè differentiæ tenendæ.

Prima eſt, Quod Miniſter Eccleſiæ concione Legis & Euangelij prædicat pœnitentiam & remiſſionem peccatorum, diſpenſat Sacramenta Chriſti, adhortatur ad fructus dignos pœnitentia iuxta legem Dei, arguit peccatores verbo, & contumaces etiam verbo excommunicat, quærens in ipſa excommunicatione peccatoris emendationem & conuerſionem. Poteſtas politica eſt cuſtos legis diuinæ in externa diſciplina & inobedientes corporali vi & gladio cohercet, punit, & è medio tollit pro ratione delictorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Ideoq; Magiſtratus politicus eſt armatus gladio, Miniſter Eccleſiæ non eſt armatus gladio, ſed eſt vox clamans, & gerit claues.

Secunda, Miniſter Eccleſiæ non habet poteſtatem condendi leges, quibus neceſſe ſit obedire propter conſcientiam in rebus ſpiritualibus, quia ſcriptum eſt, in libertate qua vocauit vos Chriſtus ſtate, & ne iterum iugo ſeruitutis ſubijciamini, ad Gal. 3. Sed poteſtas politica habet in rebus politicis, ſeu ciuilibus poteſtatem condendi leges nouas, non pugnantes cum lege Dei, quibus ſubditi coguntur obtemperare, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam, Roma. 13.

His differentijs cognitis etiam diſcatur quomodo ad argumentum eorum rectè reſponderi debeat, qui contendunt Magiſtratui politico non licere Hæreticos & Blaſphemos cohercere aut punire. Teneatur autem vera ſententia, quod Magiſtratus & debet tollere impios cultus, & debet apud ſuos ſubditos prohibere Hæreſes & blaſphemias, & punire illos, qui ſine conuerſione perſeuerant in manifeſta blaſphemia, & hæreſi contumelioſa in Deum, & damnata iuditio veræ Eccleſiæ. Hæc ſententia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tentia congruit cum lege Dei de puniendis blaſphemis Leuit. 24. quæ oſtendit, quæ ſit voluntas Dei. Solet vero obijci:

Qui non eſt Iudex, non debet punire,
Magiſtratus politicus non eſt iudex dogmatum in Eccleſia,
Ergo neq; punire hæreticos debet.

Reſpondendum eſt: Magiſtratus ſolus non eſt iudex, ſed debet eſſe pars veræ Eccleſiæ iudicantis de dogmatibus.

Sicut autem poſt legitimum iudicium ſingula membra Eccleſiæ debent facere ea, quæ ſunt proprij officij, Eccleſiaſtes debet excommunicare verbo, Paterfamilias domo debet eijcere hæreticum & blaſphemum: Ita etiam Magiſtratus ſuum officium exequi debet proſcriptione, vel alijs pœnis pro ratione ſceleris.

Rurſum obijcitur Chriſti dictum: Sinite vtraq; creſcere. Reſpondetur, Non prohiberi à Chriſto officia, ſed officiorum confuſionem. Miniſtri docendo debent errores refutare, ſicut Paulus ad Titum 1. præcipit: Argue eos ſeuerè, vt diſcant ſani eſſe in fide. Sicut itaq; hoc officium non prohibetur Chriſti dicto miniſtris Eccleſiæ, Ita neq; Magiſtratui politico neceſſaria & legitima animaduerſio prohibetur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Opponitur quoq; illud:
Magiſtratus non iudicat de mente,
Ergo non debet punire errores mentis.

Et 2. Corinth. 1. ſcriptum eſt: Non dominamur fidei veſtræ,

Ergo nemo ad credendum cogendus eſt.

Conceditur. Quia ſicut Magiſtratus non punit cogitationem delicti, ſed factum, ſecundum dictum: Cogitationis pœnam nemo luit, Ita etiam non punit errorem occultum mentis, ſed externam blaſphemiam, Leuit. 24. & non cogit ad ſenſum mentis, ſed locomotiuam, vt audiatur vera doctrina, vitentur & taceantur hæreſes & blaſphemiæ. Etſi autem alij de his argumentis copioſè diſputant: tamen has breues explicationes bonis ingenijs ſatisfacere exiſtimo.

Conſiderentur etiam exempla diſciplinæ ſeu legum Ethicarum, quæ oſtendunt, quòd etiam lex naturæ de punitione blaſphemiarum præcipiat. Attici habuerunt actionem, ſeu accuſationem, qua accuſabantur ſermones impij ſeu blaſphemi, cuius nomen fuit ἔγκλημα ἀσεβείας, id eſt, crimen impietatis Sic accuſati & condemnati ſunt Anaxagoras & Diagoras & Prothagoras, quia opiniones de Dijs receptas deriſerunt. Et conſtat,

quòd

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quòd omnes honeſtæ politiæ ſanxerunt pœnas aduerſus periuros propter crimen impietatis ſeu blaſphemiæ in Deum.

CAPVT X.

DE AMORE MAGISTRATVS ERga ſubditos.

PArentum appellatio in quarto Præcepto etiam Magiſtratum complectitur. Sicut itaq; Magiſtratus à ſubditis filialem deſiderant reuerentiam & obedientiam, Ita ſciant ipſi viciſsim, quòd parentum animum, affectionem & voluntatem erga ſubditos gerere debent, quemadmodum Eſa.22. ſcriptum eſt: Erit quaſi pater habitantium in Iſrael. Et quòd boni Magiſtratus patres patriæ glorioſiſsimo ſcilicet nomine ſunt appellati, ex hiſtorijs eſt notum. Eſt autem magna amoris obligatio, multa officia & beneficia comprehendens in patris nomine, quæ omnia non poſſunt oratione explicari: Sicut nullo ſermone parentibus omnia beneficia & officia, quæ ipſi liberis ſuis debent, præſcribi poſſunt. Eſt enim paternus amor perennis fons beneficiorum & officiorum.

Quare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quare huius nominis ſui Magiſtratus non debent obliuiſci, ſed de eo ſemper cogitare debent, quoties cum ſubditis vel pro ſubditis aliquid eſt agendum, & quoties ſubditi ipſorum opem implorant. Sicut aliquæ gentes idcirco Regem ſuum vocarunt Abimelech, id eſt, pater meus rex. Extant alia honeſta Epitheta Magiſtratuum. In lib. Iudicum vocantur σωτῆρες, *id eſt, ſeruatores, Luc. 22.* εὐεργέται, *id eſt, benefici, ſeu vt Germani dicunt,* Gnedige Herrn. *Homerus vocat paſtores populi. Et Ariſtoteles inquit octauo Ethicorum: Rex debet ſe habere ad ſubditos, ſicut paſtor ad oues. Ea Epitheta congruunt cum admonitione Ariſtotelis ad Alexandrum, vt meminerit ſibi imperium contigiſſe ad benefaciendum generi humano,* πρὸς εὐεργεσίαν, οὐ πρὸς ὕβριν, *id eſt, ad beneficentiam, non ad petulantiam, de qua dicitur Sap. 5. Malignitas euertit domos potentum. De* εὐεργεσίᾳ *Magiſtratus eleganter dicitur in Senecæ Medea: Hoc habent Reges magnificum & ingens, nulla quod rapiet dies, prodeſſe miſeris, ſupplices protegere, conſulere patriæ, parcere ciuibus, fera cæde abſtinere, mores regere, reddere orbi quietem, ſeculo pacem ſuo. Hæc eſt ſumma virtus, hac petitur cœlum via.*

Amorem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Amorem erga ſubditos declarat Magiſtratus: Primo, ſollicitudine & diligentia in curandis illis rebus, quæ ad ſubditorum bonum & vtilitatem pertinent, quæ ſunt, vera religio, honeſta diſciplina, pax cum exteris, tranquillitas & concordia interna, bonæ ordinationes attinentes ad rationem rei familiaris, & alimẽtorum, nimirum de agricultura, opificijs, negociationibus, contractibus, moderatione ſumptuum, & ſuſtentatione pauperum. Quòd enim debeat bonus Magiſtratus tanquam bonus paterfamilias vniuerſalis, hanc curam gerere, vt ſubditis de victu proſpiciatur, id Ioſephi exemplum in Ægypti gubernatione, & apud Danielem imago arboris, ſub qua ſubditi paſcuntur, clarè oſtendunt.

Secundò, Benignitate, humanitate & comitate erga omnes bonos, & præcipuè miſeros ac ſupplices.

Tertiò, Adminiſtratione iuſticiæ in iudicijs ſine προσωποληψίᾳ, δωροφαγίᾳ, *& alijs quibuſcunq; corruptionibus. Iuſticia Regis, inquit Auguſtinus, pax eſt populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, monumentum gentis, gaudium hominum, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum.*

Quartò, Fortitudine & magnanimitate in defenſione ſubditorum, contra iniuſtam violentiam

lentiam & latrocinia. Atq; huic erga ſubditos amori omnis alia charitas priuatæ vtilitatis, commodi & vitæ, cedere debet. Sicut Cicero grauiter dicit ex Platone lib. 1. Offi. Hi qui Reipub. præſunt, ciuium vtilitatem ſic tueantur, vt quicquid agunt, ad eam referant obliti commodorum ſuorum. Vt enim tutela, ſic procuratio Reipub ad vtilitatem eorum, qui commiſsi ſunt, non ad eorum, quibus eſt commiſſa, gerenda eſt. Et ſic admonet illuſtre ſymbolum Alphonſi Regis Neapolitani, nimirum Pellicanus roſtro proprium pectus fodiens, & ſanguine pullos aſpergens, cum hac inſcriptione: Pro lege & pro grege.

Lycurgus in Oratione contra Leocratem duo Ethnica exempla valdè eximia recitat amoris Regum erga ſubditos. Vnum eſt Erechthei Sexti, Regis Athenienſium, qui obtemperans oraculo, filiam pro patria immolauit, ne caperetur à Barbaris: Etſi autem Erechtheus conſilium Dæmonis ſequens impiè fecit: Tamen in eo errore ſignificatio amoris erga patriam illuſtris eſt. Alterum exemplum eſt Codri vltimi regis Athenienſium, cuius gubernatio incidit in tempora Saulis & Dauidis. Ille cognouit hoſtes Peloponneſios, qui Athenas obſidione cinxerant, edixiſſe militibus, vt Regi Athenienſium parcerent, pro-

pterea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

pterea quòd oraculum Delphicum reſponderat, ipſos vrbe potituros eſſe, ſi Regem Athenienſium non occiderent. Vt itaq; rex Codrus morte ſua vrbem liberaret, indutus mendici veſte, ſub qua falcem occultabat, extra portam egreſſus eſt, & ſarmenta collegit. Cumq; duo milites ex hoſtium caſtris occurrerent, ex illis vnum falce interfecit, vt ipſe viciſſim ab altero, necem ſocij vlciſcente, occideretur, atq; ſic euenit. Alter enim miles irritatus, & mendicum exiſtimans, ſtricto gladio Codrum transfixit. Quod cùm factum eſſet, Athenienſes præconem ad hoſtes miſerunt, petitum, vt Regis corpus ad ſepulturam traderent, & conſilium Regis ſui ipſis expoſuerunt. Illi & corpus reddiderunt, & cùm ſcirent, non concedi fatis, vt vrbem caperent, inde diſceſſerunt. Similis eſt hiſtoria apud Liuium de Publio Decio Mure, Conſule Romano, quam etiam Valerius Maximus recitat.

CAPVT XI.

DE HARMONIA IVSTICIÆ ET CLEMENTIÆ ſeu benignitatis, neceſſaria ad bonum regimen.

Nulla

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

NVlla eſt dulciſſimæ Muſices pulchrior harmonia, quàm in bono Magiſtratu duarum virtutum coniunctio, Iuſticiæ & benignitatis ſeu clementiæ. Ideo huius harmoniæ conſpicuum exemplum in ipſo Deo ſupremo Rectore creaturarum ſæpe conſiderari debet, qui admirando temperamento eſt & iuſtus & miſericors, quemadmodum ſæpe in ſcriptura repetitur. Iuſtus eſt ad puniendum, & miſericors eſt ad ignoſcendum & ſeruandum. Hoc temperamento recepit homines lapſos in gratiam, deriuando pœnam in vnigenitum Filium, ne iuſticia ipſius læderetur, & condonando credentibus peccata propter Filium, vt ipſius miſericordia ſit conſpicua. Et hoc temperamento ſeruat et regit mundum, donec eum vult ſeruare. Si enim ſine clementia iuſtus eſſet, dudum mundus eſſet perditus, imò quotidie perderetur iuſta ira & vltione Dei. Si verò ſine iuſticia clemens eſſet, nulla lex, nulla diſciplina, nullus metus, nulla pœnarum exempla eſſent.

Vt itaq; Magiſtratus ſunt in mundi gubernatione Dei miniſtri: Ita etiam prudenter imitari hanc virtutum harmoniam debent, quemadmodum Dauid in exordio Pſal. 101. admonet, quem de ſuo regimine ſcripſit: Miſericordiam & iudicium cantabo, hoc eſt, quo-

modo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

modo clementer & iuſtè iudicandum ſit, docebo. De hac harmonia etiam præcipit Salomon in Eccleſiaſt. cap. 7. Ne ſis nimium iuſtus, & ne ſis nimium impius, hoc eſt, nimis indulgens, quia nimia iuſticiæ ſeueritas in Tyrannidem plerumq; degenerat, quam, vt dicit Salomon, ſequitur deſolatio. Nulla enim fuit Tyrannis felix & diuturna. Ideoq; ſapienter dictum eſt, quod qui diſſimulare neſcit, ſcilicet cum opus eſt, is neſcit imperare. Quia vt Comicus inquit. Summum ius ſæpè ſumma iniuria eſt. Nimia autem indulgentia ſeu lenitas impietatis omniumq; ſcelerum fomes eſt. Sicut enim pueros indulgentia nimia parentum corrumpit: Ita ſocietatum pernicies eſt nimia Gubernatorum conniuentia, Quia licentia omnes deteriores ſumus. Rectè itaq; ab Auguſtino ſcriptum eſt. Tria neceſſaria hos qui dominantur habere oportet, terrorem ſcilicet, ordinationem & amorem. Niſi enim ametur Dominus & metuatur, ordinatio illius minime ſtare poterit, per boneficia ergo & affabilitatem procuret, vt diligatur, per iuſtas vindictas non propriæ iniuriæ, ſed legis Dei, ſtudeat vt metuatur. Iuſticia Regis pax eſt populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, gaudium hominum, terræ fœcunditas, ſolatium pauperum, hæreditas fi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtorum. Nimia autem iuſticia, id eſt, nimia ſeueritas ſeu rigor iuſticiæ incurrit peccatum, temperata vero iuſticia facit perfectos. Non enim ſine malitia eſt, qui multum iuſtus eſt. Deniq; Dei temperata iuſticia eſt, peccantibus enim aliquando ignoſcit, aliquando iraſcitur, aliquando reddit, non quantum digni ſunt. Suffert enim eos vt ſint qui proficiant, Lex enim quia ſeipſam mollire non poteſt, mitiganda eſt, vt poßit prodeſſe ſub ſe agentibus. Hic ergo iuſtus non eſt nimium, qui Dei imitator eſt, Dicit idem Auguſtinus, Sicut aliquando eſt miſericordia puniens, ita etiam aliquando eſt crudelitas parcens, Qui enim vni ſcelerato indulgenter parcit, facit iniuriam multis bonis, qui ipſius malitiam quotidie timere coguntur. Et quidem, vt eſt in Æſchinis oratione, mala ingenia licentia adepta fiunt maximarum calamitatum cauſæ.

CAPVT XII.

DE OFFICIO MAGISTRATVS IN IVdicijs rectè exercendis.

MAgna

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

MAgna pars officij Magiſtratus in Iudiciorum vſu conſiſtit, ſine quibus nulla hominum ſocietas regi poteſt, propter ea quod homines ad flagitia & iniurias ſunt procliues. Et quanquam ideo poteſtas politica ordinata eſt, vt boni defendantur, & mali coerceantur & puniãtur: Tamen vult Deus vt poteſtas ipſa non priuatis ſeruiat affectibus, in quibus plerunq́ dominantur cæci impetus vel fauoris vel odij, ac iræ: Sed vt regantur certa iudiciorum norma, iuxta leges, quæ affectibus carent. Atq́ hanc eſſe iudiciorum cauſam ſcire Magiſtratibus vtile eſt, vt cogitent non tantum ſubditos, ſed ſe quoq́ legibus, quæ ſunt iudiciorum fundamentum, ſubiectos eſſe, non tantum quatenus homines ſunt, ſed etiam quatenus Magiſtratus ſunt, & gladio, hoc eſt, poteſtate ſunt armati, vt ea non pro libitu, ſed ſecundum leges vtantur. Cyrus puer apud Xenophontem à Pædagogo plagas accepit, quod iuxta ſuam opinionem abſoluiſſet puerum maiorem, qui minori veſtem longam ademerat, reddita illi breuiori tunica, & rectè dicit Pædagogus: Iuſta eſſe quæ cum legibus congruunt, non quæ huic aut illi iuſta eſſe videntur. Tali reprehenſione digni ſunt illi Magiſtratus, qui poteſtatem ad ſuas priuatas opiniones, & affectus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

accommodant, neglectis legibus & certis ſecundum leges iudicijs, quia poteſtas politica eſt miniſtra legum, ad quarum rectam accommodationem ad cauſas ſeu vt loquuntur, caſus, neceſſaria ſunt iudicia legitima hominum ſapientum, qui leges intelligunt, & eas rectè accommodant, ſine affectibus iudicantes verum vſum poteſtatis in legum executione. Sunt autem præcipuæ virtutes iudicis boni pietas, Timor Dei, amor veritatis & iuſticiæ, ſapientia & diligentia, ſicut rectè dicit Iethro, ſocer Moſis Exod. 18. Prouide tibi de omni plebe viros ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue eos, vt iudicent populum. Et Ioſaphat ad Iudices ſuos inquit, 2. Paralip. 19. Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. Atq; de his rebus ſemper in vſu Iudiciorum Iudex bonus cogitare debet.

Primo cogitet iudicium, non hominis, ſed Dei ordinationem eſſe, cuius quidem ipſe miniſter eſt, Dei locū tenens. Sed Deus eſt ſupremus iudex, Inſpector præſens, animaduertens & rationes poſtulans, ſicut Pſal. 82. dicitur. Deus ſtat in congregatione Dei, & iudex eſt inter Deos, id eſt, inter Iudices. Ego dixi Dij eſtis, & filij altiſsimi omnes.

Ve-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Veruntamen ſicut homines moriemini. Eadem eſt admonitio pij Regis Ioſaphat ad Iudices, de qua paulo antea dixi: Videte quid faciatis: Non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini, et quodcunq; iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. Grauiter etiam ex quantulacunq; rationis lumine Lycurgus in oratione contra Leocratem dicit. Iudices propter Deum, & propter propriam incolumitatem debere iuſtè iudicare: Quia ante iudicium, ſceleris reus is eſt, qui ſcelus perpetrauit, Sed poſt iniuſtum iudicium ſcelus hæret in Iudicibus: Scitis autem, inquit Iudices, etſi vos clam calculum in vrnam conijcitis: Tamen Deum vniuſcuiuſq; ſuffragationis ſpectatorem & iudicem eſſe. Atq; Demoſthenes in prima, contra Ariſtogitonem monet Iudices, vt Deos vereantur, & inexorabilem vltricem ſcelerum vindictam, quam inquit Orpheus, qui vobis cæremonias tradidit, iuxta Iouis ſedem aſſidere, & omnium hominum facta cernere dixit, hanc cauete ne contumelia afficiatis, & cogitate, quod oculos in ſingulos veſtrum defixerit, & à vobis iusiurandum pignoris loco acceperit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secundo cogitet Iudex, quod ſicut Deus non corrumpitur muneribus, neq; perſonas curat, Ita neq; Iudex, qui eſt miniſter Dei, muneribus corrumpi, aut ad perſonarum reſpectum, iudicia attemperare debet, ſiue illi, de quibus iudicat, ſint illuſtres, potentes, diuites, amici, propinqui, ſiue non ſint. Hæc admonitio ſæpe repetitur in ſacra ſcriptura, propterea quod eſt valdè neceſſaria: Nam vſitatiſſima querela eſt in mundo, quod Iudicum ſententiæ magis ad perſonas & munera, quam ad leges & iuſticiam accommodantur.

Sint itaq; ſemper in conſpectu aliquot inſignes ſententiæ. Leuit. 29. 34, Deut. 1. Non conſideres perſonam pauperis, neq; honores vultum diuitis. Æquum Iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit: Quia ego ſum Dominus Deus veſter, quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit, ſiue peregrinus. Nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audies vt magnum, Quia iudicium Dei eſt, 2. Parali. 19 Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite: Non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum. Attente in his ſcripturæ dictis obſeruetur argumentatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Deus non iudicat iniuſtè, & perſonas aut munera non curat.

Iudex eſt miniſter Dei, locum Dei tenens in officio iudicandi.

Ergo Iudex non debet iudicare iniuſtè, neq; ſententias ſuas, ſeu iudicia ad perſonas aut munera attemperare, qui ſecus facit, non iuſti & veri Dei, ſed iniuſti & mendacis Diaboli miniſter eſt.

De hac cogitatione etiam admonent ſuo modo Philoſophi. Demoſthenes inquit, Regem eſſe animatam imaginem Dei. Nihil potuit illuſtrius à Philoſopho dici. Eſt autem eius ſententia, quod Rex ſeu Iudex ſubditos ſecundum leges iuſtas regens, Dei vicem in politica gubernatione gerat, ſicut Pſalm. 82. dicitur: Ego dixi Dij eſtis. Alias Philoſophi hanc cogitationem ad ipſas leges accommodant, ſicut lex affectibus caret, nec perſonas nec munera curat, ſed omnibus eſt æqualis: Ita Iudex etiam ſine impetu affectuum propriorum, ſine perſonarum ac munerum reſpectu omnibus æqualis eſſe debet, quia vt apud Stobæum Ariſtoteles dicit: Magiſtratus ſeu Iudex eſt Lex viua. Multi hoc dictum non rectè interpretantur, quod Magiſtratui liceat legem pro ſua

voluntate flectere. Alia eſt eius ſapientiſſimi dicti ſententia, nimirum quod Magiſtratus ſeu Iudex debeat eſſe viua vox legis iudicans, pronuncians & exequens id, quod lex præſcribit: Quia non affectibus ſed legibus regere & iudicare debet, ſicut Cicero 3. de legibus inquit: Magiſtratus eſt lex loquens. Et pro Cluentio grauiter dixit: Eſt ſapientis iudicis ſemper non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat cogitare. Improbus & nefarius Iudex eſt, qui ſuos affectus legum autoritati præponit, & quemadmodum Cicero in 4. Verrina dicit. Qui precio habet addictam fidem & religionem. Erit itaq; tertia cogitatio boni iudicis, de legum conſeruatione, quia ſine legibus non poteſt conſeruari iuſticia in iudicijs, propter nimiã humanarum voluntatum & inclinationum varietatem & mutabilitatem. Ideoq; Deus politiæ ſuæ tradidit ſcriptas leges, & ſapientes gubernatores. Etiam inter Ethnicos leges in tabulis ſeu libris deſcripſerunt, nimirum quia vſu compererunt eſſe neceſſarium, vt extent in ſocietatibus certæ legum normæ, & ſententiæ, quæ non tantum mores & actiones priuatorum gubernent, ſed etiam Iudicum cogitationes & ſententias regant, eorumq; affectus frenent.

Eſtq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Eſtq́; Ariſtotelis ſententia de ſcripto iure digniſſima memoria in polit: Qui legem, inquit, iubet præeſſe, Deo & Legibus imperium tribuit: Qui autem hominem iubet præeſſe, ſcilicet iuxta ipſius arbitrium ſine lege, is præficit beluam: Nam cupiditates & iracundiæ deprauant etiam optimos viros, Lex autem mens eſt ſine cupiditate. Hanc ſententiam meminerint Magiſtratus, Iudices, & omnes ſtudioſi Iuris, vt ament ius ſcriptum, conſiderent eius vtilitatem & intelligant cauſam, cur oporteat Magiſtratum ſeu Iudicem leges in iudicando ante oculos habere, & non indulgere proprijs affectibus & cupiditatibus, ſicut ſapientiſſimè Imperator Theodoſius inquit in Codice: Digna vox eſt maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri, adeò de autoritate iuris noſtra pendet autoritas. Et reuera maius imperio eſt ſubmittere legibus poteſtatem.

Antiqui legumlatores, vt eſſet maior erga ipſas leges & inuiolabilis reuerentia, idcirco ipſarum originem ad Deos retulerunt, ſicut Lycurgus Lacedæmonijs dixit: ſe leges autoritate Apollinis conſcripſiſſe, vt cogitarent, legibus, tanquam Deo ipſo, obedientiam & reuerentiam deberi. Demoſthenes in Orationibus contra Ariſtogitonem ſapienter &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eruditè de vtilitate legum diſputat, & iudices ad earum conſeruationem grauiter adhortatur. Itaq; quaſdam ſententias maximè illuſtres aſſcribam: Vniuerſa, inquit, hominum vita, ſiue magnas vrbes incolant, ſiue paruas, partim natura, partim legibus regitur. Natura incerta & varia eſt, & ſua cuiuſq; hominis. Leges autem communes omnium idem omnibus præſcribunt, Quia enim natura praua eſt, ſæpe improbum conſilium capit in rebus gerendis, atq; inde delicta omnia exiſtunt. Leges verò imperant iuſta, honeſta, vtilia, & eo conſilio leges conduntur, vt quæratur id quod honeſtiſsimum & vtiliſsimum eſt. Quod cùm fuerit deprehenſum, fit edictum, ac proponitur, quo iuxtà omnes teneantur, idq; lex eſt, cui obtemperare omnes decet, tùm propter multa, tùm maximè, quia lex inuentum & donum Deorum eſt, decretum verò prudentum virorum, emendatio delictorum, quæ conſultò vel inconſultò admittuntur, ciuitatis commune fœdus, iuxta quod omnes ciues viuere decet.

Et poſtea: Si legibus abolitis, liceat cuiuis quicquid libuerit, non ſolùm de Repub. actum erit, ſed planè nihil intererit inter ferarum vitam ac noſtram. Proinde illi qui iudicant, conſeruare leges & earum robur defendere debent, quarum ope adiuti boni in ciuitate incolumes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

columes ſunt. Et in 2. Orat. Ipſi quæſo ob ocu-
los ponite, quanta commoda ex legibus atq; ea-
rum obſeruatione ad vos redeant, & quanta
contrà incommoda ex cõtemptu legum naſcan-
tur. Nam ſi id feceritis, non dubium eſt, quin
leges ſitis omni ſtudio, diligentia & labore de-
fenſuri. Videbitis enim furores, rerũ omnium
perturbationem, atq; ſummam improbitatem
ex contemptu legum, tanquam è fonte ſcatu-
riee. Illis verò florentibus in ciuitate, vere-
cundiam, modeſtiam atq; ſummam iuſticiam
conſeruari. Perſpicua hæc res eſt, illas enim
Reſpub. omnium optimè adminiſtrari, et maxi-
mè florere videtis, in quibus optimi fuere le-
gum conditores. Quemadmodum enim cor-
porum vicia atq; morbi Medicorum induſtria
tolluntur: Ita vicioſi animorum affectus per
ſaluberrimas legumlatorum ſententias corri-
guntur. In vniuerſum autem nihil pulchrum
aut honeſtum eſt, quod non cum lege aliqua
communicet. Contemplamini totum mundum,
naturam ipſam, diuina prophanaq; omnia, atq;
iſtas annuas commutationes & viciſſitudines
temporum an nõ certũ quendam & definitum
ordinem obſeruant? Si modo illis credimus, qui
ad harum rerum arcana penetrarunt. Vos
igitur ipſos excitate Iudices, atque in le-
gum & Deorum immortalium contemptores
acerrimè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

acerrimè animaduertite: Id ſi feceritis, non dubium eſt, quin prudenter ſimul & honeſtè ſitis iudicaturi.

Apud Stobæum inquit idem Demoſthenes, Tot tantorumq́; bonorum ac munerum, quæ Dij largiuntur, nullus eſſet fructus aut vſus ſine lege, ſine iure, principe. Ius finis eſt legis, principis opus lex, princeps autem imago Dei, cuncta adminiſtrans. Extant apud Ciceronem & alios autores multæ ſimiles ſententiæ, quarum obſeruatio vtilitatem cum iucunditate coniunctam habet.

Incidit autem hoc loco neceſſaria quæſtio de ἐπιεικείᾳ ſeu æquitate, quæ eſt, vt inquit Ariſtoteles 5. Ethicorum, emendatio ſeu moderatio legis, & cuius vſum omnes ſapientes ſæpe Iudici neceſſarium eſſe affirmant, propterea quòd ſummum ius, vt inquit Comicus, ſæpe ſumma iniuria eſt. Itaq́; etiam Iureconſulti diligenter diſcernunt inter ius ſcriptum & æquitatem, Et docent in alijs cauſis iure ſcripto, vel, vt loquuntur, ſtricto iure, in alijs æquitate vtendum eſſe.

Mouet Ariſtoteles in 5. Ethicorum hanc quæſtionem: An contrario modo pugnent Iuſticia & Æquitas? ſicut inter ſe pugnant iuſticia & iniuſticia. Et argutè quidem, ſed

rectiſſimè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rectiſsimè reſpondet: Non pugnant inter ſe; Nam æquum eſt iuſtum, & aliquando eſt melius iuſto, neq; tamen vt contrarium genus eſt iuſto melius. Eadem enim ſunt in genere, iuſtum & æquum, & cùm vtrumq; laudandum ſit, melius tamen eſt æquum. Hæc eſt valde erudita & ſapiens reſponſio, quæ ſi rectè intelligatur, magnam habet vtilitatem, non tantùm in vſu iudiciorum, ſed in tota vita. Quia ſicut ſenex in Comœdia inquit: Non habeo neceſſe, omnia pro meo iure agere: Ita communis vitæ ratio quotidie docet, ſæpiſsime æquitatem ſummo iuri eſſe anteferendam. Eſt autem Ariſtotelis ſententia ſatis perſpicua, quòd æquitas non diſcrepet à iuſto in genere, ſicut iniuſtum genere à iuſto differt. Sed æquitas diſcrepat à iuſto tantùm in aliqua circumſtantia vel moderatione honeſta & probabili.

CAPVT XIII.

DE DISCRIMINE SVMMI IVRIS & æquitate.

NOn tantùm Iudicibus, ſed cuilibet Rectori ſocietatum œconomicæ, ſcholaſticæ, politicæ, Eccleſiaſticæ, imò etiam cuilibet in ſocietate aliquâ verſanti, neceſſarium eſt,

tenere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tenere & obſeruare inter ius ſummum & ἐπιείκειαν ſeu æquitatem, vt prudenter vitentur hæc vitia, nimirum crudelitas, cui ſæpe prætexitur ſpecies ſummi iuris, & indulgentia, cui interdum nomen æquitatis prætexitur. Cùm autem rectè illis vtimur, non ſunt vitia, ſed ſunt vicinæ virtutes, ſeueritas ſeu rigor iuris & æquitas. Sed extrema ſunt vicioſa, nimirum crudelitas & indulgentia,

Primò autem ſciatur, ius ſummum non eſſe ius calumnioſè intellectum. Quia calumnioſa interpretatio ſeu obſeruatio iuris ſemper eſt iniuſta. Vocatur autem calumnioſum ius, ſeu calumnioſa iuris interpretatio, cùm verba legis ſeu conuentionis et pacti contra communem conſuetudinem enarrantur. Eo tempore cùm Athenæ à triginta viris, quos à crudelitate triginta Tyrannos vocant, regeretur, lex erat, ne quis eorum, quorum nomina in catalogo ſcripta erant, interficeretur, niſi re iudicata. Cùm autem Critias, qui erat crudeliſſimus, metueret moderationem Teramenis, accuſauit eum apud collegas, quòd hoſtis eſſet præſentis ſtatus Reipub. & petiuit eum interfici. Cumq́ viciſſim peteret Teramenes ſe audiri ſecundum legem, quia nomen ſuum in catalogo ſcriptum eſſet, At ego, inquit Critias, nomen eius ex catalogo deleo, et eum condemno.

Athe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Athenæus narrat Iphiclum, cùm Rhodij deditionem feciſſent, ita, vt cùm certo numero nauium ipſis abire liceret, impoſuiſſe eos in naues ſine remis & velis, & ſic dimiſiſſe, vt in mari perirent.

Aliud exemplum narrat Thucydides lib. 3. Paches cùm cinxiſſet obſidione Colophonem, euocauit præfectum præſidij data fide, ſe ipſum incolumem remiſſurum eſſe. Cùm igitur ex vrbe egreſſus eſſet præfectus, retinetur in caſtris, & Paches oppidum oppugnat, quia abſente duce præſidij facilis erat oppugnatio. Poſtea capto oppido, reducit ducem in oppidum incolumem, & ibi eum interficit.

Talia exempla multa occurrunt in hiſtorijs, & fiunt ſæpe ſimilia, quæ nequaquam ſunt facta ſummi iuris, ſed ſunt ſophiſticæ crudelitates. Itaq; plerunque ſequuntur etiam atroces pœnæ, quibus Deus tales calumnioſas & crudeles præſtigias punit, ſicut Critias paulò poſt à Thraſybulo eſt interfectus. Et Paches ſibi Athenis in Iudicum conſeſſu manu ſua mortem conſciuit.

Ius ſummum ſeu ſeueritas & rigor legis eſt ſtricta obſeruatio ſcripti, ſine moderatione in eo caſu, de quo principaliter ſcriptum loquitur. ἐπιείκεια *verò ſeu æquitas eſt cor-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſt correctio ſcripti, quam Iudex adhibet ſuo conſilio, propter probabiles cauſas, ſumptas ex circumſtantijs, etiamſi non ſit mandata literis illa moderatio ſeu correctio.

Cùm autem diſputatur, An Iudex ex ſcripto iure, an verò ex æquitate non ſcripta iudicare debeat? Reſponderi ſolet, Regulariter iudicandum eſſe ex ſcripto iure, quia lex debet eſſe anima, voluntas & vox Magiſtratus, hoc eſt, Lex debet in iudicando cogitationes, voluntatem & vocem Magiſtratus ſeu Iudicis regere. Ideo enim latæ & ſcriptæ ſunt leges, vt ſit certa norma, ad quam Iudicum ſententiæ congruant. Si enim liceret cuilibet Iudici pro ſuo arbitrio ſententias fingere, neq; congruerent ſententiæ Iudicum, neq; aliqua certa doctrina Iuris tradi poſſet. Teneatur itaq; ea reſponſio de iure ſcripto, quando expreſſè de caſu propoſito ius loquitur, & quidem in cauſis ciuilibus, de bonorum diuiſionibus, & contractibus, in quarum cauſarum dijudicatione ſine vnius partis iniuria, & manifeſto damno, à ſcripto iure recedi non poteſt, debere Iudicem rectè ſequi regulam ſcripti iuris, quilibet ruſticus intelligit. Non enim voluntas Iudicis, ſed lex eſt domina bonorum noſtrorum, neq; licet Iudici alicui ſuum eripere & alteri dare. In cauſis criminalibus etiam cùm

lex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lex expreſſè de caſu propoſito loquitur, Iudex non temerè debet à ſcripto iure diſcedere, præſertim ſi delicta ſint atrocia. Mitigare genus pœnæ poteſt, totam pœnam, cum iniuria legum, & Reipub. niſi in aliquibus caſibus, quorum etiam aliqua exempla leges ponunt, de quibuſdam perſonis, ſingulari excuſatione, vt ætatis, & erroris mentis aut ratione dignitatis, aut euidentis vtilitatis publicæ, aut ſingulari beneficio Priuilegiorum exemptis, condonare temere non debet. Quia de atrocibus delictis dicit Deus, Deut. 19. Non miſereberis eius, & auferes noxium ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi. Nec eſt obſcurum, Reipub. intereſſe, ne atrocia delicta maneant impunita: Atrocium enim ſcelerum licentia & impunitas confirmat in petulantia malos, allicit exemplo ad peccandum plures, exponit perpetuis periculis, & in perpetuo metu tenet bonos, reuerentiam legum, & diſciplinæ diligentiam tollit, turbat tranquillitatem publicam, & tandem Deum ad vniuerſales pœnas excitat. Fiunt enim ex delictis illis atrocibus, ad quæ Magiſtratus nimia indulgentia conniuent, peccata in cœlum clamantia, ſicut peccata Sodomorum &c. Sed tamen ſæpè aliqui caſus accidunt, vbi circumſtantiæ caſum ſeu ſpeciem facti mutant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& legi exceptionem addunt, Quia oſtendunt legem non loqui principaliter de illo caſu, vel alioqui ſunt tam ponderoſæ, vt ſine ſæuitia & crudelitate in executione ſtricti iuris negligi nō poßint: Tunc Iudex ſeueritatem legis ἐπιεικείᾳ ſeu æquitate corrigere & mitigare debet, vt in furto, ſi quis ætate lapſus, aut in fame ſine vi exiguum aliquid abſtulit, & eſt ingenium ſanabile, Iudex non debet vti legis aſperitate, quæ loquitur de furto atrociter facto: Ideo ſapienter à Luthero dicitur in Eccleſiaſte, quod duo ſunt neceſſaria in omni gubernatione. Legislator & moderator legis, id eſt, Lex eſt legis moderatio. Legislator, qui bonis legibus Rempub. formet & conſtituat. Moderator verò qui leges rectè applicet, & illis prudenter & rectè vtatur ſecundum caſuum diuerſas circumſtantias. Quia ſæpè ſummi iuris, ſine moderatione obſeruatio fit immanitas & ſæuitia, cuius notam non effugit Bartolus Iuriſconſultus, quem in ſententijs de pœnis delictorum nimis ſeuerum eſſe ſcribunt, & quod eam ſæuitiam conſuetudine aliqua iuuenis imbiberit, quia cum primum è Scholis euaſiſſet anno ætatis primo & viceſimo, Iudex maleficiorum conſtitutus fuit.

Are-

Areopagitici Iudices vt fuerunt ſapientiſſimi, Ita etiam ſæpè ſummum Ius æquitate correxerunt. Martem accuſatum à Neptuno quod filium ipſius Halirothium interfeciſſet abſoluerunt, conſiderata hac circumſtantia, quod Halirothius filiæ Martis Alcippæ ſtuprum attulerat. Oreſtem à Perilao patruele Clytæmneſtræ accuſatum quod occidiſſet matrem Clytæmneſtram cum marito Ægiſtho noluerunt condemnare. Sed licet ipſum factum non probarent, ſicut apud Euripidem inquit Tyndarus, oportuiſſe Oreſtem matrem accuſare in iudicio, non ſua manu ipſam interficere: Tamen perpendentes hanc circumſtantiam, quod mater cum adultero Ægiſtho antè interfeciſſet patrem Oreſtis Agamemnonem, illum paribus calculis, dilatione iudicij poſt centum annos tacitè abſoluerunt à pœna, ſine factorum approbatione. Et in alio caſu mulierem Smyrneam, quæ maritum veneno necauerat, qui prius ipſius filium in alio matrimonio natum interfecerat.

Congruit cum his exemplis Vngarici Regis Andreæ iudicium, qui anno Chriſti 1201. regnare cœpit: Hic cum in Syria abeſſet cum exercitu, venit in Vngariam frater uxoris ipſius Gertrudis, inuiſendæ ſororis gratia, & conſenſu reginæ clam conſueuit

cum vxore Banchacani, cui Rex abiens curam regni, Reginæ ac liberorum demandauerat, is ſtupro quod ſciente Regina vxori allatum erat cognito, Reginam obtruncauit. Rex è Syria reuerſus, publico iudicio Banchacanum Reginæ occiſorem abſoluit. Hæc ſunt exempla obſeruatæ æquitatis in iudicando. Addam itaq; etiam alia exempla de ſummo iure ſeuerè obſeruato.

Apud Athenienſes puer auream laminam, quæ ex corona Deæ deciderat, è templo abſtulit, accuſatus eſt in publico iudicio ſacrilegij, parentes & amici puerum excuſant, quod nondum ſit per ætatem doli capax, Iudices vt pueri ingenium tentent, mandant, vt illi proponatur illa lamina aurea, vnà cum puerilibus crepundijs, cumq; puer iterum omiſſis crepundijs laminam auream arriperet, Iudices ſententiam pronunciant, vt ſacrilegij pœna puer afficiatur. Hæc ſententia adeo fuit ſæua, & immanis, vt ne quidem ſummi iuris appellatione digna ſit. Et quidem in illo ſigno nulla fuit doli probatio, ſiquidem auri color & pulchritudo, naturali quodam inſtinctu afficit & oblectat etiam infantes & fatuos, qui nullum eius vſum norunt.

Fuit etiam lex apud Athenienſes, nequis mutaret receptam religionem, cuius

obſer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

obſeruationis etiam nominatim fiebat mentio in iuramento ciuium his verbis. Et patria ſacra colam. Cum autem Socrates accuſaretur, quod quaſdam prorſus enormes & abſurdas ineptias in ſacris Atticis reprehenderet, Iudices eum ad Cicutam ſumendam ſummi quidem iuris prætextu, ſed cum ſumma iniuria condemnauerunt.

Romæ lex erat, vt proſcriberetur ciuis, qui ciuem iniuſtè interfeciſſet, Milo Clodium inſidiatorem violentum in publica via, ſed tamen in conflictu elapſum, & in taberna abditum, in ipſo feruore pugnæ, ad defenſionem neceſſariam contra Latronem ſuſceptæ interfecit, non ſeruato modo inculpatæ tutelæ. Etſi autem grauiſſima oratione à Cicerone defenſus eſt: Tamen iudices eum neglectis circumſtantijs, iure ſummo ſine moderatione condemnauerunt.

Manlius Torquatus **Conſul** *Romanus in bello Latino edictum promulgauit, vt ſi quis ſine ipſius voluntate cum hoſtibus pugnaret, capite plecteretur. Accidit autem vt Metius Tuſculanorum dux, progreſſus vſq; ad caſtra Romanorum, aliquem ex Romanis inſolenter prouocaret ad pugnam, Torquati itaq; filius inſolentiæ iſtius impatiens in pugnam deſcendit, & trucidato hoſte glorioſam*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

victoriam in caſtra reportat. Pater autem filium victorem pòſt habita omni circumſtantiarum ratione ſecuri plecti iubet, quod ipſius edicto non obediuiſſet. Hoc exemplum etſi cum ſimilibus militaris diſciplinæ prætextu excuſari ſolet: Tamen reuera fuit affectata quædam ſæuitia. Et de talibus exemplis neceſſe eſt ſcire, Non omnia edicta, quæ vehementi quodam animi impetu publicantur, legis nomine cenſenda eſſe: Sed promulgationem legis præcedere debet deliberatio, ſicut inquit Demoſthenes. Quod lex non ſit vnius hominis voluntas ſed ſapientum hominum decretum. Quod ſi ea deliberatio in promulgatione omiſſa aut neglecta fuit, tunc in executione, quando agitur de vita aut bonis eius, qui contra edictum tale fecit, negligi non debet.

Hæc admonitio in multis cauſis vtilis eſt. Cum autem ad commonefactionem de diſcrimine ſummi iuris, & æquitatis atq; vtriuſq; recto vſu, neceſſaria ſit doctrina de diſcrimine delictorum: Ideo quædam ex primo libro ſunt hoc loco repetenda.

Caput

CAPVT XIIII.

DE DISCRIMINE DELICTORVM.

TRes ſunt gradus actionum. Aliæ ſunt voluntariæ, aliæ inuoluntariæ, aliæ mixtæ.

Voluntaria actio eſt, quæ fit à volente, re deliberata ſine coactione & metu, vt Latro volens latrocinium facit.

Inuoluntaria actio eſt, quæ fit per ignorantiam probabilem, de qua primo libro dictum eſt, vt cum delinquens externa vi cogitur. Atq; de violentia tali, in qua coacto nulla datur electio, ideoq; ipſius conſenſus non accedit, nulla eſt dubitatio, quod excuſet, quia magis paßio eſt, quam delicti actio, vt cum puellæ prorſus per vim ſtuprum infertur.

Mixta actio eſt, quando voluntas, vt vitet aliam maiorem moleſtiam, aut maius malum, terrore ſeu metu impulſa, minus malum eligit, iuxta vulgare dictum. Ex duobus malis minus eligendum eſt. Quod quidem dictum, tunc locum habet, cum ad electionem propoſita ſunt damna aut paßiones, quæ non lædunt patientis conſcientiã, vt cum aliquis prædoni promittit pecuniam, vt vitam ſeruet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Non habet locum cum eligenda eſt actio impia lædens conſcientiam. Itaq; ſocij Danielis rectè maluerunt in ignitum fornacem conijci, quam idolatriam committere. Et apud Senecam inquit Herculis vxor ad Tyrannum: Cogi qui poteſt, neſcit mori.

Etſi autem mixtæ actiones propter electionem fiunt voluntariæ, Tamen in diſputationibus Ethnicis diſcernuntur ab illis, qui prorſus ſine vllo terrore eliguntur, & in his leges adhibent aliquam moderationem.

Recenſentur etiam hi gradus dilictorum: Dolus, lata culpa, leuis culpa, leuiſſima culpa, & caſus fortuitus. De quibus in fine libri primi dictum eſt.

Addam itaq; ex quinto Ethicorum Ariſtotelis paucas ſententias, quæ in hac diſputatione de æquitate ſcitu vtiles ſunt.

Delicta per ignorantiam committuntur, quando agens neq; eum quem putabat, petit, neq; hoc quod cogitauerat agit, neq; cuius cauſa cogitauerat. Item, Quando per ignorantiam accidit, infortunium eſt, Item, Quando nocet aliquis ſciens, verum ſine deliberatione iniuria eſt. Cuiuſmodi ſunt quæ fiunt per iram aut alias perturbationes. Qui enim ſic lædunt, delinquunt, & iniuriam faciunt, nec tamen propterea ſunt iniuſti aut improbi. Non

enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

enim dolo factum eſt. Qui autem nocet conſultò & cum deliberatione, iniuſtus & improbus eſt, hoc eſt, etſi afficiuntur illi pœna, qui per iram deliquerunt, tamen non fiunt idcirco infames, ſi non acceßit dolus, vt qui iratus in pugna aduerſarium interficit, punitur quidem, ſed infamis non fit, ſicut latro aut ſicarius, aut inſidiator. Item, delictorum, quæ non ſunt ſpontè facta, quædam venia digna ſunt, quædam non ſunt digna venia. Quæ enim delinquunt non ſolùm ignari, ſed etiam inuiti per ignorantiam, venia digna ſunt. Quæ autem admittunt ignari quidem, ſed tamen non ignorantia, ſed cupiditate aliqua incitati, nec naturali nec humana, non ſunt venia digna. Ideo etiam inquit Ariſtoteles: Ebrij peccatum non excuſari ignorantia, ſed dupliciter puniendum eſſe, quia vltrò & ſpontè ebrietatem non tantùm ignorantiæ, ſed etiam furoris cauſam accerſiuit.

Concluſionis etiam loco addam illuſtrem locum Ariſtotelis de cauſa & recto vſu æquitatis ex eodem loco: Hæc, inquit, eſt diſſimilitudo, quòd æquum eſt iuſtum, non ſecundum legem, ſed eſt emendatio legis. Cauſa autem eſt, Quia omnes leges ſunt vniuerſales, neq; tamen poteſt de ſingulis rectè decerni in vniuerſali. Cùm enim legem neceſſe ſit vniuerſaliter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uerſaliter loqui, neq; tamen rectè de ſingulis in vniuerſali conſtitui poßit. Lex id conſtituit, quod plerunq; faciũdum eſt, nec ignorat his ſibi aliquid deeſſe, Nam quòd lex aliquid omittit, id nõ ſit vicio legis aut legislatoris, ſed propter negociorum dißimilitudinem. Talis enim materia eſt actionum, vt ferè aliqua ex parte ſint dißimiles in eodem genere. Quando igitur lex vniuerſaliter loquitur, & tamen accidit aliquid ex parte aliqua dißimile illis, quorum vniuerſaliter mentio fit, tunc defectus eius corrigendus eſt eatenus, quatenus aberrauit legislator. Ac ſi adeſſet legislator, ipſe idem pronunciaret, & exciperet hunc caſum, à lege iam lata. Quare iuſtum eſt, & melius eſt, non quidem ſimpliciter, ſed melius ſcripto iure, quod nonnihil aberrat. Et hæc eſt natura æquitatis, emendatio legis, quatenus aliquid omiſit propterea, quòd vniuerſaliter loquitur. Hæc eſt enim cauſa, quare non ſemper iuxta leges pronuncietur, quia non poſſunt de ſingulis caſibus leges ferri.

Hunc locum aureum Ariſtotelis
ſcire debent omnes Iudices &
Iureconſulti.

Capus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XV.

DE QVIBVSDAM ALIIS OFFICIIS boni Iudicis.

ARiſtoteles dicit 1. Rhetorico: *Amor, odium & proprium commodum ſæpe faciunt, vt Iudex veritatem non agnoſcat.* Ideo antiqui ſapientes Iudicem tali forma pingebant: *Vir ſenex & grauis, amictus longa ſtola, ſedebat in tribunali, cæcus & ſine manibus, ſed habens magnas & patentes aures.* Significat ea pictura, iudicem non ad fauorem aut odium, aut metum perſonarum ſententiam inclinare, neq; accipere munera debere. Ineſt enim in muneribus, vt in Magnete, occulta quædam vis attrahendi corda hominum. Et quanquam ſæpe Iudex ſibi in animo propoſuit, quòd à iuſticiæ tramite deflectere nolit: tamen ſi munera accipit, tunc eorum oblectatione quaſi toxico aliquo inficitur, vt ſciens & volens quod rectum & æquum ſit, nec ſcire nec facere velit. Itaq; grauiſſimè præcipitur Exod. 13. & Deut. 16. *Non accipies perſonam ac munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum.*

Ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Ad eam boni Iudicis picturam, fuit accommodatum ſummum Græciæ iudicium in vrbe Athenienſi, quod Areopagiticum appellatum eſt. In eo iudicio concluſi erant Iudices, & litigatores extra conclaue, cauſas dicebant ſine nominibus & ſine orationis fuco. Sic etiam Iudices proferebant ſententias de rebus ſeu cauſis, quæ proponebantur, cùm perſonas, quarum res agerentur, ignorarent. Etſi autem hæc forma poſtea mutata fuit: tamen exemplum Iudicibus notum eſſe debet. Sed quia de hac parte officij antea dictum eſt, ideo nunc ad alia præcepta accedo.

Lex Dei & ipſa ratio præcipit, vt Iudex vtramq; partem, & actorem & reum, pariter audiat. Iniquiſsimum enim eſt, inauditum condemnare, ſicut Iohan. 7. Nicodemus dicit: Num lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat? Et venuſtiſsimè dictum eſt: Iudex ſi pronunciauit parte non audita altera, æquum licet dixit, tamen haud æquus fuit. Itaq; ſapienter Solon hanc partem iuramento iudicis inſeruit: Audiam pariter & accuſatorem & reum. De Ariſtide, qui Iuſti cognomen à virtute accepit, narrat Plutarchus, quòd cum aliquem accuſaſſet, & Iudices vellent ei, tanquam homini

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mini veraci, hunc honorem deferri, vt reum non auditum condemnarent, ipſe reprehenſis Iudicibus, pro reo interceſſit, vt eum iuxta legem audirent.

Hæc virtus ſi in accuſatore laudatur, multò magis in Iudice laude digna eſt: qui exemplum Alexandri imitari debet, is enim audiens accuſatorem, digito aurem vnam obturabat, & rogatus cauſam, alteram, inquit, aurem reo integram ſeruo.

Ex huius Præcepti fundamento ſumptæ ſunt leges de citatione rei, qui ſi venire in iudicium recuſat contumaciter, & non eſt manifeſta euidentia facti, damnatur propter contumaciam.

Eſt & hæc diligentia Iudici neceſſaria, vt probationes et teſtimonia accuratè ponderet, ne ſuſpicionibus, calumnijs aut præſumptionibus præoccupetur. Rectè enim dicitur, quòd probationes in iudicio, & præſertim in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores, Et melius eſt iudicium ſuſpendere, quàm pronunciare de re dubia, propterea quòd ignorantia Iudicis plerunq; eſt calamitas innocentis, vt rectè inquit Auguſtinus. Et prudenter ex hoc dicto colligit, quòd Iudex non temerè, ſed ægerrimè debet deſcēdere ad examen torturæ, quo nihil eſt inter probationes periculoſius

loſius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

loſius. Quare recitabo integrum locum Auguſtini ex lib. 19. de Ciuitate, capite 6. Quid, inquit, ipſa iudicia hominum de hominibus, quàm miſera, quàm dolenda, quandoquidem hi iudicant, qui conſcientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt, vnde ſæpe coguntur tormentis innocentium teſtium ad alienam cauſam pertinentem quærere veritatem? Quid cùm in ſua quiſq; cauſa torquetur, et cùm quæritur, vtrum ſit nocens, cruciatur, & innocens luit pro incerto ſcelere certiſsimas pœnas, non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur, ac per hoc ignorantia Iudicis plerunq; eſt calamitas innocentis. Et quid eſt intolerabilius magisq; plangendum, rigandumq; ſi fieri poſſet, fontibus lachrymarum: Cùm propterea iudex torqueat accuſatum, ne occidat neſcius innocentem, fit per ignorantiæ miſeriam, vt & tortum & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torſerat. Si enim ſecundum illorum ſapientiam delegerit ex hac vita fugere, quàm diutius illa ſuſtinere tormenta, quod non commiſit, commiſiſſe ſe dicit. Quo damnato & occiſo, vtrum nocentem aut innocentem occiderit, adhuc neſcit, quem ne innocentem occideret, torſit, ac per hoc innocentem, & vt ſciret, torſit, & dum neſciret, occidit. In his

tenebris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tenebris vitæ ſocialis ſedebit Iudex ille ſapiens, Conſtringit enim eum, & ad hoc officium pertrahit humana ſocietas, quam deſerere nefas ducit. Quàm ſint hæc vera, quæ Auguſtinus ſcribit, ſæpe miſerabilia exempla declarant.

Valerius Maximus libro octauo, capite quarto, hoc exemplum recitat: Marci Agrij Argentarij ſeruus, Alexandrum Titi Vannij ſeruum occidiſſe inſimulatus eſt, eoq; nomine tortus à domino, admiſiſſe id facinus conſtantiſsimè aſſeuerauit. Itaq; Vannio deditus, ſupplicio affectus eſt. Paruulo deinde tempore interiecto, ille, de cuius nece creditum erat, domum redijt.

De Lucano Poeta narratur, quòd metu tormentorum, de matre innocente tetrum flagitium mentitus ſit ad Neronem,

Apud Domitianum Valerius Licinianus ſenator virtute præditus, ab inuidis falſò accuſatus fuit de inceſto, quod cum Veſtali perpetraſſet, & dolore tormentorum victus, crimen falſum confeſſus eſt: Semel enim innocens mori maluit, quàm ante mortem tormentorum dolores atrociores perpeti.

Anno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Anno 1500. in quadam celebri ciuitate Saxoniæ accidit, vt mercator peregrè profectus, relinqueret domi vxorem cum filia & ancilla. Lictor ſeu carnifex vicinus, obſeruata occaſione clam ſe in cella mercatoris abſcondit, & veſperi ancillam allaturam è cella potum necat: Eius moram ægre ferens filia, ipſa quoq; in cellam deſcendit, & trucidatur: Deſcendit poſtremò & interficitur mater. Lictor cadauera ciſtæ includit, domum compilat, & diſcedit. Mercatore reuerſo, cùm nondum de autore cædium conſtaret, lictor ille accedit ad Iudices, & mercatorem defert, vtq; ſibi fidem faciat, fingit pridie quàm mercator diſceſſerat, fuiſſe inter ipſum & vxorem vehementes rixas. Miſer mercator capitur, examinatur tormentis, ait ſe facinus commiſiſſe, innocens rota plectitur: Sed non multo poſt lictor ſemetipſum prodit venditione argenteorum poculorum, quæ mercatoris illius ſigno notata erant, & comprehenſis ignitis forcipibus dilaniatur.

In alia quadam ciuitate, non minus celebri, aliquis calicem argenteum in nuptijs furatus erat. Veniunt ei obuiam vigiles, fortè videt dormientem in platea ebrium ſeruum, in eius ſinum calicem recondit, vigiles excitant ebrium, inueniunt in ſinu calicem, innocens ille

abducitur

abducitur in carcerem, victus cruciatibus tormentorum, dicit ſe furtum perpetraſſe, damnatur, ſuſpenditur. Poſt aliquot annos alter ille in alio furto deprehenſus veritatem pandit. Talia exempla ſciri debent, vt Iudices periculum tormentorum perpendant & prudenter ac cautè illis vtantur.

Pertinet etiam ad Iudicis officium, ne calumnijs nimium auſcultans, aut affectibus indulgens ſententiam præcipitet, cuius rationem reddere debet DOE ſupremo Iudici, ad quem appellat innocens: imo ad quem omnis iniuſta ſententia coram conſcientia, quæ eſt à Deo ordinatus Notarius & teſtis, appellat. Quod etiam Philoſophi & poetæ admonere voluerunt, fictione iudicij apud inferos, vbi Rhadamantum, Æacum, & Minoa, iuſtiſſimos Iudices omnes cauſas in hac vita malè iudicatas reaſſumere & iterum iudicare fingunt, Ideoq; grauiter ab Ethnico Cicerone dictum eſt in Officijs. Cum Iudici dicenda ſententia eſt, meminerit ſe Deum habere teſtem, id eſt, mentem ſuam, qua nihil homini dedit ipſe Deus diuinius. Atq; ob hanc cauſam ſapienti conſilio à Iureconſultis ordo actionum ſeu proceſſuum, vt vocant, præſcriptus eſt, non tantum propter litigantes, ſed etiam propter Iudices, vt cauſæ penitus inueſtigentur, ſicut Iob inquit. Cauſam quam ne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſciebam diligenter inueſtigabam, Et vt deliberato conſilio ſine furore ac ira, quæ mentem, vt poeta inquit, præcipitant, decernatur. Eſt enim præcipitantia iudicijs noxia, & habet comitem pœnitentiam, ſicut communi prouerbio dicitur. Ad pœnitentiam properat citò, qui iudicat.

Theſeus filium Hippolytum à nouerca Phædra falſò criminis tentatæ pudicitiæ accuſatū ad beſtias marinas damnauit, ſed poſtea ſera pœnitentia miſerè cruciatus eſt.

Conſtantinus Magnus filium habuit Criſpum ex prima coniuge præſtantem virum, quem cum iam Cæſarem nominaſſet, accuſauit falſò nouerca Fauſta, vt imperium ad ſuos filios tranferret. Pater vehementi ira motus, ſententiam præcipitat, & filium innocentem interfici iubet, Poſtea veritate deprehenſa, in ſummos dolores incidit, & vxorem Fauſtam publico iudicio condemnatam, in ardentes balneas conijci mandat.

Ottonis tertij Imperatoris vxor Maria, filia regis Arrogonum impudicè adamauit nobilem equitem, quem cum ad committendum adulterium perſuadere non poſſet, verſa in furorem, accuſauit illum falſò apud Imperatorem, quod pudicitiam ipſius nefariè tentaſſet, Imperator iratus damnatum iubet

capi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

capite plecti, Vxor equitis arrepto capite ad Imperatorem accurrit, & qua pœna iniuſtus Iudex dignus ſit, lachrymans interrogat. Cumq́; Imperator morte eum dignum eſſe dixiſſet, illa clamat, Tu ergo morere, qui per ſummam iniuriam maritum meum occidiſti, innocentem eum fuiſſe ego declarabo, portando nudis manibus ignitum ferrum. Id enim antiquitus pro innocentiæ ſigno habitum fuit. Cuius etiam apud Sophoclē in Antigone fit mentio, inquit enim nutrix ad Creontem : Vnuſquiſq́; erat qui feciſſe videbatur, Et nullus certus, ſed excuſabat ſe neſcire vnuſquiſq́;. Eramus autem parati ignitum ferrum manu capere, et ire per ignē & iurare, Quod non feciſſemus neq́; ſciremus quenquam feciſſe noſtro cōſilio. Hoc itaq; ſigno viſo Imperator, vxorem propriam, explorata quæſtionibus veritate, publico iudicio condemnatam comburi iuſsit, Seq́; qui ſententiam de innocente præcipitaſſet, ita mulctauit, vt viduæ magnam ſummam pecuniæ cum quatuor arcibus in agro Bononienſi, cum titulo comitatus, filio ipſius Collato, donaret. Attamen Imperator deinceps nunquam viſus eſt hilaris, neq́; multo poſt Romæ ab vxore Creſcentij veneno extinctus eſt. Quod ſi Iudex vel quilibet magiſtratus ſiue calumnijs, ſiue iræ feruore impul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſus iniuſtam ſententiam dixit, & poſtea rei veritatem comperit, tunc ſententiam mutare debet, quæ mutatio non leuitas, ſed virtus eſt. Sic maritus Eſther crudele decretum, quod inſtigatus ab Aman, contra Iudæos promulgarat, vt omnes vno die necarentur, honeſtè mutauit.

Thucydides hanc hiſtoriam recitat, lib. 3. In bello Peloponneſiaco Mitylenæi ab Athenienſibus defecerant. Cum itaq; dux Atticus Paches vrbem Mitylenæorum vi cepiſſet, fecerunt Attici decretum, vt omnes Mitylenæi trucidarentur, & triremem cum legato, qui decretum perferebat, ad Pachetẽ miſerũt, ſed poſtridie præcipuos gubernatores pœnituit ſæui mandati: Iterum ergo conuocatur concilium ad deliberationẽ: Cleon longa oratione hortatur, ne crudelem ſententiam mutent. Sed vir ſapiens Diodotus opponit contrariam orationem, plenam ſapientia & æquitate, in qua pulchrè dicit, duas res maximè contrarias eſſe conſilio, feſtinantiam & iram, & grauibus argumentis mutationem immanis ſententiæ ſuadet. Fit itaq; decretum contrarium, vt tantum defectionis authores puniantur ſeruata multitudine. Mittitur cum hoc decreto alia triremis, & legati Mitylenæi promittunt nautis præmia, vt ſtrenuè remis

laborent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

laborent. Dum ita Paches accepto priore mandato ſe ad executionem parat, ſuperuenit nauis altera mitius mandatum perferens: Atq; ita aliquot millia hominum ſeruantur, quos alioqui ſententiæ feſtinantia immaniter & miſere trucidaſſet. Theodoſius Imperator ad iram fuit procliuior. Cum itaq; feruore animi immanem ſententiam tuliſſet de Theſſalonicenſibus, quæ multis ciuibus crudelem necem attulit, non tantum obiurgatus eſt ab Ambroſio, ſed etiam interdictum eſt ei ſacris, vt ſemeſtri pœnitentia palam oſtenderet, ſe errorem crudelis et præcipitatæ ſentētiæ deplorare, & effecit Ambroſius, vt Imperator ad prouinciarum præfectos ſcriberet, vt poſtea executionem pœnarum poſt accepta mandata ad 30. vſq; diem differrent.

Cauere etiam Iudex bonus debet, ne pœna grauior ſit quam culpa. Cùm enim pœna delicto atrocior eſt, apparet Iudicem plus æquo affectibus indulſiſſe, Decet antem Iudicem etiam in ipſis pœnis oſtendere, quod non ipſe, ſed leges ſontem puniant. Itaq; ſapienter à Cicerone lib: 1. off: ſcribitur. Prohibenda eſt maximè ira in puniendo, nunquam enim iratus qui accedit ad puniendum, mediocritatem illam ſeruabit, quæ eſt inter nimium & parum. Cauendum eſt igitur, ne maior ſit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

pœna quam culpa. Et quod ſapiens Dominus ad ſeruum dicit. Verberarem te niſi iratus eſſem, id etiam in Iudicijs publicis de punitione obſeruandum eſt. Præcipuè Iudicibus à Deo commendatæ ſunt viduæ & pupilli, hoc eſt, perſonæ miſeræ & derelictæ, vt non patiantur eas opprimi. Itaq; ſæpè cogitent Magiſtratus & Iudices de dicto Eccleſiaſtici 4. In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altiſsimi obediens, & miſerebitur tui plus quam mater tua.

Plura præcepta breuitatis gratia non addam, quia hæc ipſa quæ recitaui, ſunt multorum aliorum fontes, & quotidiana lectio, tum ſacrarum literarũ, tum Philoſophicorum ſcriptorum, Iuris ac hiſtoriarum, plurima ſuppeditat. Cum autem veriſsimum ſit inter omnia officia politica, nullum eſſe difficilius & grauius, officio Iudicis, Ideo committi hoc debet homini non tantum ſapienti, ſed bono & integro, quem Plato tetragonon appellat. Vt enim corpus tetragonon quoquomodo cadat, in baſi firmiter conſiſtit: Ita bonus & integer Iudex in iuſto & bono conſtans eſſe debet. Nulli quoq; ad hoc officium minus ſunt apti, quam qui illud ambitioſè affectant: Hi enim nec difficultatem intelligere, neq; vtilitatem publicam, ſed proprium commodum &

honorem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

honorem quærere neceſſe eſt: Grauiter itaq;
admonet, Syrac. cap. 7. Noli, inquit, quærere vt fias Iudex, niſi valeas virtute rumpere iniquitates: ne forte extimeſcas faciem potentis & ponas ſcandalum in agilitate tua. Illi autem quibus Deus & communitates hoc officium demandat, ſint diligentes obſeruatores virtutum, quæ tam graue officium requirūt, neq; ſe vlla re, vt ab illis recedant, corrumpi patiantur. De Cambyſe ſcribit Herodotus, quod Siſamnem iniuſtum Iudicem excoriari iuſsit, pellemq; eius inſtrauit tribunali, Poſtea filium Otanem in eam ſedem collocauit, ac iuſſit eum, intuentem patris exuuias, iuſtè iudicare, ne ſimili ſupplicio afficeretur.

CAPVT XVI.

DE CAVSIS, CVR DEVS VELIT SERVARI iudicia Ciuilia.

CLariſsimus Iureconſultus Doctor Henningus hunc morem obſeruaſſe in profectionibus narratur, vt quoties locum ſuppliciorum publicorum præiterret, nudato & inclinato capite diceret: Salua ſancta iuſticia. Ea vox ſapientiſsimi Iureconſulti digna eſt memoria, quia admonet de Iudiciorum, quorū poſtrema executio ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſupplicia, dignitate. Recte autem iuſticiam Iudiciorum vocauit rem ſanctam, Quia eſt à Deo ordinata, & vult Deus eam conſeruari, & exerceri ad magnas vtilitates in vita. Quam ordinationem diuinam qui non intelligunt, illi iudicia exiſtimant ab hominibus potentibus ad crudelitatem & rapinas inuenta eſſe, cum his vitijs nihil magis ſit Iudicijs contrarium. Vt autem homo pius reuerenter de Iudicijs & eorum executione ſentiat, idcirco ſæpè cogitandum eſt de cauſis, propter quas Deus vult vt in ſocietatibus humanis & ſint Iudicia & fiant eorum executiones, ſine quibus iudicia tantum ſunt actiones Theatricæ, & leges ipſæ nihil aliud ſunt quam inanes ſoni, aut mutæ tabulæ parietibus affixæ, quas nemo metuit, ſicut ſeruus apud Plautum conquerens, quod non reddatur mutuũ, exclamat:

Mores leges perduxerunt iam in poteſtatẽ ſuã,
Eæ miſerè ad parietẽ ſunt fixæ clauis ferreis,
vbi malos affigi nimio fuerat æquius.

Eſt autem prima cauſa finalis Iudiciorũ politicorum, quia vult Deus conſeruari in humanis ſocietatibus honeſtam diſciplinam, iuxta decalogum, & legem naturæ, ac alias honeſtas leges, ex his extructas, vt ſint exercitia virtutum in vita, & ſit in ſocietatibus pax et tranquillitas, vt vnuſquiſq; vitã ſuam, famam

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& bona tutò poßideat. Non poteſt autem in iſta hominum malorum petulantia, contumacia, & rapacitate conſeruari talis honeſta diſciplina & tranquillitas, niſi ſint perſonæ ordinatæ, quæ iuxta leges iuſta ab iniuſtis diſcernant, bonos defendant, iniuſtos ac malos vel coerceant vel pœnis afficiant.

Secunda cauſa, Non debent rixæ & lites inter homines eſſe durabiles & infinitæ, ſed aut earum materia præcidi debet, aut ſi fuerint exortæ, quàmprimum debent extingui. Quod cum amica tranſactione fieri nequit, vltimum & præſentißimum remedium eſſe debent iudicia, quæ ſecundum iuſtum & æquum omnes controuerſias dirimunt. Nam contempta iudiciorum cognitione controuerſias tantùm pugnis dirimere, non humanum eſt, ſed beluinum. Ideo enim Deus ratione & legum noticia, homines à beluis diſtinxit, vt & ipſi hanc diſtinctionem in tota vita obſeruent & colant.

Tertia cauſa eſt, vt iudicia ſint commonefactiones de iudicio Dei, non tantùm quod fiet in reſurrectione mortuorum, ſed etiam quod quotidie Deus in hac vita declarat, tùm mediatè per ipſa iudicia humana, tùm immediatè per ſingularia exempla pœnarum, tam publicarum quàm priuatarum. Quia regu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lariter atrocia delicta puniuntur atrocibus pœnis, etiamſi magiſtratus ſeu Iudices in puniendo officium negligunt, vt propter ſtuprum filiarum Scedaſi, cùm Magiſtratus autores ſceleris punire nollet, Deus clade Leuctrica ciuitatem Spartanam puniuit. Et ſæpe mirabiliter Deus etiam ad iudicia politica retrahit ſontes, vt oſtendat ſe eſſe Iudicem iuſtum, qui velit punire ſceleratos, vt auferantur mali è populo, & vt conſtituantur publica exempla Iuſtitiæ, quibus alij à ſceleribus deterreantur, & ne licentia ac impunitate creſcant ſcelera & eorum pœnæ.

CAPVT XVII.
DE TRIBVS FORMIS POLITICÆ gubernationis.

VEteres recenſent tres formas ſeu ſpecies gubernationis politicæ. Monarchia ſeu regnum eſt, cùm vnus præeſt, & iuxta reges regit ac retinet diſciplinam & pacem. Ariſtocratia eſt, cùm quidam præſtantes ſapientia & virtute præſunt. Democratia vocatur, cùm multi è populo regunt. Æſchinès has formas ſic recitat contra Cteſiphontem: Scitis, inquit, triplices eſſe formas ciuitatum regenda-

regendarum, aut enim penes vnum ſumma Reipub. eſt, aut penes optimates, aut penes populum. Raro autem vna forma inuenitur prorſus ſola. Imperium Germanicum à Monarchia appellationem habet, ſed tamen reuera forma gubernationis habet admixtam Ariſtocratiam, ſimilis eſt forma in plerisq; regnis. Ciuitatum, quæ habent αὐτονομίαν, *gubernatio plærunq; conſtat Ariſtocratia & Democratia. Diſputatur inter ſcriptores, quænam ſit optima forma regiminis ex his tribus, in qua diſputatiõe ſolet recitari verſus Homeri: Multos imperitare malũ eſt, Rex vnicus eſto. Æſchines in ciuitatũ gubernatione Democratiam præfert, dicit enim: Illæ ciuitates, quæ vni parent, aut à paucis optimatibus regũtur, ex voluntate eorum gubernantur, qui imperant. Liberæ autem ciuitates, vbi ſummum penes populum eſt imperium, legibus vtũtur. Alij hanc formam maximè vituperant, propterea, quòd populus eſt belua multorum capitum. Legatur hac de re inſignis diſputatio Theſei cũ Præcone apud Euripidẽ. Sed Polydorus ſcitè totã diſputationẽ dirimit, inquiens: Optimè vnus, optimè populus, optimè pauci imperant, ſi boni ſint.*

Atq; hactenus de præcipuis boni Magiſtratus officijs ac virtutibus quaſi in ſumma diximus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mus. Sunt autem plures & virtutes et officia, de quibus in illorum præceptorum explicatione, ad quæ propriè pertinent, diſſeremus. Nunc breuem admonitionē de Principū ſignis addemus propterea, quòd illa aliquā notationem inſignem virtutum & officiorum continent:

Aquilæ effigiem Imperator & multi alij Principes in ſcutis habent, non propter rapacitatem, ſicut vulgus ex vnguium curuitate colligit, ſed tùm propter perſpicatiam, quia aui acutiſsima eſt oculorum acies, & principem in gubernatione Lynceo eſſe perſpicaciorem neceſſe eſt, quod & vetus ſymbolum, nimirum ſceptrum cum oculo ſignificabat: tùm propter fœtuum ſuorum defenſionem & nutritionem, ad quas res eſt acerrima & valde induſtria auis: Atq; Imperatoris Aquila biceps eſt, non tantùm quia ſignificabat vtrumq; Imperium & Orientis & Occidentis, ſed etiam quia duplo alijs principibus perſpicacior eſſe debet. Gubernat enim ſuos ſubditos, & eſt ſupremus inſpector, vt & alij rectè regāt et iudicēt.

Leonum imagines non ſignificant truculentiam, ſed magnanimitatem heroicam in tota gubernatione & in bellis, quæ ad defenſionem & iniuriarum propulſationem ſuſcipiuntur, fortitudinem contra hoſtes, & clementiam erga ſubditos, ſicut in verſu dicitur:

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Vtroq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Vtroq; tam pacis quàm belli tempore bonus Princeps gerat animum leonis, hoc eſt, heroicum, non ſinat ſe facilè irritari, ſed multa non atrocia contemnat, quaſi ludibria vitæ humanæ. Sicut leo puerorum & catulorum luſus & irritationes contemnit: Sed cùm neceßitas poſtulat, ſit animoſus dux populi, quia vt Gabrias Athenienſis dixit: Melius eſt exercitus ceruorum duce leone, quàm ceruo duce exercitus leonum:

Gryphes Æthiopici ſunt benè auriti (vt ſcribunt) & acutißimè audiunt. Itaq; ſignificant Principes ſeu eos, qui ſunt in Magiſtratu, ad audiendum debere promptas & attentas habere aures. Sic enim mulier Philippo neganti illi audientiam, reſpondebat: Ergo noli Rex eſſe, admonens Regem aut Principem Magiſtratumq; audire debere.

Bubulorum & Vrorum capita fortitudinem cum prudentia coniunctam ſignificant.

Stellæ ſignificant Principes eſſe perſonas conſpicuas, ad quas omnium oculi vertuntur, ideoq; debere ipſos alijs hominibus lumine & ſplendore virtutum prælucere, quamobrem etiam vocantur Illuſtrißimi.

Lilia & Roſæ ſignificant beneficentiam: Sicut enim Roſæ vltrò de ſe ſpargunt bonum odorem, Ita Princeps ſeu Magiſtratus ſuas

virtu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

virtutes tanquam ſuauem odorem ſpargere & communicare debet.

Trabes ſignificant Principes debere eſſe cuſtodes & conſeruatores œconomiarum, quia trabibus conſtant domus, & œconomiæ ſunt politiarum trabes & fulcra. Inſigne ducatus Holſatiæ, quod eſt folium vrticæ cum tribus clauibus crucifixi Chriſti, illuſtris eſt ſignificatio, quòd Principes debent agere curam religionis, vt prædicetur crucifixus Chriſtus, licet ea cura adferat ſecum crucem & moleſtias vrentes carnem.

Cycni amorem artium & doctrinarum & pacis fortitudinemq́, in neceſſaria defenſione ſignificant. Etſi enim cycni nullas aues laceſſunt, tamē prouocatæ etiã aquilas vincunt.

Quid Epiſcoporum cruces et claues ſignificent, manifeſtum eſt. Debent autem Epiſcopi intuentes ſua inſignia non galea, ſed mitro tecta cum pedo, cogitare, quòd antiquitas admonere voluit de diſtinctione officiorum politicorum & Eccleſiaſticorum, iuxta dictum Chriſti: Reges gentium dominantur, vos autem non ſic. Rectè deridet Bonifacium VIII. Crantius, qui anno 1250 primo die feſti ſolennis in Iubilæo venit Romæ in templũ præſentibus legatis Cæſaris cum habitu Pontificiali, benedicens populo conſuetudine Papali,

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sed ſecundo die in templum redijt, habitu Cæſareo, Aulico quodam gladium nudum præſerente, Cumq; conſediſſet, exclamauit alta voce: Ecce duo gladij hic. Addit autem Crantius: Vide ô Petre ſucceſſorem tuum, & tu Salutifer Chriſte, tuum cerne Vicarium. Vide, quò aſcendit ſuperbia ſerui ſeruorum tuorum. Iuxta hæc exempla de aliarum imaginum ſignificationibus iudicari poteſt.

Sit autem bonis Magiſtratibus ſemper in conſpectu ſapientiſſima Demoſthenis ſententia, quæ cum verſu conuenit Horatij:

Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.

Quemadmodum (inquit Demoſthenes) in naui ſi quis ex ſeruis aut nautis illis inferioribus peccet, non ita magnum eſt incommodum: verùm ſi ipſe gubernator aberrat aut delinquit, neceſſe eſt omnes periclitari, qui in eadem ſunt naui: Ita in ciuitate quicquid delirant priuati homines, ipſis tantùm autoribus obeſt, nec ſpargitur illud incommodum in totam ciuitatem: At ſi ipſi Magiſtratus atq; Reipub. principes rem malè gerant, fieri non poteſt, quin tota ciuitas particeps ſit infortunij.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XVIII.

DE HONORE QVARTI PRÆCEPTI in genere.

COmplectitur Deus in quarto Præcepto omnium inferiorum perſonarum in quolibet ordine officia erga ſuperiores vna honoris appellatione. Quare honoris vocabulum rectè intelligatur. Eſt autem honos exiſtimatio honorifica de alio cum amore, reuerentia & debita obedientia, propter ordinationem Dei, ac propter virtutes & merita.

Complectitur itaq; honos hæc quatuor:

Primo cognitionem diuinæ ordinationis & officij in perſona honorata. Nam filius in parentibus, Seruus in domino, Subditus in Magiſtratibus, Scholaſticus in præceptore, ipſam Dei ordinationem inprimis conſiderare, amare, venerari & reuereri debent, quam qui contumelia afficit, non tantùm homini, ſed & Deo iniuriam facit, quia diuinæ ordinationi reſiſtit, vt inquit Paulus, & veteri latina phraſi impius vocatur.

Secundò comprehendit honos gratam agnitionem operum & beneficiorum Dei, qua

per

per illas impertit Deus, quos in officiorum gradibus collocauit. Eſt enim non ſolùm ad homines, ſed & ad Deum gratitudo, vt liberi, miniſtri, ſubditi, ſcholaſtici, auditores, ea beneficia gratis animis agnoſcant, quæ à Deo per parentes, dominos, magiſtratus, præceptores, Eccleſiarum doctores acceperunt, & quotidie accipiunt.

Tertio, Honoris etiam pars eſt ἐπιείκεια, ſeu candor infirmitates ſuperiorum tegens ac tolerans, neq; enim ſuperiorum næui ignominioſè ſunt reuelandi, ſicut impius Chamus fecit. Sed quemadmodum Petrus dicit: Non ſolùm bonis, ſed etiam diſcolis obediendum eſt: Sicut etiam Socrates dixit: Patri quamuis duro ſicut legi auſteræ obediendum eſt.

Quartò, Complectitur honos debitam obedientiam, quæ eſt virtus inter homines maximè neceſſaria. Sicut enim inobedientia eſt omnium virtutum humanarum, ſocietatum & ordinum peſtis & diſſolutio, quemadmodum rectè dicit Sophocles in Antigona: Inobedientia nullum maius malum eſt, hæc vrbes perdit, & vaſtas domos facit: Ita obedientia in rebus humanis eximium bonum eſt, cuſtos & mater, vt Auguſtinus inquit, virtutum, & columen omnium ſocietatum, ſicut apud Stobæum dicit Xenophon: Obe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dientia ciuium fœlicitas vrbis eſt. Et Euripides : Hoc eſt quod ſeruat vrbes, obedire legibus.

CAPVT XIX.

DE HONORIS ET OBEDIENTIÆ ORdine. Item, de obedientiæ metis.

ANte diſtributionem officiorum, quæ perſonæ inferiores in quolibet vitæ genere ſeu ordine ſuperioribus debent, dicendum eſt de ordine obedientiæ, qui præſcribitur in mandato Chriſti: Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei, Deo, Atq; in regula à Spiritu ſancto tradita: Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. Vt enim in dignitatis & authoritatis ordine Deus meritò in ſupremo gradu conſiſtit, ita viciſſim ſumma obedientia eſt ea, quæ Deo debetur, à qua omnis obedientia ad homines & initium accipere, & ad eum referri debet, ſicut Petrus admonet: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Dominum, 1. Pet. 2. Et Paulus Ephe. 5. Subditi eſtote inuicem, in timore Dei. Inſignia dicta ſunt, quæ clarè affirmant, obedientiam inter homines non eſſe ex

tyranide

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tyrannide ortam, ſicut ille dixit: Si robuſtior es, impera, ſi infirmior es, dominum patere: Sed eſſe à Deo ordinatam, & quidem ſic eſſe ordinatam, vt amuſsim ſeu regulam habeat timorem Dei, ſeu obedietniam ad Deum, & oſtendentem cauſam obtemperationis inter homines, & demonſtrantem metas, à quibus illa neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram deflectere debet.

Ideoq; vult Deus, vt hanc amuſsim ſeu regulam etiam ſine libris in conſcientia noſtra circumferamus, ſicut Paulus dicit ad Rom. 3. Propter conſciētiam oportet obedire. Hinc itaq; ſequitur, quòd in ijs, quæ propter Dominum, vel ſaluo timore Dei, ac cum bona ad Deum conſcientia fieri non poſſunt, nulla eſt humanæ obedientiæ obligatio. Et qui eam in tali cauſa ſuperiori negat, ſiue pater ſit, ſiue dominus, ſiue Rex, ſiue Cæſar, non ſit inobediens, propterea quòd Deo obtemperat, cui prima & ſuprema obedientia debetur, iuxta regulam Apoſtolicam: Oportet Deo magis obedire quàm hominibus. Itaq; Auguſtinus rectè dicit: Per obedientiam nunquam debet fieri peccatum, ſiue id Rex, ſiue Cæſar præcipit. Ita Daniel Regi, qui adorationem veri Dei prohibuerat, ſe excuſat, Coram te, inquiens, ô Rex, delictum non feci,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

hoc eſt, nihil contra te admiſi iniuſtè, quia Deo obtemperaui. Chriſtus Matth. 10. eam ſuperſtitioſam & impiam obedientiam reprehendit, cùm reuerentia erga homines antefertur pietati ad Deum: Qui amat, inquit, patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus. Et Luc. 13. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Hanc admonitionem de obedientiæ ordine & metis etiam recta ratio aliquomodo intelligit. Et quidem ipſe humanorum imperiorum ordo exempla monſtrat, in quo ſemper præfertur ſuperioris autoritas, nec inobedientiæ damnatur qui, vt Regi obtemperaret, præfecti regij aut conſulis autoritatem neglexit.

Apud Euripidem in Iphigenia inquit Achilles: Obtemperabimus Atridis, honeſta præcipientibus, ſin inhoneſta præceperint, recuſabimus obedire.

Apud Sophoclem Antigona grauiter ſeſe excuſat Creonti regi, quòd nõ debuerit ob metum regis violare legem naturæ, quæ ſit diuina, & cùm ad filium Hæmonem defendentem Antigonam ſponſam, dicit Creon: Peßimè litigas cum patre: Reſpondet Hæmon, Video enim te iniuſta facere.

Creon: An pecco, dum principatum meum honore afficio?

Hæ-

Hæmon: Non honoras, dum honorem Dei conculcas.

Recitabo etiam inſignem Muſonij ſermonem è Stobæo: Iuuenis quidam, quem pater philoſophandi cupidum prohibebat, Muſoniū interrogauit his verbis: An Muſoni per omnia obſequendū eſt parentib⁹, aut in aliquibus rebus id non faciendum eſt? Cui ille reſpondit: Parere quidem vnumquemq; ſuis parentibus decorum videtur, & à me commendatur. Sed quid nam ſit parere, videamus. Et primò quidem potius quid ſit immorigerum eſſe, et quis inobediens ſit, diſpiciamus: Age, ſi pater, qui medicus non eſt, neq; ſalubrium ac contrariorum peritus, filium ægrotantem aliquid facere iuſſerit, tanquam conducibile, quod tamen noxium ſit & inutile, Diciturne filius non obtemperare, & inobediens eſſe, niſi iuſſa fecerit? Non equidem videtur. Item, Si ipſe pater alicuius morbo laborans vinum aut cibum intempeſtiuè petierit, vt quibus aſſumtis ægritudinem aucturus ſit, filius autem id ſciens non exhibuerit patri, an inobediens ille eſt? Nemo hoc dixerit. Et multo minus illum quis inobedientem appellauerit, qui patrem habens, ab eo furari aut depoſito fraudare quempiam iuſſus, ei non obtemperauerit. Itaq; ſiue patris, ſiue Magiſtra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tus, ſiue domini præceptis, mala, iniuſta, vel turpia imperantis, non obſequens quis fuerit, nequaquam inobediens eſt, neq́ iniuſte neq́ perperam facit &c.

Cùm autem huic admonitioni lucem aliquam afferat doctrina de iuſticia vniuerſali & particulari: Ideo eam breuiter declarabo.

CAPVT XX.

DE IVSTICIA VNIVERSALI ET PARticulari.

NOtum eſt, iuſticiæ vocabulum aliter accipi in doctrina Euangelij, aliter in doctrina de moribus. In diſputationibus Theologicis de iuſtificatione hominis coram Deo, ſignificat iuſticiam fidei, remiſsionem peccatorum, ſeu iuſticiæ imputationem, ſed in morali doctrina ſignificat virtutem & obedientiam in homine, propter quam iuſtus dicitur: Atq́ in duas ſpecies diuiditur, vniuerſalem & particularem.

Vniuerſalis iuſtitia debebat eſſe perfecta hominis obedientia erga totum Decalogum, ſeu omnes leges ad hominem pertinentes,

tes, ſed quia talis non eſt in hac corrupta hominum natura, ideo Ethicè ſic definiri poteſt, quòd ſit obedientia iuxta omnes leges in humana ſocietate, quæ honeſtis legibus regitur, habens teſtimonium conſcientiæ de voluntate ſeu proæreſi rectè agendi, ſecundum diſcrimen honeſtorum & turpium, Decalogi & legis naturæ.

Etſi autem magnum eſt diſcrimen inter iuſticiam vniuerſalem hominis Chriſtiani, quam regit Spiritus ſanctus, & Ariſtidis ſeu Socratis, ſicut in primo libro de virtutum differentia eſt dictum: tamen ex ſaniorum Philoſophorum ſcriptis manifeſtum eſt, quòd etiam Ethica doctrina ad vniuerſalem iuſticiam tale teſtimonium conſcientiæ requirat.

Vocat autem Plato priuatam iuſticiam ſimpliciter bonam conſcientiam, ſeu harmoniam & conſenſum virium hominis, quæ facit bonam conſcientiam, ſicut harmonia vocum dulcem Muſicam efficit: Nam ſine hac prima iuſticia, ſecunda iuſticia externarum actionum non eſt verè iuſticia, ſed tantùm ſimulatio, quam propria cuiuſq; mens repræhendit, etſi à nullo homine depræhendatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Particularis iuſticia, eſt virtus ſuum cuiq; tribuens. Hæc definitio Simonidis, etſi à Platone repræhenſa fuit, tamen & in Philoſophorum & in Iureconſultorum ſcholis retinetur, quia eſt breuis & dilucida.

Ac rurſus in duas ſpecies diſtinguitur ea iuſticia, Diſtributiuam & commutatiuam. Et commutatiua quidem propterea, quòd circa rerum commutationes & contractus verſatur, ad ſeptimum præceptum pertinet. Diſtributiua autem iuſticia eſt, quæ in ſocietate humana perſonas ordinat, diſtributione miniſteriorum & dignitatum. Et viciſsim gubernat obligationem & communicationem honoris, obedientiæ, officiorum, præmiorum, quæ cuilibet perſonæ in ſuo gradu debentur. Vt autem in præcedenti Capite diximus, per obedientiam erga homines non eſſe violandam obedientiam, quam debemus præſtare Deo: Ita & hæc diuiſio Iuſtitiæ admonet ſic colendam eſſe iuſtitiam diſtributiuam, ne violetur Iuſticia vniuerſalis, & quidem ne ea, quam Plato vocat primam & priuatam Iuſticiam propriæ cuiuſq; conſcientiæ, abijciatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXI.

DE LIBERORVM OFFICIIS ERGA parentes.

GRauiſſima eſt Apoſtoli admonitio ad liberos, Filij, obedite parentibus veſtris in Domino, namq́; hoc iuſtum eſt. Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram, Epheſ. 6. Tria ſunt in ea admonitione argumentorum pondera.

Primum de obligatione naturali, quam omnes homines etiam ſine lege iuſtam eſſe iudicant. Eſt enim à Deo naturæ noſtræ ſenſus huius obligationis impreſſus, cuius motum omnes homines in ipſo corde ſentiunt, etiamſi ſint ignari legis, Et hanc naturalem obligationem illuſtrat grata recordatio beneficiorum & officiorum, quæ à parentibus accepimus, Sicut Tobias ſenior ad filium de maternis officijs dicit: Honorem habebis matri tuæ, memor enim debes eſſe, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te: Et Syracides cap. 7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris, & retribue illis, ſicut ipſi tibi, memento quoniam, niſi per illos, natus nō fuiſſes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secundum eſt mandatum Dei in quarto præcepto, propoſitum ſummo loco inter ea mandata, quæ de officijs hominum inter ſe mutuis præcipiunt.

Tertium eſt promiſsio addita à Deo huic præcepto in Decalogo, & per contrarium ſenſum etiam de comminatione admonens. Hæc pondera conſiderare liberi atq; ſæpe in animo ſimilia Dei mandata, vna cum promiſsionibus & comminationibus, repetere debent. Deut. 5. Honora patrem tuum & matrem tuam, ſicut præcepit tibi Dominus, vt longo tempore viuas, & bene ſit tibi in terra. Eccleſ. 3. Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die Orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrem ſuũ, vita viuet longiore. Qui timet Dominũ, honorat parentes, & quaſi Dominis ſeruiet his, qui eum genuerunt, opere & ſermone & omni patientia: Honora parentẽ, vt ſuperueniat benedictio tibi à Deo, & benedictio illius in nouiſsimo maneat: Benedictio patris firmat domos filiorum. Maledictio Matris eradicat fundamenta. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius, et ſi defecerit ſenſu, veniã da, & ne ſpernas eum in virtute tua. Eleemoſyna enim patris non erit in obliuione: Infamis eſt qui dereliquit patrem & eſt maledictus à Deo, Deut. 27. Maledictus, qui non honorat patrem

trem & matrem: Prou. 20. Qui maledicit patri & matri, extinguetur lumē eius. Prou. 30. Oculum eius qui ſubſannat patrem, et deſpicit matrem effodient corui. Exod. 13. Qui percuſſerit patrem ſuum & matrem ſuam, morte moriatur. Et qui maledixerit patri & matri, morte moriatur.

Vult Deus hanc obligationem in hac vita manere firmam, & nulla mutatione dignitatis, aut honoris aut conditionis mutari vel tolli, Peßime itaq; facit Romanus Antichriſtus, qui illos quos in ſocietatem ordinis Monaſticorum recipit, impijßimo iuramento cogit Parentibus in perpetuum negare debitum honorem & obedientiam: Ita ille hoſtis Dei obligationem à Deo & naturæ ſancitam nefariè diſſoluit, neq; intelligit, quod expreßè à filio Dei repræhenduntur, qui ſuperſtitioſæ religionis prætextu aut negligunt parentes, aut negligendos eſſe docent: Quare vos (inquit, Matt. 15.) transgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit, Honora patrem & matrem, qui maledixerit patri aut matri, morte morietur: Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit Patri vel matri, Corban quodcunq; eſt ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam, & irritum feciſtis præceptum Dei propter traditionem veſtram. Peccant etiam

contra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

contra hanc obligationem, qui ad altiores gradus honorum & fortunæ euecti parentes deſpiciunt: Imitari exemplum debemus filij Dei, Qui Mariæ matri & Ioſepho ſubditus fuit: De Dauide quoq; ſcriptum eſt, 1. Regum 17. Quod poſtquam iuſſu Domini in Regem vnctus fuit, Tamen tanquam miniſter parenti obediuit in officio domeſtico, vt cibum ad fratres ferret.

Mors omnes obligationes huius vitæ ſoluit: Attamen quando Chriſtus filium viduæ ad hanc vitam ex morte reuocauit, (Luc. 7.) reddidit eum matri ſuæ, vt illuſtri exemplo palam oſtenderet vinculum huius obligationis nulla emancipatione, aut conditionis mutatione in hac vita rumpi debere. Quare non meretur laudem exemplum Venetum. Anno 1361 Laurentius Celſus dux Venetæ Reipub: eſt creatus, is mox cum patre ſuo de reuerentiæ debito contendere cepit, neuter enim nudato capite voluit alteri aſſurgere & honorem exhibere. Pater quia pater eſſet, Filius quia dux eſſet, donec tandem communi conſilio ſenatus hoc inuentum eſt remedium, vt pileo ducali aurea crux affigeretur, vt coram ea pater, quoties filium ducem accederet, caput reuerenter nudaret & inclinaret: Non fuiſſet opus hoc conſilio ſi

obliga-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

obligationem præcepti quarti recte, ſicut Ioſephus, Dauid & Salomon, intellexiſſent.

Debent quoq; liberi parentibus egenis & ſenibus officiorum & alimentorum communicationem, quam Deus larga præmiorum remuneratione compenſat. Sicut Syracides dicit: Eleemoſyna patris non erit in obliuione: Nota eſt hiſtoria Ioſephi, & Dauidis cum Saulem fugeret, ~~qui magis de ſenibus parentibus, quam de ſemetipſo ſollicitus fuit.~~ Eos enim regi Moabitarum commendauit, 1. Regum 22. Græci vocant ἀντιπελαργεῖν, *propterea quod Ciconiæ ſenes parentes portare & alere ſcribunt.*

Et non debent liberi parentum precationes, execrationes ſeu benedictiones & maledictiones leuiter curare, ridere aut contẽnere: Duobus filijs pijs Semo & Iapheto benedixit, Noa impio autem Chamo maledixit: Gen. 8. Quanto cũ deſiderio Iacob expetiuerit benedictionem patris Iſaaci: docet hiſtoria Geneſ. 27. Benedictiones quas Iacob ſuper liberos dixit, ſcribuntur Gen. 49. Et conſideratio hiſtoriarum atq; euentuum, qui ſunt ſecuti, veritatem & effectum demonſtrant. Quare inhæreat ſemper in memoria Syracidæ dictum: Benedictio Patris firmat domos filiorum.

Male-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Maledictio verò matris eradicat fundamenta.

Eſt autem piorum parentum benedictio pia precatio pro liberis, quæ vt Iacob inquit, multum valet: Et eorum maledictio quaſi domeſtica eſt excommunicatio & prophetia de pœnis, quæ comminationes Dei ſequuntur.

Atq; obſeruatione dignum eſt, quod etiam in communi vita Ethici Philoſophi exempla obſeruauerunt. Sic enim ex Pampeli Pythagorici libro de parẽtibus recitat Stobæus: Exiſtimandum eſt nullum apud Deos magis honorandum ſimulachrum habere nos poſſe, quam patres & auos ſenio confectos, ſimiliter & matres: Nam ſi quis muneribus aut honoribus parentes exhilarat, Deus bona rependit. Niſi enim Deo curæ eſſent parentes, minime illos ſuper filios precantes exaudiret: Mirabilius profecto, & auguſtius parentum ſimulachrum, quàm inanimes quæq; imagines videri debent: Nã quæ animã habent, quando coluntur & ornantur à nobis, pro nobis orant, & optima dona pro nobis precantur, quando deſpiciuntur, contra: Quæ vero anima carent, neutrum horum faciunt, quo circa qui erga parentes & auos cæteroſq; huiuſmodi ſe recte gerit, is ad Deos ſibi conciliandos ſimu-

lachrorum omnium optima poſsidet: Omnes igitur qui ſapit, colat & veneretur parentes & execrationes, multas illarum ſæpe tum euentu comprobatas ſciens: Sic & Plato dicit: Preces parentum aduerſus filios ſæpe audiuntur, cuius ergo pater vel mater, vel horum parens ſenio confecti, quaſi theſaurus quidam domi exiſtunt: Is putet nunquam aliquod ſibi tale ſimulachrum magis efficax domui ſuæ affuturum, ſi rectè, vt decet, ab eo colatur.

Omnes quoq; honeſtæ leges obedientiam & honorem parentum præcipiunt apud omnes gentes, atq; inobedientes coerceri & puniri mandant: Athenis, vt Xenophon teſtatur, actio fuit data in iudicio contra eos, qui parentes non afficiebant honore, & erga ipſos ingrati erant, atq; iudicatum eſt, eos eſſe indignos, qui ad Magiſtratus & ſacrificium admitterentur. Hinc eſt illud apud Demoſthenem contra Ariſtogitonem. Quis illi fidem habeat, qui ex animo parentum amorem eiecit? Ego non modo nihil ei fidei habeo, ſed & Dijs inuiſum ac hominibus eſſe exiſtimo, qui parentes neglexerit. Neq; vlla atrocior pœna, quam in parricidas conſtituta fuit, quos leges inſutos culeo

cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eum cane, gallo, vipera & Simia in aquas abijci iubent: De quo ſupplicij genere ſic ſcribit Cicero: Nullum ſatis vere ſupplicium in eum reperiri poteſt, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet iura diuina atq; humana poſtulant. Solon cum interrogaretur, cur nullum conſtituiſſet ſupplicium in eum, qui parentem necaſſet? Reſpondit: Se id neminem facturum putaſſe: Sapienter feciſſe videtur, cum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat, ne tam prohibere quã admonere videretur: Maiores noſtri cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in Parricidas ſingulare excogitarunt, vt quos natura ipſa retinere in officio non poſſet, ij magnitudine pœnæ maleficio ſubmouerentur. Inſui voluerunt in culeum viuos, atq; ita in flumen deijci, & videntur hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repente Cœlum, Solem, terram, aquam ademerunt, vt: qui eum necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret ijs rebus ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt corpus obijcere feris, ne beſtijs quidem, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vterentur, non ſic nudos in flumen deijcere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera quæ violata ſunt, expiari

putan-

putantur. Talia legentes in Ethnicis ſcriptoribus cogitare debemus, quanto magis oporteat nos, qui Chriſtiani ſumus parentes noſtros honorare. ~~Et eſt certum quod Deus benefaciat~~ illis, qui Parẽtes colunt, & viciſſim puniat illos, qui parentibus honorem debitum non præſtant. Sicut eſt punitus ingratus filius Dauidis Abſolon, & multi alij: Vt autem hæc admonitio ex Ethnicorũ collatione ſumpta magis infigatur animis, Ideo plura quædam, tum dicta, tum exempla ex Philoſophorum libris proferam, Hyeroclis dictum eſt: Si quis parentes ſecundos & terreſtres quoſdam Deos dixerit, non errabit. Neceſſarium autem eſt exiſtimare, vnum, erga ipſos, gratitudiniſmo dum eſſe, perpetuam & nunquam remittentem beneficia ipſorum rependendi animi promptitudinem. Quantumuis enim multa in ipſorum gratiam fecerimus, ſemper tamen inferiora erunt omnia quam eſſe deberent. Theognis dicit: Nihil inter homines patre & matre præſtantius habent illi, qui ſanctam colunt iuſticiam, qui non honorant ſeneſcentes parentes, eorum regio parua eſt.

Euripides in Heraclide.

Quiſquis parentes hic pie viuens colit,
Hunc viuentemq́, mortuumq́, amat Deus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Non liberis eſt pulchrius munus aliud,
Quam liberos dici parentis optimi,
Parentibuſq; dignum honorem reddere.

Menander.

Lex iubet parentibus honores diuinis æquales præſtare.

Sophocles.

Iuſtum eſt vt liberi iuuent parentes.
Quid eſt ô pater cur hominibus liberi naſcuntur
Niſi in aduerſa fortuna feramus opem?

Timocles.

Quicunq; patrem timet ac reueretur,
Hic in bonum ciuem euadet proculdubio.

Orpheus.

Iupiter inſpicit illos qui colunt iura parentum
Et qui negligunt per animi imprudentiam
Ac illis quidē benignus ac mitis bona largitur,
His verò infenſus indignatur per furias,
Sunt enim vehementes in terra parentum furiæ.

Homerus de Simoiſio.

Nulla parentibus almis
Debita pro vita & pro dulci præmia victu
Reddidit, idcirco breuis ipſi eſt vita tributa.

Perictiones Pythagoricus.

Mali quicquam parentibus nec dicto, nec facto exhiberi oportet, ſed obedire cuiuſcunq;

unq; conditionis fuerint, & in quacunq; corporis, animi, rerumue fortuna, In pace, bello, ſanitate, morbis, diuitijs, paupertate, gloria, infamia, ſiue priuatis, ſiue in Magiſtratu conſtitutis parentibus adeſſe ipſis oportet, nec vnquam deſerendi ſunt. Hæc enim ſapienter, & recte fieri ab hominibus pijs exiſtimantur: Contemptus autem parentum peccati genus eiuſmodi eſt, quod in viuis ſimul & defunctis diuinitus damnatur, ab hominibus odio habetur, & ſub terra in loco impiorum vna cum reliquis impijs perpetuo punitur à iuſticia & infernalibus Dijs, qui his rebus inſpiciendis deſtinati ſunt: Honeſtiſsima enim eſt parentum facies imo diuina, & aſpectus vultuſq; eorum tanti fieri debet, quanti nec ſolis, nec omnium ſyderum, quæ gratiſsimas cœli choreas conſtituūt, aut ſi qua alia res iſtis maior à quoquam æſtimatur. Deos equidem arbitror, ſi contemni parentes viderint, haudquaquam eſſe toleraturos. Quamobrem colere eos par eſt, nec vnquam eis contradicere: Verum ſi quid ignorent morbi aut animi deceptionis vitio, conſolari atq; docere oportet, odiſſe nunquam: Maius enim inter homines peccatum admitti nequit, quam erga parentes impietas.

Cicero de Aruſpicum reſponſis: Parentibus nos prius natura conciliat, quos non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

alere nefarium eſt. Recitantur à Philoſophis & hiſtoricis etiam inſignia quædam exempla pietatis à liberis parentibus exhibitæ, quæ meminiſſe vtile eſt: Virgilius pingit Æneam parentem ſenem humeris ſuis ex Troiano incendio exportare.

Lycurgus, Pauſanias & Ælianus memorabilem hiſtoriam recitant, quæ accidit Olympiade 81. *hoc eſt, circa annum Mundi* 3510. *ætate Eſdræ & Nehemiæ: Æthna Siciliæ mons ſemper ardens eructauit ignitos torres & globos, qui tum in reliquam viciniam, tum vero in oppidum Catanam delati ſunt ipſamq́; incenderunt, ibi cum alij ſui ipſorum ſaluti conſulentes celerrime fugerent, Philomonus & Callias fratres, quos alij Anphinoum & Aſtropum vocant, parentes ſenes & imbecilles humeris impoſitos aſportauerunt. Cum vero impediti onere procedere celeriter non poſſent ac implicarentur turbine flammarum, tunc oſtendit Deus præſens, pios à ſe diligi ac curari: Dicitur enim flamma circumfuſa cæteros velocius præcedentes, qui parentes reliquerant corripuiſſe, diuiſa vero his viam præbuiſſe, eoſq́; ſolos manſiße incolumes, quam ob cauſam appellatio loci eſt, campus piorum, Deſcripta eſt etiam à Virgilio hæc hiſtoria his verſibus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Illis diuitiæ ſolæ materq́, paterq́,
Hanc rapiunt prædã mediumq́, exire per ignẽ
Ipſo dante fidem properant, ô maxima rerum,
Et merito pietas homini tutiſsima virtus.
Erubuere pios Iuuenes attingere flammæ
Et quæcunq́, ferunt illi veſtigia cedunt.

Valerius Maximus ſcribit Cimonem Athenienſem, vt patrem Miltiadem publice damnatum eximeret vinculis, vltro ſe carceribus obtuliſſe, Et filiam Cimonis patrem ſenem in cuſtodia publica mammis ſuis tanquam infantem aluiſſe, plura exempla apud Valerium extant.

Contrarium vero narratur de Tarquinio Superbo, vltimo Romanorum Rege, eiuſq́, vxore Tullia, Seruij Tullij Regis filia, Cum enim ambo, Tarquinius & vxor regnandi libidine arderent, immiſerunt in Socerum & patrem Tullum ſicarios, qui eum interficerent. Et Tullia mox vt patrem occiſum intellexit, vehiculo ſe ad maritum deferri iuſsit. Vbi ad locum cædis ventum eſt, Auriga conſpecto in via cadauere equos remoratus eſt, ſed nefaria mulier equos cum curru per patris corpus agi iuſsit: quam nefariam impietatem deſcribit Ouidius 6. Faſtorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Filia carpento patrios viſura penates
Ibat per medias alta feroxq; vias.
Corpus vt aſpexit lachrymis auriga profuſis,
Reſtitit, hunc tali corripit illa ſono:
Vadis, an expectas precium pietatis amarum?
Duc inquam inuitas ipſa per ora rotas:
Certa fides facti eſt, dictus ſceleratus ab illa
Vicus & æterna res ea preſſa nota eſt.

Horum filius Tarquinius cum Lucretiæ vim intuliſſet, nefarij parentes cum nefario filio regno ſunt pulſi, & Reſpublica Romana pro Regibus conſules accipit.

Ariſtoteles dicit hoc vere vulgo euenire, vt qualis quiſq; fuerit in parentes, tales viciſsim experiatur in ſe liberos: Quidam accuſatus quod patrem verberaſſet: hoc modo excuſauit impium ſcelus, & ille, inquit, Patrem ſuum verberauit, & hic, oſtenſo filio, me verberabit, adeo nobis hoc eſt familiare: Alius quiſpiam cum à filio crinibus traheretur, ventumq; eſſet ad domus limen, exclamauit, Deſine fili, nam & ego patrem meum huc vſq; traxi. Hæc ſunt horrenda exempla, quæ congruunt cum regula: In quo quis peccat in eo punitur.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXII.

DE OFFICIIS SCHOLASTICORVM SEV diſcipulorum.

SCholaſticus eſt perſona, ordinata voluntate Dei ad diſcendam doctrinam generi humano vtilem & neceſſariam de Deo & alijs rebus bonis, ne extinguatur noticia Dei inter homines, ſed ſeruetur Eccleſia, & ſeruetur diſciplina, & habeant homines alias honeſtas vtilitates in conſeruatione ſocietatum & corporum ex artibus, in quibus grata Dei fama ſpargitur. Vt autem in omni vitæ inſtituto & actione finem inſpiciendum eſſe recte ſapientes admonent: Ita Scholaſtici cogitatio ſemper in finem ſtudiorum intenta eſſe debet, vt eò omnes actiones & totam vitam dirigat.

Primo itaq; diſcat veram doctrinam Religionis, vt ſit ipſe membrum Eccleſiæ, vere agnoſcens Deum, & Filium eius Ieſum Chriſtum, in cuius cognitione ſumma ſapientia, & ipſa virtus æternæ vitæ conſiſtit, & recte Deum inuocans, & recte ſentiens de omnibus doctrinæ Chriſtianæ partibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Deinde diſcat alias honeſtas, vtiles artes ac linguas honeſtas & vtiles, quæ ſunt neceſſariæ in Eccleſia in Rebuſpub. in ſocietatibus, & in vita, atq; cum diſcendi ſtudio coniungat etiam diligentiam per auxilium Spiritus ſancti, pie & modeſte inſtituendi vitam, & regendi mores, iuxta normam legis diuinæ, & aliarum honeſtarum legum præceptionem, ac iuxta doctrinam de virtutibus.

Decet enim vt hominis ſtudioſi vita ſit conformis profeßioni de ſtudijs, Sicut Plato dicit: Diſciplinam honeſtam eſſe ſororem ſtudiorum.

Et vulgo dicitur: Qui proficit in ſcientia, & deficit in moribus plus deficit quam proficit: Quemadmodum enim turpe eſt, doctori, cum culpa redarguit ipſum. Ita etiam turpe eſt ſtudioſo pietatis, & bonarum artium: ſi vitam agat cum pietate, virtute, & bonarum artium, præceptionibus pugnantem, Quid autem magis contrarium eſt pietati, virtutibus, doctrinarum præceptis de conſeruatione honeſtatis, iuſticiæ, tranquillitatis, & diſciplinæ in ſocietatibus, & valetudinis in corporibus, quam ea eſt vita, quam multi profitentes ſe Scholaſticos ſectan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

flantur, plenam impietatis, inobedientiæ, libidinum, iniuriarum, helluationum & aliorum flagitiorum? quorum licentiam ſi quis ſibi prætextu ſtudiorum conceſſam eſſe putat, næ ille flagitioſè ſtudioſæ vitæ & ordini facit iniuriam. De diſcendi ſtudio eleganter dicit Plato, diſcipulum debere eſſe φιλομαθῆ, φιλήκοον, ζητητικὸν, hoc eſt, cupidum diſcendi & audiendi & inquirendi, quod fit auditorum repetitione, meditatione & interrogatione de non intellectis. Rectè enim dicitur in verſu vſitato:

Lectio lecta placet, decies repetita placebit.

Atq; in Thæteto, tanquam peſtem pernitioſiſſimam, cauere iubet, ne ſimus αὐτοδίδακτοι, qui falſa perſuaſione faſcinati contemnunt docentes, & plærunq; fiunt autores abſurdarum opinionum, quibus veras doctrinas in Eccleſia & artibus corrumpunt. Extat & inſigne dictum ſimile veteris Comici, quod eruditè compræhendit requiſita ad ſtudia doctrinarum, & repræhendit eos, qui ſe ſtudioſorum officio præclarè perfunctos eſſe exiſtimant, ſi multos annos otioſi in ſcholis perdiderint:

Neq; natura ſine arte ſufficit
Cuiquam, omnino, quocunq; in ſtudio:
Nec ars per ſe ſine naturæ præſidio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quòd ſi iſta duo conueniant
Simul, adhuc deſiderantur ſumptus,
Amor, exercitium, oportunitas, tempus,
Iudicium, quod dicta ſtatim accipiat & intelligat.
Nam quocunq; iſtorũ deſtituatur quiſpiã,
Non aſſequetur inſtitutũ ſibi terminum.
Natura, voluntas, diligentia, ordo,
Sapientes faciunt bonosq; viros,
Annorum verò numerus nihil præter ſenectutem parit.

Cùm autem ea, quæ ad diſcendi diligentiam & vitæ culturam attinent, quotidie à bonis præceptoribus proponantur, idcirco ſciant diſcipuli, ſe hunc honorem præceptoribus debere, vt ipſorum legibus & monitis obtemperent, quæ eſt præcipua in diſcipulo erga præceptores reuerentia, qua illi maiorem honorem nullum à diſcipulis exoptãt.

Sit autem cum hac obedientia coniunctus amor præceptorum, & erga ipſos gratitudo, non tantùm donec ſub ipſorum inſtitutione viuũt ſcholaſtici, ſed etiam poſtea. Nam rectè inquit Ariſtoteles: Sicut Deo & parentibus, ita præceptoribus, qui nobis veram ſapiẽtiam impertiunt, non poſſe à nobis parem honorem & gratitudinem referri.

Alexander Magnus cùm interroga-

retur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

retur, vtrum magis deſideraret patrem Philippum, an Ariſtotelem præceptorem? Reſpondit: Præceptorem, pater enim, vt eſſem, ſed Ariſtoteles, vt præclarè eſſem autor fuit.

M. Antonius Imperator, præceptorum ſuorum aureas imagines in templo Lariũ poſuit, ac dixit: Illos ſuos lares eſſe, hoc eſt, Deos domeſticos. Quanti Socratem fecerit Plato & Xenophon, oſtendunt eorum ſcripta. Ariſtoteles etſi à Platone præceptore in aliquibus doctrinæ partibus diſſenſit, tamen eum tanti fecit, vt nomini ipſius aram in templo cum ſtatua conſtruxerit, in qua ſcriptum fuit, Hunc eſſe illum, quem probi omnes honorare & imitari debeant. Xenocrates cùm audiret Dionyſium Tyrannũ dicere ad Platonẽ præceptorẽ: Aliquis tibi caput auferet, forti animo ſubiecit, non prius quàm hoc, ſuũ demonſtrãs.

Noſtra ætate Deus ſingulari beneficio duos diuinos Præceptores Germanis dedit, Prophetam Lutherum, et collegam ipſius Philippum Melanthonem, quorum nomina nemo verè doctus ſine reuerentia vel audit, vel ipſe nominat. Sed quàm multi ſint ingrati diſcipuli, quos ipſi fideliſſimè docuerunt, & maximis beneficijs affecerunt, qui illos, in primis verò Philippum, viciſſim nefarijs contumelijs & criminationibus inſectantur, vulgo notum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tum eſt. Sed proculdubio Deus illam barbaricam ingratitudinem puniet, Quæ de officijs Eccleſiæ erga doctores hoc loco dicenda eſſent, de illis in expoſitione tertij Præcepti dictum eſt.

CAPVT XXIII.

DE OFFICIIS SVBDITORVM ERGA Magiſtratus.

DE ſubditorum officijs erga Magiſtratus grauiter præcipit Paulus ad Rom. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas, niſi à Deo. Quæ autem ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt, Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam Principes non ſunt timori bono operi, ſed malo, Vis autem non timere poteſtatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa, Dei enim miniſter eſt tibi in bonum, Si autem malum feceris, time, non enim ſine cauſa geſtat gladium. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malè agit. Ideo neceßitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: Ideo enim & tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc

hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debitum, cui tributũ, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorẽ, timorem, cui honorem, honorem. Ad Titum 3. Admonito illos, vt principatibus ac poteſtatibus ſubditi ſint, vt Magiſtratibus pareant. Et Petrus Epiſtola 1. Cap. 2. Subditi eſtote omni humanæ creaturæ, propter Dominum, ſiue regi tanquam præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Deum timete, Regem honorate.

Non eſt obſcurum, quòd iſtæ Apoſtolorum conciones ſeu admonitiones ex Chriſti reſponſo ad Iudæorum legatos ſumptæ ſunt: Date Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei Deo. Diſtribuunt autem Apoſtoli officia ſubditorum in tres partes: Honorem, timorem & perſolutionem tributorum. Ac de honoris generali ſignificatione in quarto Præcepto dictum eſt cap. 18. Quòd videlicet complectatur honorificam exiſtimationem, quæ oritur ex veneratione ordinis diuini, & ſemper ſecum habet coniunctum amorem, & quæ ſequitur, obedientiam voluntariam, vocaturq́ reuerentia: Deinde gratam beneficiorum agnitionem, quæ Deus per hunc ordinem impertit, quæ agnitio reuerentiam alit & confirmat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

firmat. Item ἐπιείκειαν coniunctam habet cum patientia, qua Magiſtratus infirmitates teguntur ac tolerantur, ne ordo diuinitus inſtitutus & publica tranquillitas turbetur per ſeditiones, ſicut Abſolon & Syba ordinem & tranquillitatem turbauerunt motis ſeditionibus contra Dauidem. Mephiboſet autem filius Ionathæ, etſi afficiebatur à Dauide magna iniuria, ſiquidem Dauid credens calumnijs ſerui ipſius Sybæ, ademit ipſi inaudito contra ius omnia bona, eaq́ calumniatori dedit. Poſtea cùm ſe excuſaret innocens Mephiboſeth, interpellando excuſationem abrupit, & iuſſit, vt cum ſeruo calumniatori bona partiretur. Hæc non fuit leuis iniuria: Attamen Mephiboſeth piè & ſapienter fecit, quòd fuit patiens, & ab omni cogitatione & ſtudio ſeditionis abſtinuit, in qua, ſicut rectè Thucydides dicit, eſt omne malum.

Admonet itaq́ hoc exemplum ſæpe etiam in gubernatione peccari à bonis Magiſtratibus: ſicut Salomon in Eccleſiaſten inquit cap. 7. Non eſt homo in terra, qui faciat bonum & non peccet: Ideo neceſſe eſt, vt ſubditi ſemper ob oculos præcepta Domini habeant, quæ reuerentiam Magiſtratus mandant, & ſtudium ſeditionis prohibent: Ad Roman. 13. Qui Magiſtratui reſiſtit, Dei or-

dinationi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nationi reſiſtit, Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Prouerb. 22. Cum ſeditioſis ne commiſcearis, quia repentinus veniet interitus eorum: Sicut multis exemplis ſacris & Ethnicis declaratum eſt. Atq; ius Regis, quod per Samuelem Iudæis, cùm Regem peterent, propoſitum eſt, multorum grauium onerum facit expreſſam mentionem, quæ ſecum adfert gubernatio. Petrus etiam ait diſcolis dominis obediendum eſſe.

~~Quia verò multi ſunt tam mali & pe-~~tulantes, vt Magiſtratus & leges oderint, neq; ſponte & libenter velint debitam obedientiam præſtare, ideo ordinauit Deus, vt Magiſtratus timeatur, & idcirco armauit Magiſtratum gladio ſeu poteſtate coercendi & puniendi vi corporali, fecitq; illum terribilem, vt quos amor ad reuerentiam ordinis diuini, ad obedientiam legum, & ad ſtudium virtutum non flectit, eos metus pœnarum in officio retineat, rectè enim dictum eſt:

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Atq; ipſa experientia vitæ oſtendit, in hac malicia humana multum ad eam, quæ eſt adhuc in plebe, diſciplinæ, honeſtatis, iuſticiæ & tranquillitatis conſeruationem conferre

ferre metum pœnarum. Si enim abſq; eo metu eſſet, melius inter feras immaniſſimas, quàm in humana ſocietate viueretur. Nec negligenda eſt hæc conſideratio, quòd Deus admirando modo hunc metum conſeruat. Nemo enim tam malus & petulans eſt, qui non ſentiat ſe conſpectu Magiſtratus terreri, non aliter, ac ſi in fronte Magiſtratus ſignum aliquod terribilis Maieſtatis impreſſum cerneret. Et venefici, qui ſe diabolis mancipauerint, cùm Magiſtratus iuſſu vinciuntur, venefica potentia deſtituuntur. In his exemplis conſiderari debet vis diuinæ ordinationis, quæ vult, vt Magiſtratus, malis timori eſſe debeat, vt Paulus inquit: Si malè feceris, time poteſtatem, non enim ſine cauſa gladium geſtat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malè agit.

Tertia pars officiorum, quæ ſubditi Magiſtratibus debent, eſt perſolutio vectigalium & tributorum, ſiue ea ſint ordinata ſiue vrgente neceſſitate indicta: Nam gubernatio & defenſio Reipub. magnos ſumptus exigit, quibus ſæpe non ſufficiunt ordinati reditus ſeu penſiones, præcipuè belli tempore, ſicut Archidamus Lacedæmonius præſtans vir & militia clarus, rogantibus ſocijs, quantum pecuniarum ſatis eſſet ad bellum Peleponneſiacum ſa-

cum ſa-

um ſapienter reſpondit: Bellum ordinata non quærit; Apoſtolus duas ſpecies penſionum ordinatarum nominat, φόρος ſignificat ordinata tributa ex fundis, & bonis ſubditorum. Τέλος vectigal eſt, quod penditur ex rebus, quæ aduehuntur vel euehuntur, ideo vt prohibeantur latrocinia & prædationes in vijs & in mari. Omnium autem tributorum hi ſunt fines: vt ſint ſtipendia gubernatorum, vt ſit theſaurus publicus, è quo ſumantur ſalaria miniſtrorum, qui ſocietati communi ſeruiunt in officijs Eccleſiaſticis, & ciuilibus, atq́; alij ſumptus, quos publica neceſſitas multos & varios requirit, vtq́; ſint ornamenta pacis & nerui bellorum.

Eſt autem valde neceſſarium in quolibet regimine vt æraria recte curentur, vtq́; cum decente magnificentia & libertate ſit coniuncta honeſta parſimonia, quò proſpiciatur, ne inutilibus profuſionibus æraria exhauriantur atq́; onerentur vſuris: Sapientiſſimus dux Luneburgenſis Erneſtus dicere ſolitus fuit: Miſerum eſt in paupertate regere,

Eam miſeriam ſentiunt multis modis tam gubernatores quam ſubditi. Porro ſicut Deus Magiſtratum & ſubditos in ſua ordinatione vinculo conſcientiæ & ſacroſancti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

iuramenti colligauit. Ita Magiſtratus condens leges, proponens edicta, & indicens tributa ſemper in conſilium vocet ſuam ipſius conſcientiam coram Deo, ne quid in illis rebus faciat, quo conſcientiam ad Deum contaminet & lædat, atq; viciſsim ſubditus præſtans obedientiam & perſoluens tributa debita conſcientiam propriam pro teſte & inſpectore à Deo adiunctam adhibeat, vt & in faciendo & dando ſit fidelis: Bona enim conſcientia tutiſsimus eſt Magiſtratus conſiliarius, & eſt certus teſtis de ſubditorum fidelitate, quam qui lædit, ille non homines tantum, ſed ipſum etiam Deum lædere ſe ſciat. De qua re etiam philoſophicum dictum Menandri admonet: Omnibus hominibus conſcientia Deus eſt. Hoc eſt, dictamen bonæ conſcientiæ à Deo eſt, & viciſsim quod contra bonam conſcientiam fit, id contra Deum fit: Sed multo clarius admonet de hac re Spiritus ſanctus, ſubditos nimirum Christianos, vt Paulus & Petrus dicunt, oportere obedire propter conſcientiam in timore Domini & propter Dominum: Hæc ſunt grauiſsima verba, quæ pium ſubditum ſemper de fide erga Magiſtratum debent admonere, & ſimul conſolari, quando ea quæ imperantur, ſunt dura.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

In omibus enim, quæ propter Deum & conſcientiam in timore Dei patimur & ferimus, præſtanda eſt obedientia Deo, Quanquam igitur peccant Magiſtratus, cum ſine neceßitate immoderatis oneribus, grauaminibus, expilationibus ſubditos onerant, excruciant & deglubunt: Tamen ſciant ſubditi. quod ſicut ceteræ peccatorum pœnæ, ſic quoq; iſta onera patienter ferenda ſint, iuxta dictum: Patientia vobis neceſſaria eſt: Item Patientes vbi opus eſt.

Omnino enim cauere debent ſubditi, ne ſint ſeditionum autores vel ſocij. Itaq; etiam tunc cum atrox iniuria, quæ ſine peccato ferri non poteſt neceſſariam recuſationem obedientiæ poſtulat, non ad ſeditionis auxilium, ſed ad beneficium legitimæ & conceſſæ defenſionis recurrendum eſt: Seditiones eſſe Diabolorum furores inſigni portento oſtenſum eſſe ſcribit Nicephorus. Nam cum Antiochæi ſeditionem mouerent contra Theodoſium propter impoſitum nouum vectigal, nocte ea, quæ diem ſeditionis præceßit, viſa eſt in aere furia, hoc eſt, Diabolus in forma mulieris magnitudine ingenti & aſpectu horrendo diſcurrens, & aerem magno flabello concitans, ac talem vocem edens,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

qualem edere ſolent, qui in caueis beſtias ad ferociam excitant.

CAPVT XXIIII.

REVERENTIAM CVM DILECTIONE vtiliorem eſſe quam metum ſine amore.

SApienter Mitio apud Terentium de Paterno imperio diſſerit:

Pudore & liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo, quam metu.
Et errat longe mea quidem ſententia,
Qui imperium credit grauius eſſe aut ſtabilius
Vi quod fit, quam illud quod amicitia adiungitur:
Mea quidem ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum,
Malo coactusqui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet:
Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium redit:
Ille quem beneficio adiungas ex animo facit,
Studet par referre, præſens abſenſq; idem erit.
Hoc patrium eſt potius conſuefacere filium
Sua ſponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater et dominus intereſt, hoc qui nequit,
Fateatur ſe neſcire imperare liberis.

Ea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Ea oratio etiam non inepte ad Politicum imperium accommodatur, cuius malus eſt ad diuturnitatem cuſtos ſine dilectione metus, de quo imprudenter Tyrannus in Tragœdia dicit: Oderint dum metuant: Quem enim multi ſine amore metuunt, eum viciſsim metuere multos neceſſe eſt. Sicut Dionyſius Siculus adeo ſubditos metuit, vt in toto regno nulli hominum niſi filiæ tonſuram barbæ crederet, quam poſtremo etiam metuens, ipſe ſibimet admota pruna barbam adurere conſueuit: quid tali vita poteſt eſſe miſerius? de qua miſeria dicitur: Tyrannus metuit Turbam, metuit ſolitudinem, metuit Satellitij abſentiam, metuit ipſos etiam cuſtodes, Nec armatos illos apud ſe nec inermes libenter videt: Et Claudianus dicit:

Qui terret, plus ipſe timet, ſors iſta Tyrannis
Conuenit, inuideant claris, forteſq; trucident.
Muniti gladijs viuant ſeptiq; venenis,
Ancipites habeant artes trepidiq; minentur,

Quanto vero beatior fuit Princeps ille Palatinus, qui cum audiret alios Principes de ſua potentia & diuitijs gloriari, ipſe hanc beatitudinem ſuam prædicauit, quod ſciret ſe à ſubditis ita diligi, vt nemo inter ipſos eſſet, in cuius ſinu non vellet ſine cuſtode integram noctem dormire in vaſto campo. Recte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

itaq; à Philone dictum eſt, Rex cum potentia manſuetudinem ſeruet, vt potius reuerentia à ſubditis colatur quam metu: Eſt lectione dignum hac de re Neronis & Senecæ colloquium in Octauia.

Nero ad miniſtrum.

Perage mandata, mitte qui Plauti mihi
Syllæq; cæſi referant abſciſſum caput.

Ille reſpondet.

Iuſſa haud morabor, caſtra confeſtim petam.

Interpellat Seneca.

S. Nihil in propinquos temere conſtitui decet.
N. Iuſtũ eſſe facile eſt, cui vacat pectus metu.
S. Magnum timoris remedium clementia eſt.
N. Extinguere hoſtẽ maxima eſt virtus ducis.
S. Seruare ciues maior eſt patriæ patri.
N. Præcipere mitem conuenit pueris ſenem.
S. Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.
N. Ætate in hac ſatis eſſe conſilij reor.
S. Vt facta ſemper ſuperi comprobent tua.
N. Stulte verebor eſſe cum faciam Deos.
S. Hoc plus verere, quod licet tantum tibi.
N. Fortuna noſtra cuncta permittit mihi.
S. Crede obſequenti parcius, leuis eſt Dea.
N. Inertis eſt neſcire quid liceat ſibi.
S. Id facere laus eſt quod decet, nõ quod libet.
N. Calcat iacẽtẽ vulgus. S. Inuiſum opprimit.
N. Ferrum tuetur principem. S. Melius fides.

N. De-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

N. *Decet timere Cæſarem.* S. *At plus diligi.*
N. *Metuant neceſſe eſt.* S. *Quicquid exprimitur graue eſt.*
N. *Iuſsiſq; noſtris pareant.* S. *Iuſta impera,*
Pulchrum eſt eminere inter illuſtres viros,
Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abſtinere, atq; tempus iræ dare,
Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo:
Hæc ſumma virtus, hac petitur cœlum via.
Sic illæ patriæ primus Auguſtus parens
Complexus aſtra eſt.

CAPVT XXV.
DE CONSILIARIIS.

SYracides inquit: Fili ſine conſilio nihil facias & poſt factum non pœnitebis. Id præceptum non tantum ad priuatos, ſed etiam ad Magiſtratus pertinet, quibus ideo magis ſapienti conſilio ad actiones opus eſt quam priuatis, quia ipſorum errores non tantum ipſis ſolis nocent, ſed adferunt pericula & calamitates publicas, Atq; præclare à Gregorio in Moralibus dictum eſt. Niſi per conſilium fulciatur fortitudo, deſtruitur, quia quo plus ſe poſſe conſpicit, eo virtus ſine moderamine deterius in præceps ruit: Sit ergo guberna-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tor pijs fidelibus & ſapientibus conſiliarijs inſtructis, quia temeritas & conſiliorum contemptus multorum malorum cauſa eſt in omnibus imperijs, ſicut exemplum Roboam oſtendit. Salus autem eſt, vt ait Salomon, Prouerb. 11. vbi multa conſilia ſunt, nimirum ſi cum timore & inuocatione Dei, à quo venit omnis bona & vtilis ſapientia ac felicitas, ſint coniuncta. Idq; tam gubernatores quam conſiliarij ſemper cogitent de inuocatione Salomonis petentis ſapientiam à Deo ad gubernationem piam, bonam & felicem, Atq; de Dauidis dicto: Pſalm. 119. quo affirmat præceptum Domini eſſe ſuos conſiliarios & ad horum normam & præſcriptum ſe per Spiritum ſanctum in deliberationibus & actionibus gubernari petit. Apud Romanos hanc fuiſſe conſuetudinem legimus, vt quoties haberetur Senatus de publicis negotijs, omnis deliberatio à religioſa cauſa inciperetur, Sic enim exiſtimabant ſe afflatu numinis, afflatum ad deliberationes excitare. Menander Comicus grauiter dicit:

Ægeſtatem conſilij
Mortalibus crebra afferre in commoda.
Recta enim conſultatione nihil eſt tutius:
Sacra profectò res eſt conſultatio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

A viro ſapiente conſilium admittas,
Sapiens enim è ſapientibus conſilium
naſcitur.

Homerus pingit Regem ſedere inter ſapientes & ſenes conſiliarios, cumq́; illis de omnibus rebus deliberantem, ac ſine ipſorum conſilio nihil conſtituẽtem vel dicentem, h.e. nihil mandantem & reſpõdentem publicè, niſi prius auditis eorũ cõſilijs. Talẽ fuiſſe Alexandrum Seuerum, qui anno Chriſti 225. factus eſt Imperator Romanus, hiſtoriæ teſtantur. Fuit ille Imperator laude dignus ob multas virtutes, & præcipuè ob iuſticiam & amorem doctrinarum, iudicia iuſtè adminiſtrari voluit, & Thurenum Verconium iniuſtum hominem fumo necari iuſſit, clamante præcone: Fumo punitur, qui fumos vendidit, quia ille ſolitus erat accepta pecunia Imperatoris reſponſa fingere, cùm cauſas nunquam ad Imperatorem retuliſſet. Scholas publicas aperuit, & conſtituit ſtipendia non tantùm docentibus, ſed etiam diſcentibus pauperum ingenuorum filijs, & has virtutes etiam in Ethnico ornauit Deus aliqua felicitate gubernationis & illuſtribus victorijs. Quamuis poſtea in Germanico bello vnà cum matre Mamaea Moguntiæ in tumultu militum, quem auaritia matris excitauerat, miſerè cum ipſa eſt

 interfe-

interfectus à Maximino Thrace. Cùm itaq; aliquando Conſtantinus Magnus audita hiſtoria de ipſius virtutibus, quæreret, quo pacto ille adoleſcens Cyrus in laudatum adeò principem euaſiſſet, cùm pauci boni Imperatores, ſed multa tetra monſtra hominum Heliogabalus, Caracalla, Domitianus, Nerones, Caligula præceſſiſſent? Reſponſum eſt ei, id potiſſimum probitati ac virtuti, ſapientiæq; eorum acceptum ferendum eſſe, qui Seuero ſemper adfuerunt à conſilijs. Fuerunt autem illi Vlpianus, Iulius, Paulus, Pomponius, Alphænus, Martianus, Fabius, Sabinus, Aphricanus, Hermogenes, Celſus, Modeſtinus, præſtantiſſimi Iureconſulti, Catilius, Seuerus, doctiſſimus Ælius Seuerianus, qui habitus eſt à populo vir omnium ſanctiſſimus. Tales cùm habuerit conſiliarios, ſapienter & cum laude imperium gubernauit. Porrò quod Sophocles de officio fidi ciuis ſeu ſenatoris dicit in Antigone, id etiam de officio boni & fidi conſiliarij in aulis principũ intelligi debet:

Ego, ſi quis in graui periculo ciuium
Verè ſalutarem ſciens ſententiam
Eam timore victus occultat tamen,
Hunc iudico ciuẽ eſſe malũ & inutilem.
Etſi quis antefert ſaluti patriæ
Priuati animi gratiam, atq; munera:

Hic

Hic eſt omniũ mortalium iniuſtiſſimus.
Ego Deum teſtem inuoco, ſi patriæ
Diſcrimen impendere video meæ,
Me voce dicturum, atq; mente libera
Sententiam, veriſſima quæ videbitur.
Nec vllus hoſtis ciuitatis publicus
Priuatim amicus eſſe ducetur mihi.
Sed nauis hæc quæ ſeruat omnes vnica,
Sed ciuitas, qua cũ vehementer integra
In ipſa amicos quærere florenti licet.

Solon ſapienter dixit apud Laërtium.
Principi conſule non dulciora, ſed optima.

CAPVT XXVI.

DE CIVITATIBVS.

Ciuitas eſt ciuium cohabitantium communitas ſeu ſocietas, quæ habet ius & facultatem viuendi ſub proprio Magiſtratu vrbano, iuxta leges ſeu communes, ſeu municipales, & vtendi ac fruendi ſimul templis, iudicijs, priuilegijs & foris, Nec ædificia & muri ſine ciuibus faciunt ciuitatem, nec ciues ſine ordinata & legitima diſpoſitione & forma Reipublicæ ſeu politiæ: ſed hæc in ciuitate coniuncta eſſe debent, vt rectè dicit Ariſtoteles, ciuitatem non eſſe propter muros, ſed propter politiam,
quam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quam definit eſſe ordinem inter habitantes ciuitatem, in regendo ac obediendo. Atqui ædificia alia ſunt Eccleſiaſtica ſeu ſacra, nimirum templa, quæ ſunt domus Dei, deſtinatæ ad Eccleſiaſticas congregationes, vt in illis prædicetur verbum Dei, adminiſtrentur Sacramenta Chriſti, fiat publica Dei inuocatio, ac ſancti cultus diuini, et ſcholarum ædificia, in quibus iuuentus eruditur in doctrina pietatis & bonarum artium, quæ ſunt piæ, honeſtæ, vtiles & neceſſariæ. Alia ſunt ciuilia ædificia, (nam propter ſanctum vſum & finem inter Chriſtianos prophana nominari non debent, quamuis à multis, proh dolor, nimis turpiter prophanantur) Ea ſunt aut publica, vt Curiæ & Tribunalia, in quibus habentur ſenatus, exercentur iudicia, Et quæ defenſioni, vt muri, portæ, propugnacula, vel alijs vſibus publicis ſeruiunt. Aut ſunt priuata ædificia, in quibus patresfamilias cum ſuis domeſticis habitant: Ciues autem ſeu incolæ ciuitatum, quos Ariſtoteles vnius ciuitatis ſocios appellat, in hos ordines diſtribuuntur: Alij ſunt Eccleſiaſtici, videlicet ſacerdotes, qui miniſterijs Eccleſiæ funguntur, quibus adiunctus eſt ordo doctorum & ſcholaſticorum. Alij ſunt ciuiles ſeu politici, inter quos Magiſtratus ſunt tanquam caput: Reliqui ciues

ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſunt corpus ciuitatis .·. Vt autem vna anima caput cum reliquo corpore ſeu membris colligat: ita Magiſtratus & omnes ciues colligati & deuincti ſunt vna religione, iuramento & legibus, & amore inter ſe mutuo, qui facit, vt illi tanqam patres patriæ regant, hi tanquam filij obediant. Atqui de iuramenti vinculo grauiter dicit Lycurgus, illud neruum eſſe totius publici ſtatus, quo inter ſe deuinciuntur omnes, qui ſunt vnius politiæ ſocij, eam ob cauſam, quia etſi multi hominum pœnas poſſunt effugere, tamen iudicium & pœnas diuinas nemo effugere poteſt, etſi non ipſi, tamen eius poſteri & tota familia puniuntur. Addit etiam iuramenti obligationem cum ipſa hæreditate ad hæredes tranſire.

Ciuitatibus vnius imperium inutile eſſe ſapienter dixit Demoſthenes:. Ariſtocratia autem vel mixta quædam politia ex Ariſtocratia & Democratia ciuitatibus vtiliſsima eſt. Et quamuis alibi aliter ſunt gradus Magiſtratuum diſtincti; Sunt enim alij Conſules, alij Prætores, Iudices, Senatores, tamen omnium Magiſtratuum hæc eſſe propria debent, vt ſint legitimè electi, vt fidi ſint patres ciuitatis, ſicut Romani ſenatum vocabant honeſtiſsimo nomine Patres conſcriptos, vt

iuſtè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

iuſtè ſecundum leges regant, & iudicent, defendentes bonos, & punientes malos, inq; eo officio potius totum corpus, quàm priuatas ſingulorum perſonas intueantur, & curent, vt quantum in ipſis eſt, ſint cuſtodes pacis & concordiæ, tùm internæ, tùm externæ, vt ſemina ſeditionum, diſcordiarum & bellorum ſtudioſiſſimè caueant, & cùm iacta eſſe ſentiunt, mox in ipſo puluere ſeu in ipſa herba ſapienter opprimant. Ciuitatibus enim diſcordiæ, ſeditiones & bella ſunt peſtifera: Concordia & pace creſcunt, diſcordijs, ſeditionibus & bellis vaſtantur, vt ſint alieni à tyrannide, auaritia, ambitione, ſuperbia, petulantia, & vicinorum contemptu. Hæc enim vicia cùm eorum animos occupant, qui ſunt in Magiſtratu, etiam optimas & florentiſſimas Reſpublicas euertunt. Itaq; etiam illi, penes quos eſt eligendi Magiſtratum poteſtas, cùm eligunt, Deum inuocare, & non ſuas affectiones erga perſonas ſequi, ſed vtilitatem Reipublicæ, & cum pietate virtutes ad felicem & bonam Reipublicæ gubernationem neceſſaria ſpectare debent. Nec negligenda eſt Ariſtotelis admonitio libro ſecundo Ethicorum, Felicem eſſe ciuitatem, in cuius Magiſtratu ſunt Philoſophi, id eſt, homines doctrina excellentes. Et Politicorum tertio:

Melius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Melius eſt regi ciuitatem à viro optimo quàm à lege optima. Bene enim ciuitati eſſe inquit Pyttacus, vbi malis imperare non licet. Socrates apud Platonem Dialogo octauo de Republica, deridet illos, qui in electione præferunt diuites. Et ſi quis, inquit ad Adimanthum, in nauis gubernatione à cenſus æſtimatione gubernatores eligat, pauperem verò licet gubernandi peritum, haud quaquam admittat, quid ex hoc ſequuturum cenſes? Adim: Vt malè nauem regat. Socrates: An non eodem modo quoq; in Magiſtratu accidet? Et apud Thucydidem libro 6. dicit Athenagoras: Diuites quidem meliores eſſe pecuniæ cuſtodes, ſed conſilia meliora dare viros prudentes. Cleon etiam libro quinto Thucydidis ſic dicit. Plerumq; illi, qui ſunt mediocribus ingenijs præditi, melius regunt ſuas Reſpublicas, quàm aſtuti. Hi enim volunt videri ſapientiores legibus, & vincere ea, quæ ab alijs dicũtur, quia ingenia in maiore re oſtentare non poſſunt, Ideo in multis negocijs ciuitates euertunt. Mediocres verò diffidentes ingenijs nõ volunt eſſe callidiores legibus, nec certare dicnedo cũ alijs, conſcij ſibi ſuæ infirmitatis, ideo ſæpius proſunt ciuitatibus.

Reliquum corpus ciuitatis eſt, vt dixi, populus, cuius partes tanquam membra ſunt,

primò,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

primo patricij, qui ex antiquis familijs ſunt oriundi, Secundò Agricolæ, de quibus Ariſtoteles dicit ſexto Politicorum: Optimus populus eſt, qui terræ colendæ eſt deditus. Tertiò Mercatores. Quartò Opifices. Quintò Inſtitores. Sexto Mercenarij.

Sic itaq; ciuitas omnium eorum, quos recenſuimus, pulchra eſt Harmonia politica, in qua cùm conſeruatur conſenſus & concordia, nihil vrbana ſocietate eſt in humana vita dulcius & iucundius. Sed cùm hanc Harmoniam interna diſcordia perturbat, tunc, quemadmodum diſſona Muſica beluinos mugitus refert, ita ciuitas belua eſt multorum capitum. Grauiter autem dicit Pindarus in Pythijs: Facile eſt ciuitatem concutere etiam imbecillibus, ſed rurſum in tranquillum ſtatum collocare, difficile eſt, niſi Deus ſit gubernator.

Tunc autem ſeruatur concordia, cùm ciues Deo & Magiſtratibus, Magiſtratus autem Deo et legibus obtemperant, & cùm tam Magiſtratus quàm populus vniuerſus omniū ordinum ſua ſtudia, actiones & conatus ad hos fines, ſuo quiſq; loco confert, vt in vrbana ſocietate colantur ſtudia bonarum artium, doctrinarum & virtutum, conſeruetur honeſta diſciplina, iuſtè exerceantur iudicia ad

defen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſenſionem bonorum & pœnam malorum,
ad cuſtodiam tranquillæ vitæ, pacis, iuſti-
tiæ, concordiæ & amicitiæ inter ciues, vt ſint
ores pij, caſti, ſobrij, modeſti, ſine impietate,
xuria, libidinibus, iniuria, violẽtia & petu-
antia, actiones & contractus ſint iuſti, ſine
uaritia, vi, dolo, ac fraude, ſermones ſint ve-
aces ſine contumelia & criminationibus, ne-
ociationes & opificia communi neceſſitate
& vtilitate ſeruiant cum honeſto lucro, &
non ſint impoſturæ, aut rapinæ, quibus plebs
xugatur aut compiletur. Inprimis autem vt
celebretur gloria Dei, conſeruetur vera Reli-
gio, vt prædicatione verbi diuini & vera
adminiſtratione ſacramentorum colligatur &
ædificetur Eccleſia, quæ Deum vera inuoca-
tione adoret, ſine cuius auxilio aut gratia nul-
la politia aut Oeconomia felix eſſe poteſt. Sicut
David Pſal. 127. grauiſſime & ſanctiſſime
admonet. Et quod hi debeant eſſe principales
fines non tantum ciuitatum, ſed omnium quo-
que ſocietatum aliarum, in quocunq; impe-
rio, regio, prouinciali aut vrbano, nimirum, vt
celebretur, colatur & inuocetur Deus, propa-
getur noticia veri Dei, & exerceantur indi-
cia ad conſeruationem iuſticiæ, aliarumq; vir-
tutum, ac pacis publicæ: id expreſſe dicitur,
Pſalm. 122. Hieruſalem ædificata eſt, vt ſit

 ciuitas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ciuitas, cuius ſocietas eſt ſimul, Quia illic aſ-
ſcendunt tribus, vt ibi fiat teſtificatio Iſrael
ad celebrandum nomen Domini, quia ibi ſe-
dent ſedes in Iudicio, ſedes domus Dauid.
precamini ſalutaria Hieruſalem. Et Pſalm.
102. de qualibet ſocietate dicitur. Colligen-
tur populi in vnum, & regna vt ſeruiant
Domino, Item, Pſal. 147. Lauda Hieruſa-
lem dominum, lauda Deum tuum Sion, Qui
confortauit ſeras portarum tuarum, Benedi-
xit filijs tuis in te, qui emittit eloquium ſuum
terræ, qui annunciat verbum ſuum Iacob, Iu-
ſticias & iuditia ſua Iſrael.

Apud Pindarum Oda: 13. in Olymp.
laudatur Corinthus hoc Encomio, quod deſcri-
ptionem optimæ politiæ continet:

Laudans domum victricem benignam ciuibus
& aduenis,
Corinthum celebro, veſtibulum Neptuni, or-
natum viris.
In ea lex habitat & ſorores eius
Iuſticia, fundamentum vrbium,
Et concors pax,
Filiæ Themdis, quæ ſunt cuſtodes opum,
Et quæ iniuriam arcent matrem faſtus.

Conuenit hoc Encomium cum dicto
Euripidis in ſupplicibus. Quod continet vrbes
hoc eſt, quando leges ſeruantur. Ciuitatis &

poli-

Politiæ Athenienſis deſcriptio eſt in oratione Periclis apud Thucydidem lib. 2. & collatio Athenienſium cum Lacedæmonijs in oratione Corinthiorum apud eundē autorem lib. 1. Eas orationes imo totū Thucydidem ſæpe legere & relegere debent ciuitatū gubernatores, quia is author cōtentiones, diſcordias, pugnas & bella græcarum ciuitatum deſcribit & multa exempla vtiliſsima obſeruatu proponit.

Porro monſtrant hiſtoriæ, quod ſicut homines, ita etiam imperia & ciuitates naſcuntur, & quaſi per gradus ætatum creſcunt, corroborantur, & rurſum ſeneſcunt, debilitantur et moriuntur, quas imperiorū & ciuitatū ſiue periodos, ſiue ætates, ſiue terminos Philoſophi ad fatū referunt. Etſi autem etiam recte ad has periodos accommodatur dictū Salomonis in Eccleſiaſte capite 3. Singulis ſuum tempus ſub ſole eſt, tempus eſt naſcendi, & tempus eſt moriendi, tempus eſt ædificandi, et tempus diruendi, tempus pacis, & tempus belli: tamen ſciendum eſt, quod ſicut Deus in hominum vita pietatem & virtutes ornat longæuitate, & felicitate, atq; viciſſim impietatem & ſcelera punit infelicitate & horribilibus pœnis, quibus flagitioſorum vita abrumpitur, iuxta dictum: Pſalmi 55: Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, Ita etiam in imperijs, regnis, ducatibus, ciuitatibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

donat Deus longam felicitatem, ſi colatur pietas, honeſtas, virtus, punit autem ſeditionibus, bellis, alijſq; pœnis & tandem prorſus deuaſtat, ſi neglecta pietate & virtute indulgeatur impietati, vitijs, ſceleribus, flagitijs. Hoc docent ſacræ literæ & hiſtoriæ multis inſignibus ſententijs & exemplis, quæ debent omnibus Chriſtianis eſſe nota: De imperiorum mutationibus generaliter dicitur Eccleſiaſtici. 10. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſticias, & iniurias, & contumelias & diuerſos dolos: De vaſtationibus terrarũ ſæpe legatur caput 24. Eſaiæ & 16. Ierem. De ciuitatum euerſionibus caput Eſaiæ 1. & 23. Sæpiſsime autem cogitetur de deuaſtatione Hieroſolymitana, quam Deus exempli gratia omnibus ſocietatibus propoſuit, ſicut expreſſe dicitur, Ierem. 25. Ecce in ciuitate, in qua inuocatum eſt nomen meum, ego incipio affligere, & vos quaſi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes, ego gladium voco ſuper omnes habitatores terræ dicit Dominus. Quod itaq; de Hieroſolymorum vaſtatione dicit Chriſtus, Matth. 23. & Lucæ 19. id omnia regna, omnes ciuitates, imo omnes ſocietates & homines ſibi dictum eſſe exiſtiment, videlicet: Ideo quod non cognouiſti tempus viſitationis

tuæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

æ, *Sic enim etiam cap. 17. Eſaiæ dicitur:*
ris deſerta, quia oblita es Domini Dei, ſalua-
oris tui & fortis adiutoris tui non es recor-
ata: Sophoniæ 3. deſcribitur imago peßimæ
uitatis, quæ peccatis & ſceleribus ſuis ruit
rona in interitum. Ciuitas tyrannica & pol-
uta, neq; audiri, neq; caſtigari vult, Magiſtra-
us eius ſunt leones rugientes, Iudices vr-
ti, Sacerdotes prophani & contemptores,
populus malus neſciens erubeſcere. Talis
inquit ciuitas deſolabitur, vt vir in ea non
remaneat. Docent etiam hiſtoriæ ethnicæ
& Philoſophorum dicta, quod imperia & vr-
bes virtute creſcant & ſeruentur, propter
ſcelera vero rurſum decreſcant, puniantur &
pereant. Manifeſtum eſt nullā fuiſſe in mun-
do Rempub. ampliorem, ſplendidiorem, augu-
ſtiorem & potentiorem Romana, at illa ex
paruis initijs virtute in tantam amplitudinem
& maieſtatē creuit, Cum Seruius Tullus rex
primum cenſum Romæ ageret, ditißimus inter
ciues in bonis habuit non amplius mille &
centum aureis, at ſequentibus ætatibus
multi ciues Romani cum magnis principibus
certarunt diuitiarum ſplendore & copia, Ipſa
vero Reſpub. omnibus imperijs & gentibus
terrori fuit. Atq; hæc maieſtas tam diu dura-
uit, donec gubernatores operam dederunt, vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in vrbe, & in municipijs, ac prouincijs virtutes colerentur, iuſta legum & iudiciorum autoritas vigeret, & honeſta diſciplina, pax, tranquillitas conſeruaretur, atq; donec ſocios æquitate fideq; defenderent, ita, vt (quemadmodum Cic. inquit 2. offic.) illud patrocinium orbis terræ verius quam imperium nominari poſſet. At vero poſtquam neglecto virtutis ſtudio & neglecta iuſticia gubernatoribus cordi eſſe cœperunt ambitio, auaritia, iniuſticia, & idcirco vitijs indulgerent ipſi, & ſcelera in alijs relinquerent impunita, tunc illa Romana amplitudo & maieſtas rurſus decreuit & extincta eſt ſeditionibus internis, bellis externis, pœnis & vaſtationibus, de quibus Cicero, qui etſi initia eorum malorum tantum vidit, grauiſſime tamen 2. Offic. dicit: Iure igitur plectimur, niſi enim multorum impunita tuliſſemus ſcelera, nunquam ad vnum tanta perueniſſet licentia. Intellexit Ethnicus ille mutationes & calamitates imperiorum eſſe pœnas diuinas, quæ ob ſcelera infligũtur, quod nunc multi, qui Chriſtiani nomen gerunt, vix agnoſcunt, ſed aut ad Stoicũ fatum aut Epicureo more ad caſum omnia referũt. Apud Euripidẽ in ſupplicibus inquit Theſeus ad Adraſtũ:

Negligens Deos perdidiſti ciuitatem,
A iuuenibus adductus, qui cum honore afficiuntur,

Gau-

Gaudent, & augent bella ſine iure,
Corrumpentes ciues, alius vt fiat Imperator,
Alius vt aliũ contumelia afficiat nactus po-
Alius propter auaritiã, nõ conſiderans (tẽtiã,
Populo an accidat aliquid damni.

Ariſtoteles polit. 5. dicit: Politias maxime diſſolui propter iuſticiæ transgreſſionem, Obſeruetur etiam ſapientiſſimum Plauti dictum: in Perſa Sagariſtio ſeruus dicit.

Quid eſt id quod vidiſti?
Vt munitum muro tibi viſum eſt oppidum?

Perſa. (bitror,
Si incolæ bene morati ſint, pulchre munitũ ar-
Perfidia, peculatus ex vrbe & auaritia ſi ex-
ulent, (tio,
Quarta inuidia, quinta ambitio, ſexta obtrecta-
Septimũ periuriũ, octaua indiligentia, (ſcelus,
Nona iniuria, decimũ quod peſſimum aggreſſũ
Hæc niſi aberunt centuplex murus rebus ſeruandis parum eſt. Neq; extremi hoſtes ciuitatibus tantum nocent, quantum inter muros nocent libidines, luxus, auaritia, impoſturæ, iniuriæ, violentia & ſeditio, Vt autem his vitijs maturè reſiſtatur, idcirco in omni bene conſtituta Repub. ſceleratorum hominum accuſationem fieri neceſſe eſt: Tria enim, inquit Lycurgus, ſunt munimenta Reipub. leges, iudicum ſententiæ & accuſationes, nocentes in iudicium adducentes, leges oſtendunt quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

facere ciues & quæ vitare oporteat. Accuſator eos indicat, qui cum contra leges commiſerunt, pœnas Reip. debent, Iudex vero ſua ſententia eos, quos lex & accuſatoris vox oſtendunt eſſe reos, punit. Hæc cùm ita ſint, neceſſe eſt accuſatores eſſe, quia ſine voce accuſatoris leges & iudicia ſunt muta. Talis eſt etiam Pythagoræ ſententia, Quod eius ciuitatis ſtatus ſit optimus, in qua iniuriarum autorem in ius trahunt, accuſant, puniunt, etiam illi, qui iniuriam non ſunt paßi, quia non tam eius qui iniuria affectus eſt, quam totius Reipub. intereſt, vt ſcelera non maneant impunita, tum vt ipſi ſcelerati coerceantur, aut è medio tollantur, tum vt alij pœnarum exemplis à flagitijs abſterreantur, præcipuè vero vt Deo obtemperetur, nec impunitate ſcelerũ irritetur vindicta diuina. Ad pœnarum autem executionẽ opus eſt miniſtris, quos lictores ſeu carnifices nominamus, de quorum officio dixit Auguſtinus: In bene ordinata ciuitate etiam carnifex ſuum locum tenet.

CAPVT XXVII.

DE HONORE, QVEM IVVENTVS DEBET ſenectuti.

PAulus ad Tit. 3. dicit virtutes ſenum eſſe: ſobrietatem, caſtitatem, ſanctitatem,

fidem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dem, dilectionem & patientiam, quibus
tiam moderationem affectuum, grauitatem
& cognatas virtutes complectitur. Talis ſe-
nectus eſt venerabilis apud omnes gentes,
quia mandatum Domini, & ipſa natura eam
reuereri, colere & honorare præcipit, & eæ,
quibus dotata eſt, virtutes ſui admiratione
rum honorem depoſcunt. Nam in priuata
vita ſunt ſenes, tanquam præceptores & cen-
ſores iuuentutis, qui viuis virtutum exem-
plis ea præcepta morum & vitæ, quæ in ſcho-
lis audiuntur, illuſtrant, & elegantia ac pul-
chritudine morum grauitateq́; vultus & ge-
ſtuum, non ſecus ac ludimagiſter admonitio-
nibus & virgis iuuentutem ad amorem &
imitationem virtutum alliciunt atq́; exci-
tant, & à vitijs retinent & abſterrent. In
vita autem communi, ſeu ſocietatibus vtilio-
res ſunt ſenes ad conſilia, quibus gubernatio
regitur, quàm iuuenes, tùm quia ſenum pru-
dentia longo vſu & multis experientiæ ex-
emplis eſt comprobata et confirmata, tùm quia
ſenum conſilia, in quibus deferbuerunt, vehe-
mentes animorum impetus, plerunq; ſunt ma-
tura & moderata. Iuuenum autem conſilia,
in quibus adhuc feruent iuueniles impetus,
coniuncta cum φιλαυτία & admiratione ſui,
ſæpe ſunt immatura, & calida, atq́; eam ob

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cauſam periculoſa, ſicut ille dixit: Qui nobis perdiderunt Rempub. Oratores noui, ſtulti, adoleſcentuli. Rectè itaq; ab antiquis hanc appellationem accepimus, vt Patres conſcriptos, qui ad gubernacula Reipub. ſedent, ſenatum & ſenatores nominemus, à ſenio ſeu ſenili prudentia, ſicut etiam in ſacra ſcriptura ijdem ſeniores populi, & ſacerdotes presbyteri vocantur. Non tamen hæc in eam ſunt accipienda ſententiã, quòd ſenectutis ita ſit ſapientia propria, vt omnes ſenes ſint ſapientes, & ſapiens nemo ſit, niſi idem etiam ſenex ſit. Salomon cùm annum exceßiſſet viceſimum, benignitate & dono Dei omnes mortales ſapientia vicit, & ſenex non annis, ſed mulierum perſuaſione factus eſt delirus. Atq; Romani Papyrij prætextati adoleſcentis prudentiam ſenatorio ordine & loco dignam iudicauerunt: Ita ſunt aliquando etiam inter iuuenes, qui ſingularibus Spiritus ſancti, vel ingenij ac naturæ dotibus ornati, vix cuiquam è ſenibus ſapientia cedunt, & vicißim inueniuntur ſenes annis, qui intelligentia & conſilijs pueri ſunt. Extant autem in ſcriptura ſacra aliqua dicta, quæ reuerentiam ſenum præcipiunt, & eorum prudentiam ac conſilia prædicant, Leuit. 19. Coram cano capite aſſurge, & honora perſonam ſenis, & time Domi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tuum Deum tuum." Prouerb. 16. Corona dignitatis ſenectus, quæ in vijs iuſticiæ re peritur. Eccleſiaſt. 25. Quàm ſpecioſum caniciei iudicium, quàm ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſus intellectus, & conſilium, corona ſenum multa peritia, & gloria illorum timor Domini. Iob. 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Pueros quadraginta duos, qui ſenem Eliſæum conuicijs afficiebant, diuina vltione vrſi dilaniabant, 4. Reg. 2. Similia præcepta ſunt etiam in Philoſophorum & Poetarum ſcriptis. Laconibus mos patrius fuit, vt iuuentus non ſolùm ſuos quiſque parentes reuereretur, & morem eis gereret, verùm etiam, vt omnes ſeniores honorarent, tùm de via cedentes, tùm è ſedibus aſſurgentes. Et Chilon Lacon dicere ad adoleſcentes ſolebat. Honorem à iunioribus ſenectuti habendum eſſe, vt etiam ipſi ſenes facti, ab alijs haberentur in precio.

Inſignes ſunt verſus Iuuenalis Satyra 13.

Improbitas olim fuit admirabilis æuo,
Credebant hoc grande nefas et morte piandũ,
Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunq; puer, licet ipſe videret
Plura domi farra & maiores glandis aceruos,
Tã venerabile erat præcedere quattuor annis.

Cicero

Cicero ait Offic: 1. Eſt adoleſcentis maiores natu vereri, ex hisq́ deligere optimos & probatiſsimos, quorum conſilio atq́ autoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia. Menander inquit:

Sententia ſenis tutior eſt quàm iuuenis,
Suntq́ ſententiæ ſenum præſtantiores.

Sophocles:

Senilem ætatem prudentia & oportuna conſilia ſequi ſolent.

Vt verò ſenes ſint venerabiles, idcirco diligenter caueant, ne eum, quem ipſis Deus & natura tribuit honorem, ipſimet turpi vita commaculent, & ſe indignos honore faciant. In Eccleſiaſtico dicit Deus: Tres ſpecies odit anima mea, pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenem fatuum ac inſenſatum. Eſt enim ſenum improbitas noxia iuuentuti, ſicut Plutarchus dicit: Vbi impudens eſt ſenectus, ibi inuerecundos eſſe iuuenes neceſſe eſt. Hæreat itaq́ ſenibus ſemper in mente illud dictum Eccleſiaſtici: Corona ſenum multa peritia, & gloria illorum timor Domini. Et Apoſtoli præceptum ad Titum 3. Senes ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide & dilectione, & in patientia. Sæpe etiam de Ciceronis dicto cogitetur, quod eſt

in

*. i iii i. Offic. Senibus labores corporis ſunt mi-
nuendi, exercitationes animi etiam augendæ
videntur. Danda eſt autem opera, vt &
imicos & iuuentutem, & maximè Rempub.
conſilio & prudentia quam plurimum adiu-
uent: Nihil autem magis cauendum eſt ſe-
nectuti, quàm ne languori deſidiæq; ſe dedat.
Luxuria verò, vt omni ætati, tùm ſenectuti
fœdiſſima eſt.*

CAPVT XXVIII.

DE MODESTIA.

*AD rectam honoris inter homines com-
municationem etiam ea virtus pertinet,
quæ modeſtia vocatur, de qua præcipi-
tur Rom. 12: Honore inuicem præuenientes.
& 1. ad Theſſal. 4. Vnuſquiſq; poſſideat vas
ſuum cũ ſanctificatione & honore. Eſt autem
Modeſtia virtus, quæ moderatur animi mo-
tus, ne nos ſuperbè & faſtuosè efferamus opi-
nione, geſtibus, ſermone, cum aliorum, ſiue ſu-
periorum, ſiue æqualium, ſiue inferiorum con-
temptu, ſed vt humiliter de nobis, & de alijs
honorificè ſentiamus & loquamur, atq; iuxta
hanc exiſtimationem etiam actiones & motus
corporis regamus, vt cùm vocationis noſtræ
ratione, cum decoro, cum ordine naturæ, le-*

gum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gum, officiorum, perſonarum & locorum conueniant, atq; à faſtu, ſuperbia, toruitate, & à deformitate, quam Græci ἀσχημοσύνην *vocant, ſint alieni.*

Talis itaq; modeſtia complectitur plures pulcherrimas virtutes, quarum prima eſt Humilitas, quæ philautiæ, ſuperbiæ, & arrogantiæ oppoſita eſt, & timore Dei atq; propriæ imbecillitatis agnitione regit opiniones, & ſermones de nobis ipſis, vt ne quid amplius nobis tribuamus aut arrogemus, quàm æquum aut decorum eſt, atq; aliorum quoq; dona reuerenter agnoſcamus & magnifaciamus, eiſq; ſuum locum & honorem libenter tribuamus. Cicero ſapienter eos præcipere ait, qui monent, vt quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius geramus.

Secunda, Moderatio animi, ſeruans decorum & modum in vtraq; fortuna, ſiue proſpera ſiue aduerſa, ne quid committamus, vel cupiditatibus, vel dictis, vel factis, contra auream illam ſententiam apud Terentium: Ne quid nimis. Et apud Plautum: Quod ſatis eſt, ſatis eſt. Vt enim naturæ, ſic etiam decoro inimicum eſt omne, quod eſt nimium, & tùm nobis ipſis, tùm alijs moleſtum eſt, ſicut Plautus inquit in Pœnulo: Modus in rebus eſt optimus, nimia omnia nimium exhibent ne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gocium hominibus ex ſe. Sapienter itaq; Q. Delium erudit Horatius :

Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non ſecus in bonis,
Ab inſolenti temperatam
Lætitia moriture Deli.

Et Pindarus ſapienter dicit: Proſperitas humana non diu durat, ſemper ad præſentem fortunam accommodabo animum, ne quid ſupra vires moliar. Extat de hac virtute inſignis concio L. Æmilij apud Liuium Decad. 5. lib. 5. Exemplum inſigne cernitis mutationis rerum humanarū, Ideo in ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè aut violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cùm quid veſper vehat, incertum ſit. Is demum vir erit, cuius animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec aduerſa infringet. Cùm autem de morib. vſitatis dicat Ouidius:

Luxuriant animi rebus plæruncq; ſecundis,
Nec facile eſt æqua commoda mente pati:

Ideo hominibus fortunatis admonitiones de hac virtute maximè ſunt neceſſariæ, qualis eſt illa Hecubæ apud Euripidem :

Non oportet victores imperare, quæ non decet,
Neq; felices putare, quòd feliciter agent ſemper,

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et ego enim felix eram, ſed nunc non ſum
amplius,
Vniuerſam enim felicitatem vna dies mi-
hi eripuit.

Et Senecæ in Troad. Quoq; fortuna altius
Euexit ac leuauit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet,
Varioſq; caſus tremere metuentem Deos
Nimium fauentes.

Cicero hac laude præfert Philippum Macedonem Alexandro filio, quòd modeſtior & moderatior fuerit. Atq; laudatur Agathoclis Syracuſani regis factum, quòd ſemetipſum in cœna vaſis fictilibus de hac virtute admonere voluerit, ſicut eſt in Epigram. Auſonij:

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regẽ,
Atq; Abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.
Fercula gemmatis cùm poneret aurea vaſis,
Et miſceret opes pauperiemq; ſimul.
Quærenti cauſam reſpondit: Rex ego qui ſum
Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reuerenter habe, quicunq; repente
Diues ab exili progrediere loco.

Tertia eſt Grauitas temperata manſuetudine. Illa opponitur leuitati, Hæc verò grauitatem moderatur, ne degeneret in toruitatem, ſeu auſteritatem intractabilem, qualis

fuit

fuit Catonis, quam in Demea reprehendit Terentius: Eam in concionatore etiam Paulus, & in patrefamilias reprehendit Syracides: Manſuetudo mitigat & ſedat affectus atq; perturbationes, ne ira furorq; mentem præcipitent, neue etiam iniuſtis obiurgationibus & pœnis modus excedatur, De hac virtute Sacerdotes admonet Paulus in Epiſt. ad Titum & Timoth. vt non ſint præfracti, iracundi, ſed modeſti, benigni, æqui, arguentes & exhortantes dure quidem, & grauiter, ſed cum lenitate tamen. Ad Epheſios etiam de hac virtute parentibus præcipit, ne ad iram prouocent liberos: Atq; in omni gubernatione ſit rectoribus notum Syracidæ mandatum, Cap. 4. Ne ſis tanquam leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. Plato ita iræ imperauit, vt cum aliquando famulus plagas meritus eſſet, dixerit ad Xenocratem aſtantem, tu illum flagris affice, ego enim iratus ſum. Alio tempore ad Seruum dixit, quomodo te acciperem, niſi iratus eſſem? Nunquam enim, vt Cicero inquit Offic. 1, iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum. Prudenter dicit Senex apud Terentium. Pro maximo peccato parum ſupplicij ſatis eſt Patri. Capitolinus M. Anto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nium laudat, quod etiam ad facinoroſos in pœnis publicis moderatione vſus ſit, vt ſemper ſupplicia legibus conſtituta mitigatione quadam leniret.

Quarta eſt, Amor mediocritatis in tota vita, Sunt enim mediocria tutiora, vt eſt in verſu Phocylidis:

Omnia ſunt mediocribus optima
Mediocris ergo volo eſſe in ciuitate:
Sublimia vero & excelſa ſunt periculoſa,

Sapienter etiam dictum eſt:

Felix ille animi diuiſq; ſimillimus ipſis,
Quem non mendaci reſplendens gloria fuco
Sollicitat, non faſtoſi mala gaudia luxus.
Sed tacitos ſinit ire dies, & paupere cultu
Exigit innocuæ tranquilla ſilentia vitæ.

Et Ouidius præcipit:

Vſibus edocto ſi quidquam credis amico
Viue tibi, & longe nomina magna fuge.
Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita,
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

Item:

Crede mihi bene qui latuit, bene vixit, et intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam.

Horatij Oda 10. libri carminum digna eſt, quam omnes memoriter teneamus, propter inſignem admonitionem de amore mediocritatis, & de ea, de qua antea diximus, moderatione animi.

Recti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Rectius viues, Lycini, neq; altum
Semper vrgendo, neq; dum procellas
Cautus horreſcis, nimium premendo
Littus iniquum.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore lapſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
Fulmine montes.

Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus, informes hyemes reducit
Iuppiter, idem

Summouet, non ſi male nunc, & olim
Sic erit, quondam Cithara tacentem
Suſcitat Muſam, neq; ſemper arcum
Tendit Apollo.

Rebus anguſtis animoſus, atq;
Fortis appare, ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Quinta eſt ſedulitas cum modeſtia & quiete faciendi propria atq; neceſſaria, & vitãdi πολυπραγμοσύνην, quæ in gubernatione & ſocietate omni eſt noxia. Turbat enim ordinem Iuſticiæ diſtributiuæ, & non tantum iniuria ſed etiã contumelia afficit alios, quibus officia ſunt cõmendata: itaq; in omni vocatiõe & functione obſeruetur præceptũ Apoſtolicũ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

1. *Theſſ. 4. In hoc incumbatis vt quieti ſitis, & agatis res proprias: & Petri admonitio, Nemo patiatur vt Allotrio Epiſcopus, qui & Polypragmon dicitur, quem etiam repræhendit Terentius: Tantum ne eſt otij tibi à re tua, aliena vt cures? Sitq; notum ſapiens Plauti dictum in Perſa:*

Si quam rem accures ſobrie aut frugaliter,
Solet illa rectè ſub manus ſuccedere,
Atq; ædepol vt quiſq; rem accurat ſuam, ſic ei procedit; (agit,
Si malus aut nequā eſt, male res vertūt, quas
Si autem frugi, eueniunt frugaliter.

Sexta, Ciuilitas morum, quæ regit ſtatum, inceſſum, ſeßionem, accubationem, oculos, linguam, manuum & pedum motus, vt teneant decorum. Ideoq; à Cicerone decorum Speciale vocatur: De hac virtute ſæpe multumq; legendus eſt à Iuuentute elegantiſſimus liber Eraſmi Roterodami.

Septima, Verecundia, de qua Ariſtotelis filia Pythias interrogata, qui color eſſet pulcherrimus, venuſte reſpondit: Qui ingenijs per verecundiam oboritur. Oppoſita eſt impudentiæ & obſcœnitati, quo crimine infames fuerunt Cynici: Itaq; Cicero Offi: 1. dicit: Cynicorum ratio tota eſt reijcienda, eſt enim inimica verecundiæ, ſine qua nihil rectum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtum eſſe poteſt, nihil honeſtum. Eſt autem naturæ noſtræ conſideratio non negligenda, quod Deus huius virtutes ſignum hominibus impreßit in ea parte, quæ omnium eſt maxime conſpicua, fronte & oculis, ſicut Euripides dicit, Pudor in oculis naſcitur, & quod totam humani corporis fabricam ad verecundiæ rationem conſtruxit: Sic eleganter ſcribit Cicero Offi. 1. Principio corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram reliquamq́ figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu, quæ autem partes corporis ad naturæ neceßitatem datæ aſpectum eſſent deformem habituræ, atq; turpem, eas contexit, atq; abdidit, hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata eſt hominum verecundia, quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui ſana mente ſunt, remouent ab oculis, ipſiq́ neceßitati dant operam, vt quam occultißime pareant, quarumq́ partium corporis vſus ſunt neceſſarij, eas neq́ partes, neq́ earum vſus ſuis nominibus appellant, quod facere turpe non eſt, modo occulte, id dicere obſcœnum eſt. Quare ſic exiſtimandum eſt, quod impudentes non ſolum cum ciuilitate morum, ſed cum natura quoq́ pugnant, quæ quaſi proteſtationem contra inuerecundos edit, quando etiam in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

illis, qui frontem perfricuerunt, ſedq́ aſſuefecerunt vt ſint grauiter impudentes, tamen ſæpe ruborem, & vultus deiectionem efficit. Vt autem & Deus & omnes ſani homines, non ſolum inter Chriſtianos, ſed Ethnicos quoq́ impudentiam maxime deteſtantur: Sicut Ieremias de illis queritur, qui erubeſcere neſciunt, & apud Philoſophos multæ deteſtationes extant, vt Diphilus dicit: Homine impudente nullum eſt animal audacius.

Menander.

Qui neſcit erubeſcere, etiam timere neſcit.

Xenophon:

Impudentia ad omnem turpitudinem dux eſt,

Euripides:

Maximum omnium vitiorum impudentia eſt:

Ita verecundiam nos maxime amare, & colere decet, quæ & alijs & nobiſmetipſis, etiam tunc cum ſumus ſoli, imo quoq́, Deo & ſanctis angelis hunc honorem exhibet, vt turpiter & obſcœne nihil faciamus aut dicamus, cuius nos vel coram hominibus, coram propria anima, & conſcientia, vel coram Deo & Sanctis ſpiritibus pudeat, & vt in illis etiam actionibus, quas naturæ neceſſitas exigit, ipſius naturæ Pædagogiam verecundè ſequamur: Amiſſa enim verecundia nihil boni, vel in ho-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in homine, vel in ſocietate reliquum eſt: Sicut Plautus ſapienter dicit in Bacchidibus.

Illum ego periſſe dico, cui periit pudor &c.

Et Seneca in Agamemnone.

Periere mores, Ius, decus, pietas, fides.
Et qui redire neſcit, cum perit, pudor.

Teneant itaque adoleſcentes Apoſtolicum dictum: 1. Theſſ. 4. Poſsidete vaſa ſeu corpora veſtra in ſanctificatione & honore. Et ſimiles etiam Philoſophorum ſententias, Vt Plautus dicit: Decet verecundum eſſe adoleſcentem. Theognis: Nullum thesaurum recondes intus meliorem verecundia. Theophraſtus, Reuerere teipſum, & non erubeſces coram aliis. Plato: Inter homines verecundos verſatur Deus. Item: Metus & pudor ſunt cuſtodes virtutum. Diogenes apud Laertium: Rubor virtutis color eſt: Terentius: Erubuit, ſalua res eſt, Cicero de Orator: Cuſtos virtutum omnium, dedecus fugiens, & laudem maximam conſequens, verecundia eſt. Idem, 2. de finibus: Verecundia eſt moderatrix cupiditatum. Valerius Maximus lib. 4. Verecundia parens eſt omnis honeſti conſilii, Tutela officiorum, Magiſtra innocentiæ, cara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore, fauorabilem præferens vultum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXIX.

DE HVMANITATE ET BENIGNITATE.

HOmines ad ſocietatem conditi ſunt, vt in ea coniunctione primum ſeruiant Deo, Deinde inter ſe inuicem officia communicent: Ideo Ariſtoteles dicit: quod homo ſit animal ciuile ſeu ſociabile, & Ariſtotelis ſenſum exponit Cicero officiorum 1. Natura, inquit, vi rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & vitæ ſocietatem. Nam vt omnia, quæ in terris gignuntur ad vſum hominum creantur, ita homines hominum cauſa generatos eſſe, Stoici dicebant, vt ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poßint. Itaq; ſecundum naturam eſt virtus, quam Latini humanitatem, Græci φιλανθρωπείαν vocant, et quæ huic cognata eſt benignitas, ſeu beneficentia, à quibus virtutibus homines humani et benigni, ſeu benefici dicuntur, qui ſtudia & officia ſua libenter in commune conferunt, nihil q; à ſe alienum eſſe putant, quod ad conſeruandam vitæ coniunctionem pertinere videtur, ideoq; ſtudent, vt eam & affabilitate, & comitate, & rerum, conſiliorum, atque officiorum, quibus aliorum indiget neceßitas, communicationem colant.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

De talibus hominibus rectè dicitur: Bonus vir bonum commune eſt, quia bonitas eſt communicabilis, hoc eſt, bonitas benefica eſt, Item, Homo homini Deus eſt, quia Deum in ciuili vita & conſuetudine imitatur, eò, quòd humanitatem & beneficentiam erga alios homines, & præſertim miſeros & opis conſilijq́ indigos exercet. Contrà verò, inhumani, moroſi, & miſanthropi, ad ſocietatis inter homines cultū, ac conſeruationē ſunt inepti, & cùm accedit (vt plerumq; fit) truculentia, tunc ſocietatum peſtes, & aliorum hominum calamitates ſunt, ſicut in Prouerbio dicitur: Homo homini lupus, & homo homini Diabolus eſt. De Epaminunda refert Ælianus, quòd monere ſolitus fuerit amicos, ne vnquam è foro diſcederent, niſi nouum amicum aliquo beneficio ſibi adiunxiſſent. Et de Tito Veſpaſiano narrat Suetonius, quòd dicere conſueuerit: Non oportet quenquam à facie Principis triſtem diſcedere. Et quòd aliquando veſperi recordatus, quòd eo die nemini beneficium præſtitiſſet, exclamauerit: Hunc diem perdidimus amici. Inter doctos noſtri temporis non vidit ſol humaniorem et benigniorem hominem Philippo Melanthone, de quo verè dici poteſt, quòd profuit omnibus, obfuit nemini, & ſine beneficijs nullum diem tranſegit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXX.

DE GRATITV-DINE.

GRatitudo reſpondet beneficentiæ, & eſt pars honoris, qui debetur benè meritis. Eſt autem virtus, quæ agnoſcit & profitetur, ſe ab alio beneficium accepiſſe, & viciſsim reddit debitam gratiam, pijs votis, animi beneuolentia, ſermone, atq; alijs, quibus poteſt, officijs. De hac inquit Cicero pro Planc: eam non ſolùm maximam, ſed etiam matrem reliquarum virtutum eſſe. Heſiodus præcipit, vt in referenda gratia agros fertiles imitemur, qui multo plus adferunt, quàm acceperunt. Sed quia non eſt omnium hominum ea fortuna aut conditio, vt huic præcepto Heſiodi obedire poſsint, ideo addenda eſt ad præceptum admonitio Ciceronis in 3. Philipp. Cui referri gratia non poteſt quanta debetur, habenda tamen eſt, quantam maximam animi noſtri capere poſſunt. Et quidem tale eſt plerumq; hominum beneficorũ ingenium, vt magis oſtenſione gratitudinis, quæ fit pijs votis, ſermone et obſeruantia, quàm quæ redditione & remuneratione fit, delectentur. Et pertinet ad eam Ciceronis admonitionem verſiculus:

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda volũtas.

Sicut

Sicut autem Gratitudo excitat beneficos, vt velint valde eſſe benefici, quemadmodum à Sophocle dictum eſt: Gratia ſemper gignit gratiam: ita contrà, ingratitudo fontem beneficentiæ exiccat & obſtruit, & ſibimetipſi & alijs nocet, quam ob cauſam Cicero ingratum hominem communem hoſtem tenuiorum eſſe dicit. Hinc eſt illa exclamatio apud Plautum in Aſinaria:

Ingrata atq; irrita omnia eſſe intelligo
Quæ dedi, & quod benefeci, at poſthac tibi
Malè quo potero facere faciam, meritoq; id
faciam tuo.

Et apud Catullum:

Deſine de quoquā quicquā benè velle mereri,
Aut aliquem fieri poſſe putare pium.
Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benignū eſt.

Sed meminerimus nos à Chriſto aliter inſtitutos eſſe, vt in benefaciendo mandatum & exemplum Dei ſequamur. Eſt mundus ingratus Deo, tam pro ſpiritualibus quam pro corporalibus beneficijs, de qua ingratitudine multæ extant querelæ in ſcriptura. Nec de Iudæorum nefaria ingratitudine erga Filium Dei ſaluatorem ſatis cogitari poteſt. Et tamen Deus theſaurum ſuæ beneficentiæ non prorſus claudit, ſed vocem Euangelij prædicari vult in mundo, vſq; ad vltimum diem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& Solem ſuum oriri ſinit ſuper bonos & malos, nutrit & alit eos, interim & comminationibus, & pœnarum exemplis oſtendit, quòd ingratitudinem deteſtetur, & quòd velit punire ingratos, non ſolùm in hac vita, ſed etiam in nouiſsimo iudicio. Sic etiam mundus eſt ingratus erga homines beneficos, & benemeritos, atq; talis ſemper fuit & erit mundus. Ingratitudo impiorum contra Prophetas, Apoſtolos & miniſtros Dei nota eſt. Laban ingratitudo erga generum Iacob, Gene. 31. Pincernæ erga Ioſephum, Gene. 40. Ammonitarum & Saulis erga Dauidem 1. Reg. 10. & 19. deſcribitur.

Athenienſes Solonem ſapientiſsimum legislatorem, qui multis alijs etiam beneficijs patriam affecerat, Salamina recuperauerat, Pyſiſtrati tyrannidem repreſſerat, tandem in exilium eiecerunt. Idem euenit in eadem Republica Ariſtidi, qui Iuſti cognomen virtute adeptus erat, & Themiſtocli duci feliciſsimo, qui in exilio dicere ſolitus fuit: Se ſimilem fuiſſe plantis, ſub quarum vmbram occurrunt homines tempeſtate afflicti, & eaſdem, vbi redijt ſerenitas, euellunt. Accidit hoc apud Lacedæmonios Lycurgo, de quo Apollo per oraculum dixerat, neſcire ſe, vtrum eũ propter ſummas virtutes homi-

num

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nium an Deorum numero aggregaret. In Romana Repub. Scipioni Africano, qui in exilio cùm moreretur, iuſsit ſepulchro ſuo inſcribi: Ingrata patria,ne oſſa mea quidem habebis. At his tamen vita relicta eſt. Phocion autem ciuis & dux optimus, & Socrates præſtantiſsimus Philoſophus, ac iuuentutis Atticæ præceptor,publicis iudicijs damnati ſunt, vt cicutam biberent. Hæc ſunt exempla ingratitudinis, de quo ſcelere; quod eſt vſitatiſsimum in mundo,queritur verſus Catulli:
Omnia ſunt ingrata,nihil fecisſe benignũ eſt.
Et alius, qui in celebri quadam Germaniæ vrbe veſtibulo Curiæ inſcriptus eſt:
Sic mos eſt horum,Vndanck in fine laborum.
Eſt quoq; eadem in his carminibus ſententia:
Sunt homines, humeris quos ſi quis portet ad vrbem
Auſoniam, domiti quæ caput orbis erat,
Nec tamen ad portas placidè deponat eoſdem,
Gratia præteriti nulla laboris erit.

Atq; talis cùm ſit mundus, ſciamus, Deum quidem eam ingratitudinem horribiliter punire, ſicut cõminatio ſonat Prouerb. 17. Qui reddit malum pro bono, non recedet malum de domo eius. Sed tamen velle, vt benefaciendo pergamus, propter ipſius mandatum,

& propter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& prepter communem Eccleſiæ & vitæ neceſsitatem ac vtilitatem. Nam ad coniunctionem vitæ nihil magis eſt neceſſe, quod quidem ab hominibus præſtari poteſt, quàm officiorum communicatio, quæ fit mutua beneuolentia, benignitate & beneficentia, de qua communicatione in Græco verſu dicitur:

Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα καὶ πόλις σώζει πόλιν,
χεὶρ χεῖρα νίπτει καὶ δάκτυλος δάκτυλον.

Vir virum, & ciuitas ciuitatem ſeruat.
Manus manum lauat, & digitus digitum.

Atq; cogitemus Deum eſſe remuneratorem, etiamſi nemo hominum ſit gratus. Semper itaq; cogitet homo pius in quocunq; vitæ genere poſitus, de dicto Apoſtolico Galat. 6. Bona faciendo ne defatigemur, tempore enim ſuo metemus non defatigati. Itaq; dum tempus habemus, operemur bonum, tùm erga omnes, tùm maximè erga domeſticos, Etiam optimi quiq; inter Ethnicos, voluntatem & ſtudium benefaciendi propter vulgi ingratitudinem non abiecerunt, ſed conſtanter retinuerunt, propterea quòd ſentirent virtutem propter ſe expetendam eſſe. Themiſtocles, Phocion & Ariſtides vſque ad mortem beneuolentiam retinuerunt erga patriam. Themiſtocles, cùm Rex alienus, ad quem confugerat, contra Athenienſes, à quibus expulſus fuerat,

vellet

vellet vti, maluit ille veneno, quod in calamo ferebat, vitam finire, quàm ingratæ patriæ bellum inferre. Phocion cùm accepta cicuta interrogaretur, ecquid filio, qui peregrè aberat, nunciari vellet? reſpondit: Dicite illi, ne mortem patris vlciſcatur, neq; eius interfectores odio habeat. Ariſtides in exilio ſuo Deos precari ſolebat, vt Athenienſibus, quæcunq; cuperent, benignè fauſteq; euenirent. Commendent adoleſcentes memoriæ aliquot inſignia dicta contra ingratitudinem, deterrimũ vitium, ex ſacra ſcriptura et Philoſophis, vt Prouerb. 17. Qui reddit malum pro bono, non recedet malũ de domo eius. 16. Ingrati ſpes tanquã hybernalis glacies tabeſcet, & peribit tanquam aqua ſuperuacua. Eccleſiaſticus: Ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, perfecta eſt obſidio, inuentusq; eſt in ea vir ſapiens et pauper, qui liberauit vrbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recordatus hominis illius pauperis. Mimus inquit: Ingrato homine terra nihil peius creat. Item: Dixeris cuncta maledicta, cùm hominem ingratum dixeris, quæ ſententia hoc diſticho compræhenſa eſt:

Cũcta ſimul verbo maledicta expreſſeris vno,
Ingratum ſi quem dixeris eſſe virum.

Plautus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Plautus in Perſa. Nihil amas, cùm ingratum amas. Et in Ciſtellaria : Herculè miſerum eſt ingratum eſſe hominem. Cicero Offic. 1. Omnes immemores beneficiorum oderūt &c. De Perſis ſcribit Xenophon, quòd vix vllum vitium grauius damnauerunt & puniuerunt, quàm ingratitudinem, cùm ſciuiſſent ingratos potuiſſe gratiam referre. Laudantur etiam Athenienſes & Macedones, quòd legibus actionem dederunt aduerſus ingratos, quam vocarunt actionem ingratitudinis. Et inſigne exemplum recitatur in hiſtoria Philippi Macedonis, qui fuit pater Alexandri Magni. Is militem quendam iuſſerat nauigare ad certa loca ſpeculandi ſeu explorandi gratia, Interim coacta tempeſtate nauis, victa procellis & fluctuum impetu, fracta eſt. Cumq; miles ille nataret inter fluctus maris, fortè accidit, vt Agricola ad littus accederet, cuius villa non procul à mari aberat, Is audito clamore Militis periclitantis, opem ei adfert, & receptum ex aquis in ſuam cymbam vehit in domum, defatigatumq; labore natandi, confectum fame, inſomnia, mœrore, frigore, ac penè exanimatum recreat, ad focum, impoſitūq; lectulo, refectū cibo potuq;, fouet omnibus officijs, donec animum vireſq; recipiat: poſt triduum abire cupientem viatico etiam inſtruit:

inſtruit. Miles diſcedens rectà pergit ad Regem Philippum, narrat naufragium, iactat ſuos labores, exaggerat pericula, petit præmium, Philippus iubet nominatim petere donum. Ibi nebulo iſte petit villam Ruſtici ſeruatoris ſui, eo quod naufragus ad hanc villam enataſſet, ideoq; eum locum ob memoriam calamitatis ſingulari affectu proſequeretur. Impetrat à Rege liberali & ignaro beneficiorum Ruſtici donationem villæ illius, confirmatam diplomate. Cum quo miles ad villam proficiſcitur, & Ruſticum à quo ſeruatus, & multis beneficijs affectus erat, expellit. Is verò mox rectà ad regem iter inſtituit, & commemorat ſua in eum militem beneficia, & iniuſtum eſſe queritur ſe à ſuo alumno pro hoſpitalitatis beneficio eijci ex paterna poſſeſſione. Philippus Rex cognita militis perfidia & ingratitudine iubet eum reduci, & in carcerem conijci, & cum ignominia exautorato fronti eius hæc verba inuri mandat:

HOSPES INGRATVS. Villam vero Ruſtico reſtituit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXXI.

DE ÆMVLATIONE ET GLORIÆ APpetitione.

ÆMulationis vocabulum medium eſt, quod aliquando liuoris & inuidiæ contentionem, aliquando honeſtum ſtudium imitandi aliorum virtutes ſignificat: Inuidiæ æmulationi ſemper adhæret cognatum vicium ambitio, quæ eſt inordinata, & ſuperba appetitio gloriæ, & officiorum, ſine legitima electione, ſeu vocatione, contra regulam & doctrinam Apoſtoli ad Heb. 5. Nemo ſumit ſibi honorem niſi qui vocatur à Deo tanquam Aharon, Ita & Chriſtus non ſemetipſum glorificauit, vt fieret Pontifex, ſed is qui dixerat illi, filius meus es tu, ego hodie genui te: Sicut & alibi dicit: Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech: Hæc itaq; vitia coniuncta, vt ſunt maximè vulgaria, ſicut Heſiodus dicit, quod figulus figulum æmulatur, faber fabrū: ita & ſunt grauiſſima peccata coram Deo, et omni ſocietati in Eccleſia & Repub. ſunt in primis noxia. Vbi enim æmulatio eſt & contentio, ibi eſt omne opus prauum, inquit Iacobus cap. 3. Et Cic. Offi. 1. dicit. Maxime adducuntur pleriq; vt eos iuſticiæ capiat obliuio, cum in Imperiorum, bono-

honorum, gloriæue cupiditatem inciderint, quod enim eſt apud Ennium: Nulla ſancta ſocietas nec fides regni eſt, id latius patet, nam quicquid eiuſmodi eſt, in quo non poſſunt plures excellere, in eo plerunq; fit tanta contentio, vt difficilimum ſit ſanctam ſeruare ſocietatem. Declarauit id tempeſtas C. Cæſaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit, propter eum, quem ipſe ſibi opinionis errore finxerat principatum. Eſt autem in hoc genere moleſtum, quod in maximis animis ſplendidiſſimisq; ingenijs, plerunq; exiſtunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates, quo magis cauendum eſt, ne quid in eo genere peccetur. Omnes hiſtoriæ ſacræ & prophanæ, plenæ ſunt exemplis, quæ teſtantur, ex praua æmulatione & ambitione vana naſci in Eccleſia ſchiſmata & ſectas, in Rebuſpub. vero ſeditiones, bella inteſtina, & demum earum mutationes & euerſiones, in amicitijs contentiones, lites, diſcordias, rixas, ſimultates, & odia. Sapienter itaq; dicit Cicero in Lælio, peſtem nullam maiorem in amicitijs eſſe, quam honoris & gloriæ certamen, ex quo inimicitiæ ſæpe maximæ inter amiciſſimos extiterunt. Arium in tantam impietatem demerſit ambitio, vt cum in petitione Epiſcopatus Alexandriæ repulſam paſſus eſſet, blaſphemam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

hæreſin contra filium Dei excogitauerit, qua Eccleſia multis annis miſerrimè dilacerata & afflicta fuit, & quæ neq; hodie planè extincta eſt. Ciuilia exempla poſſent infinita recitari, tum de politijs, tum de priuatis amicitijs, ſed vnum illud, cuius Cicero mentionem facit, maxime eſt illuſtre. Inter Cæſarem & Pompeium amiciſſimos affines orta fuit æmulatio, & fuit vterq; ambitioni plus nimio deditus. Pompeius ſemper in ore habebat verſum græcũ, eius ſententiæ, quòd ſemper cuperet tenere principatum, & alijs præcellere, Cæſar dicere conſueuit, Si violandum ius eſt, regni cauſa violandum eſt, in cæteris pietatem colas. Et præteriens aliquando oppidulum cùm aliquis è comitibus moueret quæſtionem, Anne ibi etiam de principatu eſſet contentio, reſpondit Cæſar, ſe quidem ibi malle eſſe primum, quàm Romæ ſecundum, Quid autem illi vtriuſq; ambitio & æmulatio in Romana Repub: effecerit, quantum turbarum & damni dederit, & quomodo ipſi quoq; autores puniti ſint, id non tantum doctis, ſed ferme vulgo notum eſt.

Altera autem æmulationis ſpecies non ſolum in vitio non eſt, ſed laudem etiam meretur, atq; habet adiunctam piam & honeſtam gloriæ appetitionẽ, eius nimirum gloriæ,

riæ, quæ eſt approbatio Dei & propriæ conſcientiæ, aliorumq́ bonorum, ac recte iudicantium teſtimonium, & celebratio, de qua gloria dicit Apoſtolus: Gloriatio noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod cum ſimplicitate & ſinceritate Dei, non ſapientia carnali, ſed per Dei gratiam conuerſati ſumus in mundo, Et 1. Timoth. 3. Oportet bonum teſtimonium habere ab extraneis, ne in opprobrium incidat, & laqueum calumniatoris. Salomon in Eccleſiaſtiaſte Cap. 7. Bonum nomen melius eſt quàm vnguenta precioſa. Plautus etiam dicit in Moſtellaria: Ego ſi bonam famam mihi ſeruaſſo, ſat ero diues, Ac notus eſt verſus vulgaris:

Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento,
Qua ſemel amiſſa, poſtea nullus eris.

Quare ita æmulari aliorum virtutes, vt ſine inuidentia & liuore vera Dei & hominum approbatio vnà cum bonæ conſcientiæ teſtimonio appetatur, ea æmulatio pia, honeſta & laudabilis eſt, ſicut dicit Apoſtolus, Galat. 4. Bonum eſt æmulari in re bona ſemper. Et quidem ipſa veræ gloriæ dulcedo, & pulchritudo, haud parum bona ingenia ad virtutis ſtudium excitat, ſicut eſt apud Ouidium: 5. de Triſtibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Deniq; non paruas animo dat gloria vires,
Et facunda facit pectora laudis amor.

Eſt enim, vt Cicero inquit 3. de finibus, hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris, & futura poſt mortem famæ etiam, detracto ſenſu, conſulendum eſt. Talem, de qua dixi, gloriam qui negligit, eum Auguſtinus crudelem eſſe dicit, Et Poeta inquit: Leuis eſt, nec illum ſtimulat gloriæ decus.

CAPVT XXXII.

DE QVÆSTIONE: AN LICEAT PETERE *officium in Eccleſia, vel Republica.*

APoſtolus diſerte dicit: 1. ad Timoth. 3 Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat: Non itaq; peccatum eſt, cum quis conſcius ſibi mediocris induſtriæ, & aptitudinis per Dei gratiam offert ſuam operam Eccleſiæ, ad ædificationem, ſeruato modo inculpatæ petitionis, qui modus & ad Deum & ad homines obſeruandus eſt, nimirum. vt petens officium ſeria inuocatione,

Primò ſubmittat ſe voluntati Dei, agnoſcens vocationes à Deo regi, & diſtribui
ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ab ipſo miniſteria, & ſine ipſius auxilio, & gratia eſſe vocationes inutiles & infelices, ſicut Ioh. 3. Baptiſta dicit. Non poteſt homo ſibi ſumere quicquã, niſi datum ſit illi de cœlo.

Secundo, vt ſe humiliter etiam ſubijciat iudicio eorum, penes quos eſt legitima & ordinata electio, ac vocatio, vtrunq; voluntate Dei aſſcripturus, ſiue eligatur, ſiue repudietur.

Tertio, ne donis promiſſis, perſuaſionibus, aut alijs artibus electorum iudicia corrumpat, aut quoquo modo vulgi ſtudia ſibi conciliet, vt contra ordinatæ electionis rationem intrudatur. Hæ conditiones cum obſeruantur, tunc petitio miniſterij in Eccleſia iuxta dictum Apoſtoli, eſt licita, & non pugnat cum ea ſententia, quæ eſt ad Hebræos 5. Nemo ſumit ſibi honorem, niſi qui vocatur à Deo tanquam Aharon. Imo vero talis petitio huic ſententiæ eſt conformis, ita enim petens non vult ſibi ſine legitima vocatione honorem accipere, ſed ideo ſuam operam humiliter defert, vt legitimam vocationem expectet, Et hæc admonitio etiam ad officia ciuilia accommodetur: Nulla fuit Reſpub. in qua officiorum publicorum petitiones vſitatiores fuerint, quam Romana, Et quamuis ſæpiſſimè inculpatæ petitionis modus neglectus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

fuit, tamen non eſt dubium multos honeſtos viros eum modum, quantum ab Ethnicis fieri potuit, & intellexiſſe & cuſtodiuiſſe. Cum autem homini mediocriter idoneo per legitimam electionem & vocationem offertur miniſterium, excuſare quidem ſe, modeſtiæ eſt, planè repugnare, eſt hominis inobedientis, ignaui & de auxilio Dei deſperantis. De talibus cauſis etiam à Cicerone diſputatur 1: Off. Excuſabat ſe Moſes cum à Deo vocaretur ad eductionem populi Iſraelitici, Exod. 3. & 4. quòd ad illud officium non eſſet idoneus, ſimili ratione excuſabat ſe Ieremias Cap. 1. Sed Dominus vtriuſq; excuſationi & ſuam voluntatem, & promißionem ſuæ præſentiæ, gratiæ & auxilij opponit. Ionas vocatus à Domino, vt Niniuitis pœnam imminentem annunciaret pœnitentiæ concione, aufugiebat, ſed Dominus eum naufragio quidem caſtigatum, ſed tamen in ventre cœti cuſtoditum, ad miniſterium capeſſendum extraxit.

Hæc exempla admonent vocationi diuinæ non eſſe pertinaciter reſiſtendum, ſed voluntati Dei vocantis humiliter parendum eſſe, cum vera inuocatione et fiducia, vt Paulus inquit 2. Cor. 3. ad Deum, per Ieſum Chriſtum, non quòd idonei ſimus ex nobis ipſis

cogi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cogitare quicquam, tanquam ex nobis, ſed quòd omnis ſufficientia noſtra à Deo ſit, is per Spiritus ſancti gratiam & dona fecit idoneos Prophetas & Apoſtolos ad miniſteria Eccleſiæ, pios Reges ad gubernationis officia. Is etiam nunc eos, quos ad miniſteria ſua, ſiue in Eccleſia, ſiue in politijs, per legitimas electiones vocat, idoneos faciet, ſi ipſum in fide inuocauerint. Hanc conſolationem etſi Plato & Cicero neſciuerunt, tamen vterq́; ſapienter reprehendit eos, qui acciti ad officia Reipub. capeſſere ea nolunt, vel quia ignauiæ, & ocio ſe dediderunt, vel quia à moleſtijs & curis, quas gubernatio ſecum adfert, abhorrent, quas expertus Demoſthenes, dicere ſolebat: Quòd ſi vitam retexere poſſet, & duæ viæ ſibi proponerentur, altera ad tribunal, altera ad inferos, ſe eam, quæ ad inferos duceret, electurum eſſe. Sapienter Plato dicit: Vocante te patria ad Rempub. abſurdum eſſet, non parere, hoc enim tibi reputandum eſt, nullum noſtrum ſibi ſoli natum eſſe, ſed ortus noſtri partem ſibi vendicare patriam, partem parentes, partem amicos, & ſi tu parere nolueris, illud accidere poterit, vt prauis hominibus, qui nullam honeſti & boni ſint habituri rationem, aditus ad publica officia relinquatur. Et Cicero Officiorum 1. His forſitan conce-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dendum ſit Rempublicam, non capeſſentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ ſeſe dediderunt, & his, qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliquo grauiore cauſa impediti, à Republica receſſerunt, cùm eius adminiſtrandæ poteſtatem, alijs laudemq; concederent, quibus autem talis cauſa non eſt, ſi deſpicere ſe dicant, quæ plærią; admirantur, imperia & Magiſtratus, his non modò non laudi, verùm etiam vitio dandum puto, quorum iudicium in eo, quòd gloriam contemnant, & pro nihilo putent, difficile factu eſt non probare, ſed videntur labores & moleſtias, tùm offenſionum et repulſarum, quaſi quandam ignominiam timere & infamiam. Sed his, qui habent adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione adipiſcendi Magiſtratus, & gerenda eſt Reſpublica, nec enim aliter aut regi ciuitas, aut declarari animi magnitudo poteſt.

CAPVT XXXIII.
DE PECCATIS CONTRA QVARTVM Præceptum.

Recitaui pleraſq; virtutes quarti Præcepti, nam eas conſultò omiſi, quarum declaratio in alijs præceptis repetenda fuiſſet. Addidi etiam mentionem contrariorum

rum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rum vitiorum, vt tamen eum, quem in alijs Præceptis ordinem ſeruaui, etiam in hoc Præcepto retineam, ideo breuiſſimè præcipua tantùm peccata, quaſi per catalogũ, enumerabo.

Primum peccatum eſt Negligentia, non tantùm parentum, ſed omnium hominum, qui gubernandi & regendi officio funguntur, in faciendis operibus neceſſarijs. Vt enim ſedulitas & diligentia mandata eſt omnibus gubernatoribus in dicto Rom, 12. Qui præeſt, ſit diligens, Et illa diligentia eſt virtus Deo placens, quemadmodum Salomon dicit Prouerb. 12. Qui fideliter agunt, placent Domino. Et Samuel 1. Reg. 10. ad electum Regem inquit: Fac quæcunq; inuenerit manus tua, quia Dominus tecum eſt: Ita viciſſim negligentia in quacunq; vocatione eſt magnum peccatum, ſicut Iere. 48. ſcribitur: Maledictus, qui facit opus Domini negligẽter. Eſtq; negligentiæ ſpecies, omiſſis neceſſarijs, occupari ijs, quæ nõ ſunt neceſſaria, quo vicio multi in omni gubernatione politica, œconomica & ſcholaſtica laborant, qui ſe probè excuſatos exiſtimant, ſi aliquid faciant, non conſiderantes quid ſit aut non ſit, quid minus aut magis ſit neceſſarium. Tenẽda eſt itaq; Regula: In omni vocatione opera propria & neceſſaria omnibus alijs operibus anteferẽda ſunt.

Rectè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Rectè enim dicit Nazianzenus: Laborem non neceſſarium, nequaquam laborem voco, quia non neceſſaria negligenda ſunt.

Secundum, Negligentia maius peccatum eſt malitia in gubernatoribus abutendi poteſtate ad impietatem, inſolentiam, ſuperbiam, iniuſticiam, tyrannicam violentiam, πλεονεξίαν, & quaſcunq; iniuriarum, quibus boni opprimuntur, & iuſticia violatur, molitiones. Extant in Prophetis multæ atrociſſimæ comminationes diuinæ, contra quaslibet huius malitiæ ſpecies, quas ante oculos ſibi proponere illi debent, qui ſunt in gubernatione, Summam autem comminationum complectitur vnicum hoc dictum Sapient. cap. 6. Audite Reges & intelligite, diſcite Iudices finium terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur, quoniam cùm eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis, neq; cuſtodiſtis legem iuſticiæ, neq; ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrendè & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet, exiguo enim cōceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et Pſal. 2. ſcriptum eſt: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Oſculamini Filium, ne quando iraſcatur Dominus, quia in breui exardeſcet ira eius. Et quanquã Rationis ſapientia de iudicio Dei & æternis pœnis nihil certi per ſemetipſam intelligit, tamen etiam apud Philoſophos ſæpe inueniũtur pœnarum comminationes, ex lege naturæ & experientia ſumptæ, qualis eſt illud apud Senecam in Thyeſte dictum:

Vos, quibus Rector maris atq́ terræ
Ius dedit magnum necis atq́ vitæ,
Ponite inflatos tumidosq́ vultus,
Quicquid à vobis minor extimeſcit,
Maior hoc vobis Dominus minatur,
Omne ſub regno grauiore regnum eſt,
Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.

Steſichorus inquit, Cicadas in campis ſonare tyrannorum ſcelera, & querelas perferre. Significat autem, miſeræ plebeculæ gemitus & querelas à Deo exaudiri, cùm enormiter graſſantur tyranni. Ad hunc gradũ peccati etiam pertinet malitioſa & petulans dominandi libido, qualem in Cæſare fuiſſe vox eius impia indicat: Si violandum Ius eſt, regni cauſa violandum eſt, in cæteris pietatem colas. Et apud Senecam dicit Polynices in Thebaide:

Pro

Pro regno velim patriam, penates, coniugem flammis dare,
Imperia precio quolibet conſtant benè.

Tertius gradus peccatorum complectitur enormia peccata parentum et gubernatorum, quæ vel impijs & ſcandaloſis mandatis, aut exẽplis liberos & ſubditos ad peccandum excitant, vel etiam ipſa atrocitate iram Dei non tantùm contra ipſos parentes & gubernatores, ſed etiam contra poſteros, & totas familias et communitates irritant, Sicut enim peccata parentum puniuntur in liberis vſq; in tertiam & quartam generationem, ita etiam Magiſtratuum atrocia delicta puniuntur in communitatibus, præcipuè ſi etiam ſubditi peccata Magiſtratuum imitantur, ſicut de Ieroboam & alijs impijs regibus aliquoties in ſcriptura dicitur, quòd peccauerint contra Dominum, & peccare fecerint populum. Teſtantur exempla hiſtoriarum, quòd propter ſuperiorum delicta etiam ſubditi pœnis corporalibus implicentur, ſicut in verſu dicitur: Quicquid delirant Reges, plectũtur Achiui. Et memoria digna eſt hiſtoria, quam Moſes recitat, cùm Abimelech rex Geraræ vellet ſibi matrimonio iungere Saram, quam putabat eſſe ſororem Abrahæ, admonitusq; idcirco eſſe à Deo, ne id faceret, quia haberet marітum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tum, agnoſcit ille ſe eo peccato non ſibi tantùm, ſed etiam regno ſuo pœnas accerſiturum fuiſſe. Ideoq́ primùm ad Deum dicit: Domine, num gentem ignorantem & iuſtam interficies? deinde ad Abrahamum inquit: Quid peccauimus in te, quia induxiſti ſuper me & ſuper regnum meum tam grande peccatum? Nouit Abimelech regulam iudicij Dei in pœnis temporalibus, cuius meditatio certè debet metum peccandi in illis, qui alijs præſunt, augere.

Quiſquis enim à Deo in gradu dignitatis conſtitutus es, primùm quidem ideo à peccatis abſtine, quia Deus ea prohibuit, & parce tibi, ne tibimetipſi temporales & æternas pœnas accerſas.

Secundò parce etiam communitati, cui præes, ne illam quoq́ pœnis, quas tu meritus es, implices, vel vnà tecum facias peccare, vt ſimul & temporalibus & æternis pœnis puniamini. Facilimè enim liberi parentum, ſubditi gubernatorum, plebs ſacerdotum vitia & peccata imitantur, ſicut dicitur: Qualis rex, talis plebs, qualis ſacerdos, talis populus, qualis pater, tales liberi. Et Poeta inquit:
Vtq́ ducum lituos ſic mores caſtra ſequuntur.
Peccata autem pœnas, ſicut Magnes ferrum, attrahunt.

Tertiò,

Tertiò, parce etiam nomini ac famæ tuæ & familiæ ac communitati, Nam

Omne animi vicium tanto conſpectius in ſe
Crimē habet, quāto maior, qui peccat, habetur.

Quartum peccatum eſt irreuerentia liberorū erga parentes, & omnium inferiorum erga ſuperiores, quæ eſt, de illis irreuerēter ſentire, aut loqui, & obtrectationibus ac calumnijs illorum famæ & autoritati & dignitati detrahere, & huic peccato affine eſt, non orare pro parentibus aut Magiſtratibus. Sit autem notum dictum Exod. 22. Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Chami irreuerentia erga patrem Noam vna cum maledictione deſcripta eſt, Gen. 19. Et Semei maledicentia aduerſus Dauidem, 2. Reg. 16. pœna autem eius, 3. Reg. 2. In legibus grauiſſimè puniuntur crimina læſæ Maieſtatis, quæ ad hoc genus peccatorū pertinēt.

Quintum peccatum eſt Inobedientia, quæ etiam concludit odium & inſolentiam inferiorum contra eos, quibus à Deo ſubiecti ſunt, infidelitatem, ſeditionem, & cognata vicia, quæ vna voce petulantiæ compræhendi poſſunt, de quibus vitijs antea dictum eſt, & contra quæ omnia teneatur dictum inſigne, quod eſt in Eccleſiaſt. cap. 9. Ego os Regis obſeruo, & iuramentum Dei.

Sextum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sextum peccatum eſt Ingratitudo.

Septimum eſt immodeſtia cum cognatis vitijs, quibus honor ordinis diuinitus in ſocietate humana inſtituti violatur.

FINIS LIBRI Tertij.

LIBER QVARTVS

DOCTRINÆ

MORALIS.

DE PRÆCEPTO QVINto Decalogi.

CAPVT PRIMVM.

DE SVMMA PRÆCEPTI QVINTI.

DEus eſt ſapientiſſimus legiſlator, & ſapientiſſimus eſt legum Decalogi ordo, non tantum in prima, ſed etiam in ſecunda tabula, quem nulla humana ſapientia inuenire, & tam breui Legum Catalogo includere potuiſſet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Poſtquam enim in ſecunda Tabula diſtributi ſunt in ſocietate humana, gradus officiorum & ordinata poteſtas, autoritas, honor & obedientia, mox ſancitur pax inter homines, ſine qua nulla ſocietas conſtare poteſt, mandantur opera, quæ ad pacis conſeruationem pertinent, & fit prohibitio, ne quis alterius corpori & vitæ noceat, Deinde etiam ne noceat alterius coniugi, bonis, famæ ac nomini, & quidem non ſolum facto, ſed etiam affectibus prauis, Siquidem etiam praui Affectus contrarij ſunt Caritati, quæ eſt pacis ac concordiæ vinculum, & diuinæ Legis ſummà, ſicut teſtatur ſententia, quæ ſemper in explicatione præceptorum Decalogi repetenda eſt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum ſicut teipſum, Item, Dilectio eſt Legis conſummatio.

Quod autem ad Quintum præceptum attinet, non poteſt eius ſumma melius explicari, quam facit Chriſtus hac concione Matthæi quinto: Audiſtis quia dictum eſt Antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quod omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri ſuo Racha,

reus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

reus erit concilio, Qui autem dixerit fatue, reus erit Gehennæ. Si ergo offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum, Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduerſarius tuus Iudici, & Iudex tradat te Miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exibis inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem. Item, Ego dico vobis, Non reſiſtite malo, ſed ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. Item, Audiſtis, quia dictum eſt, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, Ego autem dico, Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, vt filij ſitis Patris veſtri, qui eſt in cœlis, qui ſinit Solem ſuum oriri ſuper Bonos & Malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

Hæc expoſitio admonet prohiberi hoc præcepto non ſolum externas iniurias & violentias, quibus corpus alterius iniuſte læditur, ſed etiam internos affectus, in quibus eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nocendi cupiditas, ſicut Iohannes dicit: Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt 1. Ioh. 3. Et viciſsim præcipi, tum officia externa caritatis, quibus vita proximi conſeruatur & defenditur, tum etiam beneuolas affectiones in corde, Sicut 2. ad Corinth. 13. ſcriptum eſt: Charitas patiens eſt, benigna eſt, non irritatur, non cogitat malum, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. Et 1. Petri 4. Charitas operit multitudinem peccatorum, hoc eſt, multa condonat proximo. Sic enim in huius Præcepti ſententia, ſicut & in alijs Præceptis vtraq; pars Antitheſis, nimirum & prohibitio peccatorum & virtutū præceptio conſiderari debet. Namq; ea eſt vis Legum, vt Oratio affirmatiua contrariam negatiuam, & negatiua contrariam affirmatiuam includat.

CAPVT II.

DE EXCEPTIONE QVINTI PRÆCEPTI, & de duplici vindicta, Publica & priuata.

HOmines phanatici generalem interpretationem Quinti præcepti opponunt officio Magiſtratus, Vt Leges de pœnis ſcelerum abrogent, & tollant, ac Magiſtratum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tum priuent gladio, hoc eſt poteſtate punien-
di. Hæc interpretatio multa abſurda gignit,
& Leges Ciuilis Regiminis prorſus en eruat.
Quare iſti abſurdæ interpretationi opponenda
ſunt clara dicta, & mandata diuina, in quibus
pœnæ corporales ſunt ordinatæ & Magiſtrati-
bus præceptæ.

Sic enim Geneſis 9. ſcriptum eſt: Qui-
cunq; effuderit humanum ſanguinem, per
hominem fundetur ſanguis ipſius. Atq; Exodi
21. & Leuit. 20. recitatur Catalogus ali-
quot ſcelerum, quæ Deus morte puniri man-
dauit. Et Nume. 35. ac Deut. 19. expreſſe
additum eſt. Non accipietis precium ab eo,
qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe moriatur,
non miſereberis eius, & auferes noxium ſan-
guinem de Iſrael, vt bene ſit tibi. Paulus
quoq; Rom. 13. dicit: Magiſtratū non fruſtra
gerere gladium, quia eſt Miniſter Dei, vindex
in iram ei, qui male agit. Et non ſunt ignoti
loci de bellorum legitimorum vindicta, in qua
aliquoties Deus etiam mandauit perſonarum
inermium interfectionem.

Addenda eſt itaq; quinto præcepto
neceſſaria exceptio de vſu gladij, qui Magi-
ſtratui eſt mandatus, tum ad aliorum, tum
etiam ad huius præcepti cuſtodiam. Iubetur
enim occidere Magiſtratus, vt obedientia erga

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

hoc præceptum: Non occides, & ergà alia conſeruetur, & puniantur, qui enormiter & petulanter obedientiam violant. In Scholis hæc exceptio ſolet declarari erudita diſtinctione vindictæ.

Duplex eſt vindicta. Vna eſt publica & ordinata, quæ eſt mandata Magiſtratibus, Eſtq; opus quod fit authoritate & mandato Dei, & vere pertinet ad hanc ſententiam: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus. Eſt enim diuina vindicta, quia à Deo eſt ordinata, vt fiat per Magiſtratus. Huius vindictæ multæ ſunt ſpecies & partes: Iudicia, bella iuſta, Defenſio legitima contra violentiam, pœnarum executio iuxta leges, quæ non ſunt probita, ſed ſunt res à Deo ordinatæ.

Alia eſt vindicta priuata, quæ fit contra ordinationem & mandatum Dei, & ſine authoritate Magiſtratus, ea eſt prohibita in hoc præcepto, & ſæpe alias, Vt Chriſtus inquit: Qui gladium acceperit, gladio peribit, Et Paulus ad Romanos 12. Non voſmetipſos vlciſcentes chariſsimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

Vt autem ille, qui ſe in neceſsitate defendit contra violentiã iniuſtam et atrocem, etſi eſt priuatus, tamen non priuata, ſed publica

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

blica vindicta vtitur. Quia defenſio neceſſaria à legibus conceſſa eſt, ita contra Magiſtratus non publicam ſed priuatam vindictam exercet, cum ſine Legum authoritate, priuata tantum cupiditate & affectibus alium lædit.

CAPVT III.

DE CAVSIS, CVR NECESSARIA SIT VINdicta Magiſtratus, & cur priuata vindicta ſit omittenda.

SCiri neceſſe eſt, quod vindicta Magiſtratus, ſit a Deo ordinata, & præcepta, & quod non ſit omittenda à Magiſtratu. Atq; conſiderari quatuor cauſæ debent, propter quas Deus vult, vt ſcelerati pœnis afficiantur.

Prima. Quia Deus eſt iuſtus, Ideo vult puniri illos, qui petulanter iuſticiam violant externis delictis, vt in talibus exemplis conſpiciatur ipſius iuſticia, & homines per talia ſpectacula commonefiant, quod ipſe quoq; ſit puniturus peccantes, etiamſi pœnas Magiſtratus euadant.

Secunda, Quia neceſſe eſt ſceleratos puniri, ne ipſorum impunita ſcelera clament in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cœlum, & attrahant pœnas publicas, Sicut peccata Sodomiticorum & illorum, qui Leuitæ coniugem per impudicitiam necabant. Atque extat apud Pauſaniam quoq; inſigne exemplum de Lacedæmonijs, quorum Magiſtratus cum nollet punire ſtupratores filiarum Scedaſi, ſed miſeri patris querelas contemnerent, punita eſt ideo tota Ciuitas ſeu communitas cruentiſſima clade Leuctrica. Nam cōniuentia in tam atrocibus factis reputatur pro conſenſu, & ideo punitur iuxta Regulam: Faciens & conſentiens eadem pœna digni ſunt, Et hæc cauſa conſideranda eſt in dicto Deuter. 9. Auferes noxium ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi, hoc eſt, ne tu ſimul puniaris.

Pertinet etiam huc dictum Euripidis in Iphigenia Aulidenſi: Quando impietas habet magnam vim, virtus vero ab hominibus negligitur, & iniquitas Leges vincit, tunc commune eſt periculum hominibus, ne veniat Deorum pœna.

Tertia, neceſſe eſt ſceleratos puniri, vt ſeruetur communis tranquillitas in ſocietate, quam ſcelerati turbant. Recte itaq; apud Stobæum dicitur: Qui punit iniuſtos, is cæteris iniuriam fieri prohibet. Nam ple-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rumq́; accidit, vt qui ſemel eſt pollutus ſangui ne humano, poſtea rurſus fiat homicida, & qui ſemel ac iterū petulāter furatus eſt, poſtea rurſum furetur. Itaq; nunquam erit ſocietas in tranquillo & tuto ſtatu, neq́; boni vnquam ſine metu & periculo erunt, niſi mali puniantur, ne amplius noceant. Sicut neceſſe eſt occidere rabioſos canes, & quidem, ſicut iniuriam facit toti communitati ille, qui rabioſum canem alit, & graſſari permittit, ita Magiſtratus, qui ſine excuſabili cauſa parcit ſceleratis, facit iniuriam ſocietati humanæ, iuxta dictum: Qui parcit vni malo, facit iniuriam multis bonis.

Quarta, Quia vult Deus ſpectaculis & exemplis publicarum pœnarum deterreri & perterrefieri alios, ne prauis exemplis ſceleratorum deprauentur, ſed vt ſimilia ſcelera & pœnas vitent, Nam etiam praua ingenia metus pœnarum ſæpe in officio aliquo modo retinet, ſicut in verſu dicitur: Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Et Sophocles inquit: Debebant omnes pœnam luere, qui contra Ius ſcelerate agere ſtudent, tunc flagitia minus crebra forent.

Cum harum cauſarum conſideratione coniungantur hæc inſignia Ciceronis dicta Philippica 9. In corpore ſi quid eſt eiuſmodi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quod reliquo corpori noceat, vri ac ſecari patimur, vt membrorum aliquod potius, quàm totum corpus intereat: Sic in Reipublicæ corpore, vt totum ſaluum ſit, quidquid eſt peſtiferum, amputetur. Officiorum 3. Quotuſquiſq; reperitur, qui impunitate propoſita abſtinere poſsit ab iniuria, impunitas enim eſt maxima peccandi illecebra. Sicut etiam Terentius dicit: Licentia omnes deteriores ſumus. Actione 5 in Verrem: Eſt vtilius vnius improbi ſupplicio multorum improbitatem cohercere, quàm propter multos improbos vni parcere.

Addam etiam cauſas, cur priuata vindicta omittenda, eiq; non indulgendum ſit.

Prima eſt prohibitio Dei, quæ ſimul continet comminationem contra iniuriarum autores: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

Secunda cauſa, Vt retineamus tranquillitatem conſcientiæ, quæ turbatur cupiditate vindictæ, ſeu ipſa vindicta priuata, & vt poſsimus cum bona conſcientia in inuocatione dicere: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et quemadmodum Dauid dicit: Seruaui pacem cum his, qui oderunt pacem.

Tertia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Tertia cauſa eſt, Tranquillitas publica, ne vlciſcentes nos, maiores turbas excitemus, ſicut Iulius vlciſcens iniuriam, perturbat totam Rempublicam Romanam.

Quarta cauſa. Ne cupiditate vindictæ, vel etiam ipſo facto nos quoq; mali efficiamur, hoc eſt, delinquamus contra Deum, contra legem & officium, & ſic nobiſmetipſis, tùm Magiſtratus, tùm Dei, pœnas accerſamus, ſicut multi ardore vindictæ perpetrant iniuſta homicidia, aut alia flagitia, & viciſsim à Magiſtratibus puniuntur. Plurimi cupiditate vindictæ alunt in cordibus inſanabilia odia, ſimultates, iras, in quibus ſæpe moriuntur, & ſic ſemetipſos æternis pœnis ſubijciunt. Ideo contra hanc cupiditatem priuatæ vindictæ aſsiduè repetenda eſt meditatio Pſalmi 37. Noli æmulari &c. In quo hæc admonitio cum ſingulari diligentia obſeruetur: noli indignari, vt & tu malè facias. De Oreſte inquit Pindarus, quòd interficiens matrem malam, vindicta priuata factus ſit ipſe, matre deterior. Phocylides dicit: Ne imiteris maliciam, iuſticiæ autem relinque vindictam, conciliatio enim vtilitatem, contentio contentionem gignit.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT IIII.

DE HOMICI-DIO.

HOmicidium dicitur quaſi hominis cædes. Eſt enim iniuſta hominis interfectio, quam qui perpetrat, Homicida vocatur. Quæ appellatio non debet tribui illis, qui per vindictam ordinatam legibus alios aut necari iubent, aut necant. Cùm enim Magiſtratus aut Iudex Lictori mandat, vt legibus damnatum interimat, nec ipſe nec Lictor homicidium committit contra legem, Quia vterq; eſt Dei & Iuſticiæ miniſter in executione legis, quæ ſontibus pœnas infligit. Simile iudicium eſt de milite, qui in legitimo bello hoſtem, aut de illo, qui in neceſſaria defenſione latronem interficit.

Cùm autem manifeſtiſſimum ſit homicidium contra hanc legem commiſſum, eſſe horrendum peccatum, dignum temporali & æterna morte, niſi fiat remiſſio propter Chriſtum, & tamen ipſe Deus aliquos homicidiorum caſus in lege Moſaica excuſet: Ideo primò de peccati atrocitate, tum de ſpeciebus homicidiorum, poſtea de illis caſibus, qui habent excuſationem, dicendum eſt.

Ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Ad atrocitatis declarationem pertinet dictum Chriſti Iohan. 5. Diabolus eſt homicida ab initio. Et locus Capitis noni in Geneſi: Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu hominis, de manu viri, et de manu fratris eius, requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, per hominem fundetur ſanguis ipſius, ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.

Huius dicti exemplum præcedit in quarto Capite, vbi Deus mox à perpetratione homicidij requirit ſanguinem Abelis à fratre parricida Caino. Et quidem dicit ad eum: Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et licet nondum tunc temporis poteſtas gladij ad corporalem vindictam eſſet ordinata, tamen punit Deus Cainum horribili maledictione, & excommunicatione: Nunc ergo, inquit, maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & accepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos, vagus & profugus eris ſuper terram. Quam etiam excommunicationem ſigno reatus in ipſo conſignauit. Et quidem fuit hæc excommunicatio Caino morte grauior, ſicut triſtiſsima voce cum deſperatione horribili confitetur: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

niam conſequar. Ecce, eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra, Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Atq; eiuſdem maledictionis et excõmunicationis diuinæ grauitatem etiam ſenſerũt alij homicidæ, ſicut mox eodem cap. homicida Lamech etiã dicit: Occidi virũ in vulnus meum, & adoleſcentem in liuorem meũ. Quamuis multi victi deſperatione, in vera pœnitentia per fidem rurſum à Deo recipiũtur in gratiam, donata remiſsione peccatorum, propter Filium, ſicut Dauid interfector Vriæ in vera conuerſione rurſus eſt receptus.

In locis, quos allegaui ex Geneſi, conſideretur vis horum verborum: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Item: De manu hominis, de manu viri, & de manu fratris requiram animam hominis. Hæc verba prodeſt infigi intimis ſenſibus pectoris, & vt timor Dei coherceat homines, & vt agnoſcamus præſentiam & iudicium Dei, non relinquentis homicidas impunitos ſed mirabiliter eos retrahentis ad pœnas, vel ſi aliquando humanas pœnas effugerint : tamen mirabiliter eos punientis triſtiſsimis calamitatibus, & tandem æterna condemnatione, niſi fuerint conuerſi, ſicut ſcriptum eſt: Homicida non habet vitã æternam in ſe manentẽ, 1. Ioh. 3.

Sunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sunt autem omnes hiſtoriæ plenæ, & ipſa vita plena eſt multis horribilibus exemplis, quomodo Deus etiam profugos homicidas ſæpe ad pœnas corporales retrahat, & in illis etiam, qui Magiſtratus iudicia effugiunt, aut non metuunt, tamẽ hoc peccatum puniat. Quæ exempla oſtendunt, quòd Deus ſua ope hãc legem conſeruet, & à Magiſtratibus quoq; conſeruari velit, vtq; retineatur pax inter homines, & vita tranquilla ac tuta ſit.

Teneat itaq; Magiſtratus mandata diuina, quæ de politica executione huius Præcepti quinti loquuntur, quæ & ipſa de atrocitate homicidij ſunt intelligenda, cum eorum caſuum exceptione, quæ Deus & honeſtæ leges excipiunt. Gene. 9. Homicidæ ſanguis per hominem effundetur. Num. 35. Homicida ſub teſtibus punietur, ad vnius teſtimonium nemo condemnabitur. Non accipies precium ab eo, qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe moriatur. Deut. 19. Non miſereberis eius, & auferes noxium ſanguinem de Iſrael, vt benè ſit tibi.

Omnes etiam honeſtæ Reſpublicæ apud Ethnicos habuerunt leges de homicidarum pœnis, inter quas mitiſsima fuit exilium, & excommunicatio cum geſtatione ſigni reatus, quo ſignificabatur, tales perſonas eſſe pia-

cula

cula & à ſocietate templorum, fori ac communis vitæ arcendos eſſe, donec publica expiatione rurſum reciperentur. Et forma antiquæ excommunicationis tam contra autores cædium, quàm contra conſcios & occultatores, extat apud Sophoclem in Oedipo Tyranno, quæ cognitione digna eſt. Sunt autem verba Oedipi, quibus ille inſcius ſeipſum execratur:

Omnibus huius vrbis ciuibus hoc denuncio,
Quicunq; vidit, à quo viro
Laius Labdacides interfectus eſt,
Huic ego impero, vt rem omnẽ mihi indicet,
Et ſi fortè, ne in crimẽ veniat, metuit, libero
Metu de ſeipſo, nam aliud nihil patietur
Triſte, præterquam vt ex hac terra incolumis abeat:
Si autem quis alium nouit peregrinum
Autorem cædis, ne taceat, nam præmium
Ego retribuam, & gratia ipſi repoſita erit.
Sin autem tacebitis, & aliquis vel amico
Metuẽs vel ſibijpſi, nõ obediet huic ſermoni,
Quid deinde facturus ſim, audite:
Eum ego virum edico, quicunq; eſt, ne quis
Hac, cuius ego Rex ſum, (in terrra
Recipiat, neq; ſermone, aut precationibus, aut ſacrificijs,
Quicquam cum eo commune habeat, neq; ſacram aquam ei attribuat. Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sed omnes à domo ipſum arceant, Nam ille
homo
Piaculum nobis eſt, quemadmodum Delphicũ
Apollinis Oraculum mihi oſtendit.
Hoc igitur modo decreui, & diuinam vocem,
Et illum mortuum defendere.
Execror autem cædis cultorem, ſiue is
Vnus cum eſſet latuit, ſiue à pluribus adiutus
eſt,
Vt malus male excommunicatus vitã exigat,
Et imprecor etiam meis ædibus, ſi
In illis me conſcio delitеſcit,
Eadem, quæ paulo ante imprecatus ſum,
Vobiſq; omnia iſta vt exequamini committo,
Mea cauſa, & Dei,
Et huius terræ.
Et hæc non obedientibus à Dijs imprecor,
Ne illis vnquam terra fruges ferat,
Neue mulieres ſobolem gignant, ſed vt letho
Tali moriantur, aut etiam triſtiore.
Vobis autem cæteris ciuibus Thebanis precor,
quicunq;
Iſta approbatis, vt ſit adiutrix diuina iuſticia
Et vt omnes vobis dij ſemper fauẽtes adſint.

Apud Euripidem in Oreſte Tyndarus grauiter reprehendit eos, qui Homicidas tantum mulcta pecuniaria puniunt, & tali, vt ipſe vocat, beſtiali & homicidali conſuetudi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ne, præbent ipſimet occaſionem, vt homicidia ex homicidijs, conceſſa ſeu vendita pro pecunia poteſtate, & Iure vindictæ priuatæ naſcantur, Ita vero inquit Tyndarus:

Interrogabo te hoc Menelae:
Si interficiat aliquem tua coniux,
Et illius filius rurſus interficiat matrem,
Et natus ex interfectore illo cædem cæde
Soluat, finis malorum quouſq; procedet?
Recte poſuerunt maiores olim hæc,
Non ſinebant in conſpectum venire (guinis,
Neq; in occurſum, quiſquis forte reus eſſet ſan
Sed expiabāt exilio, nō viciſsim occidere ſine-
Sēper enim vnus foret cæde obnoxius, (bāt.
Extremā contaminationem accipiēs manibus,
Ego defendam quantum poſſum legem,
Beſtialem hunc & homicidialem morem
Tollens, qui ſemper terras perdit & vrbes.

Ad execrationem homicidij etiam pertinet cogitatio de dicto Domini, Geneſis 9. Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu beſtiarum. Cum quo conſentit Lex Exodi 21. Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierem & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius.

Solon Athenienſibus legem tulit, vt etiam inſtrumenta, quibus homicidium commiſſum eſſet, imo etiam ligna, lapides, fer-

rum

rum & alia, ſi quem caſu occidiſſent, publico iudicio damnarentur, vt tanquam res execrabiles abijcerentur, cuius legis meminit Æſchines. Eſt autem manifeſtum, quod ea Lege voluerit Solon homines ab atrocitate homicidij deterrere, propter quod etiam res inanimatæ & ſenſu carentes eſſent abominandæ, & extra vſum hominum exterminandæ.

CAPVT V.

DE HOMICIDIORVM SPECIEBVS ET GRADIbus, *& quorunadm caſuum excuſationibus.*

NOn eſt in homicidio eadem, ſimiliſq; culpa. Ideo diſtinctione diſcernenda ſunt homicidia.

Eſt autem aliud Voluntarium, aliud Inuoluntarium. Et voluntarium quidem eſt, quod animo & voluntate occidendi committitur, vel facto, vel mandato, vel conſilio, vel auxilio; neq; intereſt ferro, aut ligno, aut lapide, aut ſtrangulatione, aut veneno, vel alio quouis modo, ſiue aperta vi, ſiue doloſe, ſiue inſidioſe perpetretur. Sed in hoc diſcrimen poſitum eſt, Si de induſtria & deliberato fiat, aut ſi repentino iræ affectu,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſiue προαιρέσει committatur, in illo enim grauior, in hoc vero leuior culpa eſt. Itaq́; Leges etiam Latronem, Sicarium, & veneficum grauiore ſupplicio afficiunt, quam eum qui iratus in rixa alium interfecit. Et Exodi 21. expreſſe dicitur: Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur, ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab Altari meo auellas eum, vt moriatur, Deu. 19. Si quis odio habens proximũ inſidiatus fuerit vitæ eius, fugienſq́; percuſſerit illum & mortuus fuerit, fugienſq́; ad vnam de ſupra dictis vrbibus, mittent ſeniores ciuitatis illius & accipient eum de loco effugij tradētq́; in manus proximi eius, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur. Numer. 42. Si per odium quis impulerit hominem, vel iecerit quippiam in eum per inſidias, aut cum eſſet inimicus manu percuſſerit, & ille mortuus fuerit, percuſſor Homicidij reus erit. Sed de eo quod per iram fit etiam dicitur eodem capite: Qui percuſſerit ſeruum ſuum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, reus criminis erit.

Auget etiam atrocitatem tum ſceleris tum pœnæ circumſtantia perſonæ, quæ occiditur: Nam ſi pater eſt aut mater, aut filius, aut

aut filia, Auus vel Auia, Nepos vel Neptis, vxor vel maritus, frater vel ſoror, aut tales, qui parentis loco coli debent, vt ſunt Patrui, Auunculi, Tutores, Præceptores, Magiſtratus, tunc non ſimpliciter Homicidium, ſed parricidium nominatur, quod in Legibus atrociori pœna, quam aliud commune Homicidium afficitur, ſicut in quarto Præcepto diximus.

Inuoluntarium Homicidium eſt, quod fit ſine voluntate eius, qui facit. Eſtq́ duplex, Aut enim fit neceſſariæ defenſionis gratia, Nimirum cum ille, qui Latronem aut Sicarium in inſtanti interficit, non ideo enim percutit, vt occidat, ſed vt ſeipſum, aut eum, cui defenſionem debet præſtare, contra iniuſtam & atrocem vim, ne interficiatur, defendat. Tale Homicidium defenſionale excuſatur in omnibus Legibus, & citatur lex Naturæ, Quod vim vi repellere liceat, de qua lege eruditiſsime diſſerit Cicero in oratione pro Milone.

Addunt autem Leges cautelam, vt ſeruetur Moderamen ſeu Modus inculpatæ tutelæ, de quo etſi in iure diſputetur, tamen reuera nihil aliud eſt, quam ipſa neceſsitas defenſionis, quæ ſine euidenti & præſenti periculo vitæ omitti non poteſt. Vt autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

difficilimum eſt in ipſo actu defenſionis, cum animus iniuſta & atroci violentia hoſtis irritatus eſt, omnes circumſtantias inculpatæ tutelæ obſeruare, quas aliquæ leges, præſertim municipales præſcribunt: ita etiam periculoſiſsimum eſt, cum iudices in talibus caſibus ius ſummum ſine mitigatione ſequuntur, ſicut ſolet diſputari de Milonis cauſa, qui iure ſummo eſt condemnatus propterea, quod Clodium inſidiatorem & latronem non in ipſo loco pugnæ occidit.

Sic autem exiſtimandum eſt, quod quædam circumſtantiæ in Legibus magis ideo ſint additæ, vt defendens ſe earum cogitatione animi impetus frenet, quam vt per earum inconſideratam violationem totum ius defenſionis amittatur, & illa leuis culpa neglectæ alicuius circumſtantiæ, in defenſione neceſſaria, æquiparetur atroci crudelitati latronis & Sicarij. Quod cum iniquiſſimum ſit, ideo iudex in talibus caſibus adhibere debet ἐπιείκειαν, vt conſulat ſaluti eius, qui in neceſſario defenſione iuſto dolore irritatus, aliquam leuem circumſtantiam transgreſſus eſt, & ſic etiam quidam Iuriſprudentes conſulunt: Quod is qui in inſtāti percuſſorem ſequitur de facto, & occidit, non ſit affici-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſiciendus ſupplicio ſicut doloſus, quia inconſultus calor crimine caret.

Altera ſpecies Inuoluntarij homicidij eſt cædes fortuita, vel caſualis, quæ fortuito caſu accidit. Huius ſpeciei extant quædam expreſſæ excuſationes in lege Diuina, de quibus tertio loco dicere propoſui, Sed prius hanc admonitionem addo, quod caſus fortuitus debet vacare dolo & affectata negligentia, quæ culpam latam coniunctam habet, vt cum quis proijciens lapidem è feneſtra in caput prætereuntis, non prius proſpexit, aut clamore caueri admonuit, talem culpam latam, non excuſatione, ſed animaduerſione dignam eſſe quiuis intelligit.

Nunc ipſa verba legis Diuinæ recitabo, in quibus aliqui caſus exprimuntur, vt ex illis de ſimilium excuſatione iudicari poſsit. Nam iniuſtum eſt eos à Magiſtratu puniri, quos Deus in ſua Lege excuſat, & pro quibus ipſe ordinauit in ſuo populo Aſyla, vt in illis tuti eſſent. Exodi 21 cum diſtinctione dicit Deus ad Moyſen: Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manum eius, conſtituam tibi locum, in quem fugere debeat, Num. 35. Quando transgreſsi fueritis Iordanem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in terram Chanaan, decernite quæ vrbes debeant eſſe in præſidia fugitiuorum, qui nolentes ſanguinem fuderunt, in quibus cum fuerit profugus, cognatus occiſi non poterit eum occidere, donec ſtet in conſpectu multitudinis, & cauſa illius iudicetur. De ipſis autem vrbibus, quæ ad fugitiuorum ſubſidia ſeparantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan, tam filijs Iſrael, quam aduenis & peregrinis, vt confugiat ad eas, qui nolens ſanguinem fuderit.

Hi duo loci expreſſe deſcribunt inuoluntarios caſus, carentes, vt dixi, culpa. Nam ſunt notanda verba: Qui nolens occiderit, & qui eum occidit, quem Dominus ei in manus tradidit. Additur autem eodem capite in Numeris, Quod ſi fortuito, & abſq; odio & inimicitijs occiderit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atq; inter percuſſorem & propinquum ſanguinis quæſtio ventilata, liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per ſententiam in vrbem, ad quam confugerat, manebitq; ibi donec Sacerdos magnus, qui oleo Sancto vnctus eſt, moriatur.

Atq; Deut. 19. ſpecialiter ponitur caſus fortuitus. Qui percuſſerit proximum

ſuum

ſuum neſciens, & qui heri & nudiustertius nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur, ſed abiiſſe cum eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cædenda, & in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit manu, ferrumq́; lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit, hic ad vnam ſuprà dictarum vrbium confugiet, et viuet, ne forſitan proximus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus perſequatur, & apprehendat eum, & percutiat eum, qui non eſt reus mortis, quia nullum contra eum, qui occiſus eſt, odium prius habuiſſe monſtratur, Cùm autem dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram, quam eis pollicitus eſt, addes tres alias ciuitates, & ſuprà dictarum trium vrbium numerum duplicabis, vt non effundatur ſanguis innoxius in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi poſſidendam, ne ſis ſanguinis reus. Repetitur eadem conſtitutio Ioſuæ 20. Obſeruent autem tam Iudices, quàm accuſatores in talibus caſibus hæc verba legis diuinæ: Ne ſanguis innocens effundatur, & ne tu fias ſanguinis reus. Effundetur ergo innocens ſanguis, cùm homicida innocens iniuſtè ſupplicio afficitur. Et tam accuſator quàm Iudex in tali caſu ſit reus homicidij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Athenis diuerſa fuerunt olim iudicia de cædibus, & Curiæ Iudicum diuerſæ. De cæde ex inſidijs facta, & de incendijs iudicabant Areopagitæ hoc ordine, Primùm oportuit dari iuramentum calumniæ, poſtea rem narrare ſine proœmijs & ſine affectibus, deinde produci teſtes, nec colloqui iudicibus licebat, ſed calculis latæ ſunt ſententiæ, iuxta leges. Erat etiam vſitatum Iudices primùm iurare iuxta leges. Condemnatus autem reus afficiebatur capitali ſupplicio.

De cæde non facta ex inſidijs, ſed defenſionis cauſa, iudicabatur in alio loco, ſcilicet Delphico, & ab alijs Iudicibus, ac oſtenſa neceßitate defenſionis, reus abſoluebatur ita, vt maneret ciuis, & omnia ornamenta ciuis retineret. Ibi Theſeus cauſam dixit, & abſolutus eſt, cùm interfeciſſet Pallantidas, qui fuerant eum inuaſuri, & ei regnum erepturi.

De cæde non facta defenſionis cauſa, ſed fortuita, iudicabatur etiam in alio loco, in Palladio. Pœna erat fortuitæ cædis exilium, ſicut ex multis veteribus exemplis conſtat. Telamon, quia in ludo fratrem Phocum occiderat, coactus eſt ab Æaco in exilium ire. Patroclus exulauit, quod in ludo occiderat Lyſonymum. Eſtq́ dignum conſideratione, quòd defenſioni maior data eſt venia, quàm fortuito caſui,

to caſui,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

to caſui, quia in fortuito caſu aliqua negligentia accedit. In Prytannæo de ferro alijsq; rebus inanimis & ſenſu carentibus iudicium fiebat.

Quod autem ad Aſyla attinet, oſtendit exemplum Legis, quæ ſit in ea cauſa voluntas Dei, & bono conſilio etiam à Chriſtianis Imperatoribus, Regibus & Principibus talia priuilegia certis oppidis, & locis attributa eſſe. Sed non debet accedere ille atrox abuſus, qui nunc in plæriſq; locis vſitatus eſt, vt ſine diſcrimine omnes, etiam crudeliſſimi parricidæ & Sicarij, in tutelam, non ſolùm contra vim, ſed etiam contra ius, ſeu iuſtum accuſatorem recipiantur. Ea conſuetudo non eſt ex lege Dei ſumpta, in qua expreſſè dicitur Deut. 19. Quòd homicida, qui per odium fuit inſidiatus vitæ proximi, etiamſi ad ciuitatem priuilegiatam confugerit, tamen reddi à ſenioribus debet, vt viciſſim moriatur. Et Exod. 21. dicitur, Quòd talis etiam ab Altari Domini ſit auellendus. Sicut Salomon iuſſit homicidam Ioab in ipſo tabernaculo ad Altare interfici. Sed conſuetudo illa ex κακοζηλίᾳ gentium orta eſt. Nam Hercules apud Græcos conſtituit talia Aſyla, & apud Latinos Romulus, in quibus omnes ſcelerati defenſi ſunt, ſicut eſt in diſticho:

Romulus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Romulus vt ſaxo lucum circumdedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris.

Et acceßit vnà cum Magiſtratuum δωροφαγίᾳ & conniuentia, etiam exemplum ſuperſtitionis Papiſticæ, qua ſine diſcrimine prohibitum fuit, ne quis ſceleratus à lucis ſacris abriperetur, cuius ſuperſtitionis etiam exempla in Ethnicis hiſtorijs extant, in quibus hoc tamen obſeruatione dignum eſt, Quòd cùm Pauſanias Lacedæmonius reuocatus ab Ephoris ad iudicium, in templum confugiſſet, ne ob religionem ſinerent ipſum Ephori impunitum, fores templi muro obſtruxerunt, vt in templo fame moreretur. Et ſcribitur, quòd ob atrocitatem ſceleris, quia voluerat patriam prodere, mater ipſius Alcithea primum lapidem in ea obſtructione poſuit. Ad inuoluntaria homicidia etiam illud refertur, quod ab homine furioſo committitur, propterea, quòd furioſus mentis ſuæ impos eſt, nec voluntatem regere poteſt, ſicut dicitur: Furioſus non conſentit. Lex dicit in ff. Furioſus ſatis ſuo furore punitur.

CAPVT VI.

DE INTERFICIENTIBVS SEMETIPSOS.

Themiſto-

THemiſtocles Athenienſis cùm optimè meritus eſſet, tamen odijs inuidorum ex tota Græcia pulſus eſt, & ad regem Perſicum profugit, qui cùm eum facere vellet ducem militiæ contra Græciam, ipſe hauſto veneno, quod in calamo habebat, ſemetipſum interimere, quàm patriæ bellum inferre maluit. Cato Vticenſis ſecutus partes Pompeianas, cùm accepiſſet nuncium, iterum in Africa Pompeianos eſſe ſuperatos, omnibus rebus benè conſtitutis, liberisq; ſuis Lucio Cæſari Proquæſtori commendatis, cùm ſine ſuſpicione dormitum iuiſſet, gladio in cubiculo ſe traiecit, ne in manus Iulij Cæſaris deueniret.

Porcia filia Catonis, audita morte Bruti mariti, victa dolore, cùm ferrum conſequi non poſſet, ardentes bibit ore fauillas, & ſic vitam finiuit.

Lucretia Romana propter amiſſam pudicitiam violentia Tarquinij Iunioris, ſibimetipſi mortem conſciuit. Idem fecerunt Leuctris Scedaſi filiæ, vim à Lacedæmonijs iuuenibus paſſæ.

Valerius Maximus narrat lib. 2. cap. 1. In ciuitate Galliæ Maſsilia conſuetudinem fuiſſe, vt qui mori cuperet, cauſam ſui deſiderij deferret ad Sexcentos, id enim Senatus nomen fuit, Illi re deliberata, ſi cauſam ſatis

grauem

grauem eſſe iudicarent, decernebant, vt venenum cicuta mixtum, quod publicè cuſtodiebatur, acciperet, eamq; conſuetudinem non in Gallia natam, ſed è Græcia eò translatam eſſe inde colligit, quòd eandem in Iulide oppido inſulæ Ceæ obſeruari, vnà cum Sexto Pompeio viderit. Fortè enim, inquit, euenit, vt ſummæ dignitatis ibi fœmina, ſed vltimæ iam ſenectutis, reddita ratiõe ciuibus, cur excedere vita deberet, veneno conſumere ſe deſtinarit, mortemq; ſuam Pompeij præſentia clariorem fieri magni æſtimarit: Nec preces eius vir ille, vt omnibus virtutibus, ita humanitatis quoq; laudibus inſtructiſſimus aſpernari ſuſtinuit, venit itaq; ad eam, facundiſſimoq; ſermone, qui ore eius, quaſi è beato quodam eloquentiæ fonte, manabat, ab incepto conſilio diu nequicquam reuocare conatus, ad vltimum propoſitum exequi paſſus eſt, Quæ nonageſimum annum transgreſſa, cum ſumma & animi & corporis ſynceritate, lectulo, quotidiana conſuetudine cultius ſtructo recubans, & innixa cubito, Tibi, inquit, Sexte Pompei, Dij magis, quos relinquo, quàm quos peto, gratias referant, Quia nec hortator vitæ meæ, nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti. Cæterum ipſa hilarem fortunæ vultum ſemper experta, ne auiditate lucis triſtem

intueri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

intueri cogar, reliquias ſpiritus mei proſpero fine, duas filias, & vnum nepotum gregem relictura, ſuperſtitem permitto. Cohortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis patrimonio, & cultu ſuo, ſacriſq́; domeſticis maiori filiæ traditis, poculum, in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextera arripuit. Tunc defuſis Mercurio delibamentis, & inuocato numine eius, vt ſe placido itinere in meliorem ſedis infernæ deduceret partem, cupido hauſtu mortiferam traxit potionem, ac ſermone ſignificans, quasnam ſubinde corporis ſui partes rigor occuparet. Cùm iam viſceribus eum, & cordi immineret, eſſet locuta, filiarum manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officium aduocauit. Noſtros autem, tametſi nouo ſpectaculo obſtupefacti erant, ſuffuſos tamen lacrymis dimiſit. Hæc Valerius.

Recitaui hæc exempla Ethnica, vt primùm Philoſophorum iudicia de talibus factis conſiderentur. Socrates in Phædone apud Platonem reprehendit ſemetipſos occidentes, niſi cogantur per ſententiam Magiſtratus, ſicut ipſe coactus eſt cicutam bibere. Sic enim intelligo eius verba, cùm dicit, Non prius decere hominem ſeipſum interficere, quàm Deus aliquam neceſſitatem impoſuerit, qualem nobis

bis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

bis, ait, impoſuit in præſentia. Apparet autem, quòd Cæenſes ex prauo intellectu ſententiæ Socratis, eam, de qua Valerius dicit, conſuetudinem ſumpſerint, quæ ad Maſſilienſes deriuata fuit. Ariſtoteles in Ethicis bis mouet hanc quæſtionem, An ſeſe interficiens faciat ſibi iniuriam, & ſit iniuſtus. Ac primo loco refutat argumentum:

Scienti & volenti non fit iniuria,
Ergo, Qui ſciens & volens ſemetipſum interficit, iniuriam ſibi non facit.

Reſpondet Ariſtoteles: Scienti & volenti nõ fit iniuria, ſcilicet ſimpliciter volenti, & in re, quam poteſt velle, interficiens autem ſemetipſum vult hoc, quod iure non poteſt, & non debet velle. Quia vt Iureconſulti dicunt: Nemo eſt dominus ſuorum membrorum, idcirco facit ſibi iniuriam.

Poſtea aliter reſpondet: Eum non tam ſibi, quàm Reipublicæ iniuriam facere, & peccare contra iuſticiam vniuerſalem, Quia lex ciuitatis prohibet ciuem necari à ſe, vel ab alio, Et punit infamia eos, qui ſibi mortem adferunt, Significat itaq; ab illis iniuſtè factum eſſe.

Cum hac reſponſione conſentit conſtitutio antiqua, quam recitant Æſchines contra Cteſiphonem & Egeſyppus, quòd manus dextera

ſolebat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſolebat abſcindi illis, qui ſibi mortem intulerant, tanquam membrum iniuſtum & ſceleratum, quod corpori proprio & Legibus & Reipublicæ iniuriam intuliſſent. Seneca de Catonis exemplo aliter diſputat, Fuiſſe illud factum viri fortis & conſtantis. Sed Ioſippus rectius ait: Non eſſe viri fortis ſemetipſum interficere, ſed ignaui & abiecti animi. Quia vir fortis vtramq; fortunam expectat, & cum decoro fert, Ideo autem Cato ſe interfecit, quia metu imminentis periculi, ſi in Cæſaris manus deueniſſet, fractus fuit.

In Chriſtiana Religione recte dicimus, eos qui ſemetipſos occidunt, atrociter peccare horribili deſperatione contra Deum patrem, Filium & Spiritum ſanctum: Quia abijciunt contumaciter gratiam Dei, & merita Filij Dei Ieſu Chriſti, atq; blaſphemè negant Spiritus ſancti teſtimonium & veritatem in conſolationibus Euangelicis, Quam deſperationem ſequitur æterna condemnatio, niſi in poſtremo agone adhuc fiat vera ad Deum conuerſio per fidem.

Deinde etiam recte dicimus, Eos peccare contra quintum Præceptum, in quo mandatur, ne quis vel alij vel proprio corpori iniuriam adferat, Atq; ea etiam de cauſa fiunt rei æternæ maledictionis, niſi accedat, vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dixi, conuerſio, Quia lex dicit: Maledictus omnis, qui non manſerit &c. Et fiunt rei Excommunicationis Eccleſiaſticæ, & pœnæ Magiſtratus, propterea quod externa vi in ſemetipſos, violauerunt diſciplinam externam, & obedientiam debitam Magiſtratui, iuxta Leges: Nemo enim eſt membrorum ſuorum Dominus, ſed Deus & Lex. Etſi autem pœna ignominioſæ ſepelitionis quæ fit per carnificem, in loco inhoneſto, non adfert mortuis dolorem, tamen perpetuam adfert infamiam, & eſt exemplum publicum, neceſſarium ad conſeruationem bonæ diſciplinæ.

Moueri autem ſolet Quæſtio: An liceat cui ſemetipſum occidere, ne cogatur peccare, Sicut quinquaginta Spartanæ Virgines cum ad Meſſeniorumn vrbem miſſæ eſſent, ſemetipſas interfecerunt, ne à Spartanis Iuuenibus vim impudicam paterentur. In hiſtorijs Ethnicis laudatur factum, & quidem amor caſtitatis laude dignus eſt, Sed factum eſt iniuſtum. Itaq; homo Chriſtianus in tali caſu obediat Præcepto: Non occides, cum conſtanti propoſito, quod velit potius ab alijs occidi, quam impiæ coactioni conſentire. Non enim ſunt facienda mala, vt eueniant bona, Et pati vim ſine conſen-

ſione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſione, paſſio eſt, non actio. Sic etiam in Tragœdia dicit puella: Cogi non poteſt, qui paratus eſt mori, id eſt, Non poteſt ille cogi ad malam actionem perpetrandam, qui libentius vult pati, vt occidatur, quam vt turpe quid faciat.

CAPVT VII.

DE BELLIS.

CVm in bellis multa homicidia fiant, idcirco ad Præcepti quinti enarrationem pertinet admonitio de bellis. Dici autem bellum Grammatici exiſtimant per Antiphraſin, quod minime bellum ſit, omnia enim in bello mala inſunt, & ſunt in bellis triſtia, miſera & calamitoſa omnia, ſicut in verſu Virgilij dicitur:

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Et Cicero in Oratione pro L. Manilia dicit: Non ſolum aduentus belli, ſed etiam metus ipſe calamitatem adfert. Ideo ſapientiſſima eſt oratio Cyri apud Xenophontem, libro 5. Sic agendum eſſe, vt quam minimum ſit bellorum, Quam admonitionẽ Imperatores, reges, Principes, & eorũ Conſiliarij ſemper in conſpectu habere debent, in conſultationibus de bellis, quibus in tota gubernatione de re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

bus Ciuilibus, nullæ ſunt deliberationes, & difficiliores & periculoſiores. Pindari dictum eſt: Dulce bellum in expertis, expertus autem ſi ad cor apponit ſupra modum horret, Quod dictum quam ſit verum omnes Hiſtoriæ oſtendunt: Accidit enim inexpertis illud quod Euripides dicit.

Cum de bello ſuſcipiendo ſuffragia fert populus,
Tunc nullus mortem ſibi imminere cogitat,
Sed iſtud infortunium in alium conijcit.
Quod ſi mors ob oculos eſſet, dum feruntur ſuffragia,
Nunquam inſano belli amore capta periret Græcia.

Sit igitur, vt dicit Cyrus, ea cura cordi omnibus, & qui regunt, & qui ad conſilia adhibentur, vt quam minimum ſit bellorum.

Inhumanus enim, inquit Homerus, & ferus
Qui bellũ cupit in populo deteſtabile, (ille eſt,
Occiduntur viri, conſumitur igni ciuitas,
Abducuntur liberi, & mulieres &c.

Sed quia neceſſitas ſæpe etiam amantiſſimos pacis ad bella trahit, ſicut Dauid, Ezechias, & alij pij Reges, ad bella gerenda ſunt compulſi: Ideo in hac materia de bellis ante omnia explicanda eſt Quæſtio:

An

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

AN CHRISTIANVS CVM BOna conſcientia bellum gerere aut militiam ſequi, Iuramentum militiæ præſtare & hoſtem in bello interficere poßit.

Ad eius Quæſtionis explicationem neceſſaria eſt diſtinctio inter bellum legitimum & illegitimum.

Bellum legitimum eſt ſpecies vindictæ publicæ, ordinatæ ac Magiſtratibus mandatæ, contra multos aut potentes iniuſtos, qui communi, & tranquillo Iudicij ordine coherceri non poſſunt. Eſtq́, vel legitima defenſio, vel legitima recuperatio, vel legitima pœna, quæ fit corporali vi per Magiſtratus. Vt defenſio erat cum Græci reprimebant Xerxen, aut Romani Hannibalem, aut Conſtantinus Licinium, Machabæi Antiochum, Recuperatio erat cum Dion recuperabat Syracuſas, Thraſybulus Athenas, Alexander ciuitatibus Ionicis iniuſte oppreßis reſtituit libertatem. Pœna erat cum Iſraelitæ bellum intulerunt tribui Beniamin propter ſtupratam Leuitæ coniugem, Iudicum 20. Similis deſcriptio iuſti belli eſt in his verbis Auguſtini de ſermone Domini. Apud veros Dei cultores etiam bella patrata ſunt, quæ non cupi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ditate aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, & ut mali coherceantur, & boni ſubleuentur. Liuius iuſtum bellum ſic definit lib. 9. Decad: 1. Bellum eſt iuſtum, quod neceſſarium eſt. Et arma ſunt pia, quibus nulla niſi inermis ſpes relinquitur.

Illegitimum bellum non tantum eſt ſpecies priuatæ & temerariæ ac inordinatæ vindictæ, etiamſi à ſummo Magiſtratu geratur, ſed etiam eſt publicum latrocinium, eſtq́ illud, quod vel propter cauſas impias & iniuſtas, vel ſine iuſtis & neceſſarijs cauſis, petulantia, & malitia extirpandi Euangelium Chriſti, delendi Eccleſiam, turbandi publicam pacem, euertendi Reſpublicas, vel temeraria dominandi libidine, aut priuata irà, odio, alijs-ve affectibus prauis, vel huic ſine cauſa nocendi, vel alteri gratificandi, ſuſcipitur.

Exemplorum talium plenæ ſunt hiſtoriæ Ethnicæ. Plura enim bella iniuſta & non neceſſaria, quam neceſſaria & iuſta geſta ſunt. Atq; in ſacra ſcriptura etiam exempla recitantur piorum Regum, qui aut non neceſſaria bella mouerunt, aut ſine neceſſarijs cauſis impijs tulerunt auxilia, Ideoq́ & reprehenſi & puniti ſunt. Quæ exempla idcirco à Spiritu ſancto proponuntur, vt eorum conſideratio alios cautiores faciat. Amaſias Rex Iudæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

qui fuit initio pius & fœlix, poſtea mutatus mouit bellum non neceſſarium, diſſuadentibus Prophetis, in quo eſt victus à Ioa Rege Iſraelis, & templum ſpoliatum eſt, & ipſe poſtea fugiens ex Hieroſolyma eſt interfectus, 4. Reg. 14.

Ioſias ſimiliter mouit non neceſſarium bellum aduerſus Necao Regem Ægypti, qui Aſſyrijs bellum intulerat, in quo cum vulnus accepiſſet, aliquanto poſtea mortuus eſt, 4. Reg. 23. Ioſaphat facto fœdere cum impio rege Achab tulit ei auxilium contra Regem Syriæ, & idcirco grauiter obiurgatus eſt à Propheta Iehu, 2. Para. 19. Impio, inquit Propheta, præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris, ſed inuenta ſunt in te bona opera, eo quod abſtuliſti lucos de terra Iuda, & præparaſti cor tuum, vt requireres Dominum Deum patrum tuorum.

In hiſtorijs, vt dixi, Ethnicis exempla illegitimorum & temerariorum bellorum plurima recitantur, quæ quantas attulerint calamitates publicas & priuatas, imperiorum mutationes, regionum deuaſtationes, vrbium euerſiones, & infinita alia mala, nemini eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ignotum. Ideo vere dicit Demoſthenes: Miſerrimum eſt bellum temere mouiſſe.

Quod autem homo Chriſtianus legitimum bellum cum bona conſcientia gerere, & in eo militare, iuramentum & officia militiæ præſtare poſſit, ſic probatur.

Pium & bonum opus eſt, vt Magiſtratus cogente neceſſitate, vindictæ diuinæ ſit executor, & gladio, quod non fruſtra gerit, vt Paulus inquit, ſed à Deo accepit, vtatur ad defenſionem bonorum & pœnam malorum, In hoc ergo officio, qui Magiſtratum adiuuãt in legitima & neceſſaria ſuorum defenſione, & iuſta vindicta, illi iuſte & recte faciunt, & milites qui in tali officio ſunt Dominis infideles peccant, Sicut Ieremiæ 48. ſcriptum eſt: Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, & qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.

Hanc Reſponſionem comprobant exempla bellorum, quæ à ſanctis Regibus & alijs geſta ſunt in nomine Domini, ſicut Dauid dicit ad Goliath, Ego ad te venio in nomine Domini, & in vera Fide ac inuocatione Dei, Quemadmodum in Pſalmo dicit Dauid: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus. Et ad

Heb.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Heb. 11. ſcriptum eſt: Gedion, Baruch, Samſon, Iephte, Dauid, per fidem vicerunt regna.

Atq; extant quædam valde inſignes precationes, quæ ſancti in prælijs dixerunt, & ſunt à Deo exauditi. Imò verò in Ioſua cap. 1. & 2. Machab. cap. 10. ſingularibus apparitionibus Deus declarauit, quòd ipſemet cum ſanctis Angelis ſit præſens in illis bellis, quæ à pijs ob neceſſarias cauſas in vera fide & inuocatione Dei geruntur.

Dauid verbis Pſal. 143. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, expreßè dicit, Fortitudinem bellicam & rei militaris ſcientiam in homine pio donum Dei eſſe, Ergo à Deo approbatur & placet ei. Accedit etiam teſtimonium Baptiſtæ, qui milites interrogantes, quid facere debeant, non iußit militiam deſerere, ſed quomodo rectè militiam agere poſſent, inſtruxit: Neminem, inquit, concutiatis, neq; calumniemini, & eſtote contenti ſtipendijs veſtris. De qua Reſponſione dicit Auguſtinus: Non prohibet militare, qui proprium ſtipendium ſufficere præcipit.

Etſi autem pauci inter milites de hac quæſtione, proh dolor, ſolliciti ſunt, ſicut etiam veteris poetæ Lucani querela teſtatur:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Nulla fides, pietasq́; viris, qui caſtra ſequuntur,
Venalesq́; manus, ibi fas, vbi maxima merces.

Tamen boni hanc Reſponſionem obſeruare debent, quæ poſſet pluribus argumentis defendi, ſed hanc breuem admonitionem bonis ingenijs ſufficere exiſtimo.

Illud autem addo, quòd non tantùm mouentes notoriè iniuſta bella, & præſertim contra Eccleſiam Dei, horribiliter peccant, ſed etiam ſimul peccant omnes milites, qui eam impietatem adiuuant. Sed quid iudicandum eſt, Si ſubditus aut miles ignoret, cauſam belli, in quo militet, eſſe iniuſtam? Reſpondeo: Cùm contra Eccleſiam geritur bellum, tunc ignorantia neminem excuſat, quia omnes homines ſcire debent, quæ ſit vera Eccleſia, ſicut in Symbolo omnes dicimus: Credo ſanctam Eccleſiam Cathoilcam: Sed in ciuilibus cauſis multi caſus accidere poſſunt, in quibus vel dubitatio vel ignorantia ſubditi aut militis eſt excuſabilis, & tunc valet regula: Tene certum, & relinque incertum. Eſt autem perſpicua & certa norma, obtemperandum eſſe poteſtati, non manifeſtè & notoriè iniuſta mandanti. Hæc regula excuſat ſubditos & milites, cùm obtemperant dominis, etiamſi non norunt ea, quæ ſcire ipſos ne quidem poßibile eſt, ſicut Theocles ſeruum

obiurgat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

obiurgat multa ſciſcitantem de bello, & tandem ſeruus: Taceo, & patiens feram, quod eſt fatale. Hæc plerunq; eſt vox populi ignorantis fontes negociorum, qui hac excuſatione ſit contentus, quòd regulæ perſpicuæ de obedientia obtemperandum ſit. Domini autem, qui gerunt bella, debent noſſe veras cauſas, nec gerant, niſi ſint cauſæ iuſtæ, magnæ & perſpicuæ, nec gerant reclamante & dubitante conſcientia, ne peccent contra mandata Dei: Non occides, & : Non furtum facies, & ne non tantùm hoſtibus, ſed & proprijs ſubditis ſine iuſta & neceſſaria cauſa noceant, quia bellũ et hoſtibus et amicis graue eſt, & inter plagas Dei recenſetur. Sæpe etiam domini cogitent de querela militis apud Virgilium lib. 11. qua deplorat temeritatem mouendi bella non neceſſaria:

Scilicet vt Turno contingat regia coniux,
Nos animæ viles, inhumata, infletaq; turba
Sternamur campis &c.

Eſt verò etiam obſeruatione dignum, quòd Philoſophi quoq; in ea temeritate iudicium Dei punientis peccata hominum aliquomodo conſiderauerint, ſicut Liuius de talibus exemplis dicit lib. 5. Decad. 1. Vrgentibus Rempublicam fatis, Dei & hominum ſalutares admonitiones ſpernuntur. Et Cicero

pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

pro Ligario de belli ciuili calamitatibus inquit: Mihi quidem ſi proprium & verum nomen noſtri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidiſſe videtur, & improuidas hominum mentes occupauiſſe, vt nemo mirari debeat, humana conſilia diuina neceſſitate eſſe ſuperata. Lucani verſus de eadem cauſa valde ſunt inſignes:

Hoc placet ô ſuperi, cùm vobis vertere cũcta
Propoſitum, noſtris erroribus addere crimen,
Cladibus irruimus, nocituraq́ poſcimus arma.

Et ſapienter dictum eſt.

Iratus ad pœnam Deus ſi quos trahit,
Auferre mentem talibus prius ſolet,
Suas vt in clades velut cæci ruant.

Iſocratis querela eſt, Cùm natura hominum per ſe multis malis obnoxia ſit, nos ipſi plura etiam excogitamus, bellis & ſeditionibus inter nos excitatis.

CAPVT VIII.

DE LEGIBVS BELLORVM.

GEnerale præceptum Dei eſt: In mandatis meis ambulate. Nec ceſſat lex Dei inter hoſtes, ſicut inquit Chriſtus: Diligite inimicos veſtros. Impia itaq́ perſuaſio eſt

propha-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

prophanorum militum, quòd ius belli deſtruat iura naturæ, & ipſam legem Dei. Etſi vxor & filiæ Darij, et Allucij Hiſpani ſponſa, fuerunt in bellis captæ, & illa ad Alexandrum, hæc ad Scipionem adducta, tamen manebat obligatio legis diuinæ: Non mœchaberis. Nec bellum tribuebat ius Alexandro & Scipioni, vt alterius vxores, filias & ſponſas attingerent. Sic Conſaluus Genuæ iuſtè fecit, qui cùm in domum, in qua miles prædam quærens, etiam matronam cogere voluit ad adulterium, præteriret, audiens eiulatum mulieris, ingreſſus eſt domum, & audita querela honeſtæ matronæ, militem ſua manu interfecit. Et Alexander Magnus iuſsit Timoclæam liberam eſſe, quæ interfecerat vnum ex Tribunis militum deturbatum in puteum, in quo theſaurum abſconditum eſſe dicebat, propterea quòd ipſam ad adulterium coëgiſſet.

Cùm in bello Germanico, quod anno Chriſti 1546. geſtum eſt, Alexander Farneſius quædam inter matronas inhoneſtè feciſſet, Carolus V. Imperator ſic exarſit ira, vt gladium ſtrinxerit, & diceret, ſe ſua manu illum interfecturum eſſe, ſi adeſſet, ac iuſsit ſtatim ei mandari, vt ex Germania diſcederet.

Sciendum eſt igitur, Legem diuinam inter hoſtes non ceſſare, & in bellis retinendam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dam eſſe bonam conſcientiam, quam abijcientes, vt Paulus inquit, fidem amittunt, & non poſſunt in inuocatione puras manus ad Deum attollere.

Sit itaq; prima lex bellica: Ne moueatur bellum, niſi ſit neceſſarium & legitimum, tunc enim vocatio & mandatum Dei, qui Magiſtratum gladio armauit, cogit arma ſumere, ſicut Lex Dei cogit latrones & ſeditioſos reprimi & puniri. vt Deut. 19. dicitur: Non parcas ei. Et ad Rom. 13. Magiſtratus non fruſtrà gerit gladium, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram facienti malum.

Maximè autem perſpicua cauſa & neceßitas gerendi bellum eſt, caſus veræ & non ſimulatæ defenſionis, vt vis & iniuria propulſetur, & pax conſeruetur, ſintq; tranquillæ & in tuto Eccleſiæ, Reſpublicæ & Oeconomiæ, qualis fuit neceßitas defenſionis in bello Romanorum contra Hannibalem, & in Machabæorum bello contra Antiochum & alios.

Hanc regulam ſapientißimus rex Alphonſus inſigni ſymbolo complexus eſt, cùm pinxit Pellicanum ſibi pectus perfodientem, & ſanguine ſuo alentem pullos, & adſcripſit hæc verba: Pro lege & pro grege. Atq; Cicero optimè dixit, Suſcipienda eſſe bella ob

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

la ob eam cauſam, vt ſine iniuria in pace viuatur, Off. 1.

Secunda lex eſt, quæ traditur Deut. 20. Si quando acceſſeris ad oppugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem, ſi receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo: ſin autem fœdus inire noluerit, et cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. Hac lege Iudæis lata, oſtendit Deus ſuam volūtatem eſſe, vt bella prius parti aduerſæ denuncientur, ſeu indicentur, eo animo, vt ſit integrum pacem aut bellum eligere, & ſi pacem eligat & exoptet, etiam pacis conditiones æquas admittendas eſſe.

Atq; non obſcurum eſt, hanc legem ex ipſo fine belli, qui eſſe debet, vt pax conſtituatur, ſumptam eſſe. Si enim poteſt pax abſq; bello conſtitui, equidem conſultius eſt, pacem certam anteferre bello, cuius euentus ſemper eſt dubius, etiamſi ſapientiſsimè omnia ſint præmeditata & præparata, atq; etiam cùm felix eſt, tamen ſine cladibus & magnis damnis ac periculis rariſsimè vel nunquam ad eum peruenitur. Ideo ſapienter dicit Cicero: Mea quidē ſententia paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum, Offic. 1. Et miles apud Terentium in Eunucho:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cho: Omnia prius experiri, quàm armis, ſapientē decet. Hãc itaq; legem de belli indictione, quam etiam ratio ipſa dictat, ſecutæ ſunt omnes honeſtæ gentes, ita vt Cicero dicere auſit, Iniuſtum bellum eſſe, quod non ſit prius denunciatum & indictum. Offic. 1.

Tertia lex, Quando hoſtis petit pacem, ſeruandum eſt ius ſupplicium. Suntq; ſupplices, qui aut nihil peccarunt, & deprecantur manifeſtè iniuſtam violentiam, aut qui peccauerunt, & faciunt deditionem, offerentes ſe ad pœnam, & petentes mitigationem propter probabilem cauſam, quia aut error fuit, aut paucorum temeritas. Talibus vult parci Deus, ſicut recitata lex Deut. 20. teſtatur. Et cap. 24 Deut. dicitur: Non occidentur patres pro filijs, neq; filij pro patribus, ſed vnuſquiſq; pro peccato ſuo morietur. Sic etiam Ethnici ius ſupplicum religioſè obſeruauerunt, cuius cuſtodem & vindicem iudicauerunt eſſe Iouem, ſicut fabula Æſopica de aquila & ſcarabæo monet. Et adhuc in prælijs hoc ius ſupplicum ſeruatur, ne vita eripiatur deditis, qui arma abijciunt. Pauſanias in Achaicis recitat inſigne exemplum pœnæ Achæorum, propterea quòd ius ſupplicum violaſſent: Cùm Achæi, inquit, ſupplices è templo abſtractos trucidaſſent, non fuit lenta

aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

aut ſegnis ira Dei ad pœnam repoſcendam, ingens enim terræ ac repentinus motus non ipſa tantùm mœnia, ſed vrbis etiam totius aream ita obruit, vt ne veſtigia quidem vlla poſteris agnoſcenda relinquerentur.

Lacedæmonij in Hiſtorijs vituperantur, quod Platæenſes poſt deditionem interfecerunt, & procul dubio pœnæ quæ ſecutæ ſunt, etiam ex illa cauſa ſimul cum alijs promanarunt. In Leone finxit Deus imaginem heroici bellatoris, itaq; in Leone non ſolum eſt heroica magnanimitas cum robore corporis coniuncta, ſed etiam eſt heroica clementia erga proſtratos, ſicut dicitur:

Parcere proſtratis ſcit nobilis ira leonis.

Vtriuſq; igitur virtutis imaginem imitari bonus bellator debet, ſicut grauiſsimè Virgilius dicit:

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Et Cicero libro 2. de Oratore: Nihil tàm eſt regium, quàm opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis homines. Sigiſmundus Imperator cuidam expoſtulanti, quòd victis & ſupplicibus hoſtibus non ſolùm vitam, & opes relinqueret, ſed etiam eos inter amicos reciperet & extolleret, Tibi, inquit, videtur inimicum occidere, quia à mortuo nihil periculi ſit, iuxta di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ctum, Mortuus non mordet, At ego inimicum occido, dum ſupplici parco, & amicum facio, dum extollo. Sapientiſſima vox fuit Imperatoris, cuius exempla multa inueniuntur in antiqua Hiſtoria Romanorum, qui ideo quod ius ſupplicum, cum alijs æquiſſimis legibus belli, quas fœciali iure conſcriptas eſſe Cicero teſtatur, obſeruabant, multos Reges & populos ſibi adiungebant.

Quarta Lex. In bellis parcendum eſt multitudini inermi, & infantibus, pueris, impuberibus, virginibus, matronis, decrepitis, Quia hæ perſonæ omnes præſumuntur innocentes & ſupplices eſſe, niſi inueniantur in armis. Sic Deut: 20. præcipitur, vt in vrbium occupatione mulieres & infantes non occidantur. Quod autem aliquoties iuſsit Deus, non ſolum homines, ſed etiam iumenta interfici, nec mingentem ad parietem relinqui, ſingularia exempla ſunt iræ & vltionis Dei, atrocibus peccatis hominum irritatæ, ad quam etſi ſimilia exempla, cum accidunt, referri poſſunt, tamen ea ratione enormis crudelitas contra ius belli, carens ſingulari mandato, excuſari non poteſt.

Quinta Lex. Parcendum eſt Sacerdotibus, templis ſeu ædificijs & locis ſacris. Hanc legem etiam Ethnici in religione idolatrica obſer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

obſeruauerunt. Ergo Chriſtiani multò magis obſeruare eam debent. Eſt autem inſignis admonitio Herculis ad Philoctetem, Neoptolemum, & Vlyſſem apud Sophoclem in Philoctete: Hoc vero memineritis, cùm terram Troianam vaſtabitis, vt Religionem tueamini, quia omnia alia poſteriora ducit Iuppiter. Et Euripides in Troadibus dicit.

Stultus eſt qui expugnata vrbe
Templa, et tumulos, & ſacra mortuorum
Dat ſolitudini, nam paulò poſt ipſe etiam perit.

Sexta Lex Deut: 20. Non ſuccides arbores, de quibus comedi poteſt, nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem, quoniam lignum eſt, & non homo, nec poteſt bellantium numerum contra te augere. Hæc Lex non tantùm de arboribus frugiferis, ſed de omnibus frugibus terræ intelligatur: Eſt enim horrenda impietas, dona Dei ad vitam hominum data, proteruè & ſine neceſſitate conculcare. Aliud enim eſt eripere hoſti commeatum, & aliud ſine neceſſitate per petulantiã perdere dona Dei. Imo de Cyro ſcribit Xenophon libro 5. Quòd non tantùm voluerit fruges in agris ſeruari, ſed etiam Lege cauerit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ne agricolis in bellis vis fieret, ne agricultura impediretur. Et narratur memoraſſe factum Friderici Palatini, qui tribus Principibus captis in prima cœna, cùm alioqui ſplendidè excepti eſſent, non dedit panem, & captiuis interrogantibus cauſam reſpondit, eos inhoneſtè feciſſe, quod agros ſine neceſſitate vaſtaſſent.

Septima Lex. Auguſtinus in Quæſtionibus ſuper Ioſuam dicit: Cum iuſtum bellum eſt, nihil ad iuſticiam intereſt, vtrum aperta pugna, an inſidijs quis vincat. Sic etiam Antigonus interrogantibus quomodo oporteret hoſtes aggredi? dixit: Aut dolo aut vi, aut aperte, aut per inſidias. Et Virgilus dicit: Dolus an virtus quis in hoſte requirat.

Hæc Lex de ſtratagematibus belli intelligi debet. Sed addenda eſt legi exceptio calumniæ fraudis & perfidiæ. Nam vox illa doli, non debet in hac lege ſignificare perfidiam, fraudem, ſed prudens ſtratagema. Sic diſputatur de hac exceptione in c. vtilem ſimulationem 22 q: 2. Et in Gloſſa in verbo Malignantium c. Cupientes de Electionibus lib: 6. Thraces pacti inducias dierum aliquot noctu populabantur Bœotiorum agros, vt Strabo recitat.

Thucydides narrat lib: 3: Quod cum Paches cinxiſſet obſidione Colophonem, euocauit

nit præfectum præſidij Arcadem, data fide, ſe incolumem ipſum in vrbem remiſſurum eſſe. Cum igitur ex vrbe egreſſus eſſet præfectus, retinetur in caſtris, & Paches oppidum oppugnat, atq; quod abſente duce facile erat, occupat. Poſtea reducit præfectum in oppidum captum & ibi eum interfecit. Hæc non fuerunt ſtratagemata, ſed perfidæ calumniæ, mendacia & fraudes, quibus ſtratagemata bellica carere debent.

Sit igitur Lex octaua: Quod Fides etiam hoſti data ſeruanda ſit: Carthaginenſes perfidorum infame cognomen inde acceperunt præcipue, quod aliquoties facta cum Romanis pace, ſtudioſe per fas & nefas occaſiones violandæ fidei quæſiuerunt, cuius leuitatis & perfidiæ tandem grauiſſimas pœnas dederunt, euerſa & deleta penitus eorum vrbe à Scipione Africano, duce Romano. Patrũ noſtrorum memoria Vngarorum Rex Ludouicus perſuaſus à Cardinale Romano, fregit pacta cum Turcorum imperatore inita, retractoq; exercitu Turcico bellum renouauit, in quo ipſe perijt, & cuius miſerabilem cladem, etiam hodie non Vngaria ſolum, ſed tota ferme Europa deplorat.

Seruetur itaq; hoſti Fides promiſſorum, induciarum, pactorum, conuentionum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

præſtantiſſimum pignus & nobiliſſimum obſidem hoſti tradit, qui veritatem & fidem ſuam exponit, Et nihil maius & ſanctius addi poteſt, quàm ſi iuramentum addatur. Itaq; indigniſſima res eſt, fidem datam petulanter fallere, & iuramentis ludere, ſicut pueri talis ludunt, quod Philippus Macedo fecit, cuius poſteritatem idcirco tam miſerè deletam eſſe homines ſapientes etiam inter Ethnicos iudicarunt, quæ pœna anno 12 in filio ipſius Alexandro Magno præſtantiſsimo Rege poſt magnam fœlicitatem antecedentium annorum incepit. Cicero de hac Lege ita ſcribit libro 1. Offi: Atq; etiam, ſi quid ſingul temporibus adducti, hoſti promiſerint, eſt in eo ipſo fides conſeruanda, vt primo Punico bello Regulus: captus à Pœnis, cum de captiuis commutandis Romam miſſus eſſet, iuraſſetq; ſe rediturum, primum, vt venit, captiuos reddendos in ſenatu, non cenſuit: deinde, cùm retineretur à propinquis & amicis, ad ſupplicium redire maluit quàm fidem hoſti datam fallere. Secundo autem bello Punico, quos decem Hannibal Romã aſtrictos miſit iureiurando, ſe non redituros eſſe, niſi de redimendis ijs qui capti erant impetraſſent, eos omnes cenſores, quoad quiſq; eorum vixit, qui peieraſſent, in ærarijs reliquerunt, nec minus illum qui iuriſiurandi fraude

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

fraude culpam inuenerat. Cum enim Hannibalis permiſſu exiſſent è caſtris, rediјt paulò poſt, quod ſe oblitum neſcio quid diceret, Deinde egreſſus è caſtris, iureiurando ſe ſolutum putabat, et erat verbis, re non erat. Semper autem in fide quod ſenſeris, non quid dixeris cogitandum.

Nona Lex. Legati hoſtium ad aduerſam partem miſſi, & præ ſe ferentes ſigna legationis, non ſunt violandi. Eſt autem antiqua conſuetudo, vt tales legati in bellis ad hoſtes cum manifeſto ſigno veniant, ſicut caduceatorũ vetus appellatio teſtatur. Si enim ſine ſigno veniunt, non pro Legatis, ſed pro ſpeculatoribus habentur. Recitat autẽ Thucydides lib: 2. quod Athenienſes interceperũt legatos Lacedæmoniorum euntes ad Regem Perſarum, vt eum ſibi adiungerent, contra ciuitatem Atticam, Et Liuius libro 3. Decad: 3 narrat Romanos cepiſſe Legatos Hannibalis, euntes ad Regem Macedonicum. Hæc exempla oſtendunt vſitatum fuiſſe Legatos hoſtium, perferentes mandata nocitura patriæ, intercipere.

Decima Lex. Eatenus licet nocere hoſtibus, quatenus Lex Dei concedit, vt Lex Dei iubet hoſtem iniuſtè pugnantem reprimi aut puniri. Itaq; homicidia quæ in tali iuſto bello fiunt, ſunt pœnæ le-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

legitimæ vindictæ,et præda legitimi belli,iuſto titulo acquiritur, ſicut textus dicit, Deut. 20. Omnem prædam exercitui diuides, & comedes de ſpolijs hoſtium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.Sed donec viuit hoſtis, manet vinculum coniugij diuinum , Quos Deus coniunxit, homo ne ſeparet. Iniuſtum itaq; eſt in bellis matrimonia diſtrahere , aut violare. Recte ergo celebratur factum Tholæ Regis Gothici, qui poſt victoriam in Italia,multas honeſtas matronas, & virgines,& adoleſcentulos captiuos remiſit parentibus,& maritis. Ad hanc Legem etiam exemplum pertinet, quod à Cicerone recitatur in Officijs : Maximum , inquit , exemplum eſt iuſticiæ in hoſtem à maioribus noſtris conſtitutum : Cùm à Pyrrho perfuga Senatui eſt pollicitus, ſe venenum Regi daturum, & eum necaturum,Senatus & C.Fabricius perfugam Pyrrho dedit. Ita ne hoſtis quidem & potentis, et bellum vltro inferentis cum ſcelere interitũ approbauit.

Vndecima Lex. Pugnandum eſt cum hoſtibus, non cum natura. Itaq; Anaxilaus, vt eſt apud Xenophontem, cum Bizantij deditionem feciſſet, eò quod multi fame morerentur, & idcirco in iudicio Spartano accuſaretur, quod vrbem ſibi commendatam hoſtibus tradidiſſet , recte reſpondit , ſe defendiſſe vr-

bem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

bem, donec cum hoſtibus bellum eſſet, poſtquam verò vidiſſet bellum eſſe cum natura, & perire eos, quibus in bello parci ſoleret, iudicaſſe ſe finem belli eſſe. Ac honeſta excuſatione audita, Iudices eum abſoluerunt.

Duodecima lex: Victoria non debet eſſe inſolens & crudelis, ſed modeſta & clemens, atq; ad pacis conſtitutionem, eorumq; qui deuicti ſunt, & facti ſunt ſupplices, conſeruationem directa. Bis enim vincit, inquit Mimus, qui ſe vincit in victoria. Neq; victor extra omne periculum eſſe ſe exiſtimabit. Apud Senecam Agamemnon admonitus, ne crudeliter vtatur victoria, inſolenter dicit: Victor timere quid poteſt? Reſpondet Caſſandra: Quod non timet, hoc eſt, multa inſperata ſunt victori timenda. Et apud eundem in Troade, cùm dixiſſet Pyrrhus: Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit. Reſpondet Agamemnon: Quod non vetat lex, hoc fieri vetat pudor. Pyrrhus: Quodcunq; libuit facere, victori licet. Agamemnon: Minimum debet libere, cui multum licet. Ageſilaus ea fuit in victos humanitate, vt ſæpe milites pro concione monuerit, ne captiuos cruciatu aliquo afficerēt, ſed cogitarent eos homines eſſe, qui aduerſam fortunam ſint experti, à qua nemo, dum viuit, ſit alienus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Cùm Thraſybulus recuperatis Athenis liberaſſet populum à triginta Tyrannorum ſæuitia & oppreßione, ſapienter moderatus eſt victoriam, conſtituta lege de Amniſtia, hoc eſt, de iniuriarum obliuione, quam legem niſi ſanxiſſet, nimis ea victoria crudelis futura erat, quia nunquam deſiiſſent inter Ciues lanienæ, niſi vna parte aut penitus trucidata, aut ex vrbe eiecta. Quod exemplum ſecuti ſunt Romani poſtridie poſt interfectum Cæſarem. Sed ea Amniſtia non diu ſeruata eſt.

Præter has leges omnium ſumma lex eſt, vt Christiani gerentes bellum iuſtum in timore Dei obſeruent piam diſciplinam militarem, ne ſuis ſceleribus ſupremi hoſtis iram contra ſe concitent, ſed vt cum bona conſcientia Deum inuocare, ab ipſo auxilium & victoriam petere, eiq́; ſe in prælijs commendare poßint, & vt omnem felicitatem agnoſcãt eſſe beneficium Dei, agantq́; Deo gratias, ſicut facit Dauid Pſal. 144. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Item: Qui ſubdis populum meum ſub me. Non ſolùm autem in ſacra ſcriptura docemur, euentum belli & victoriam in Dei voluntate & manibus poſitam eſſe, nec pendere principaliter à multitu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

à multitudine & robore militum: Sed dixerunt hoc etiam aliqui ex ſapientibus inter Ethnicos, ſicut Demoſthenes aliquoties repetit ſententiam: Euentus bellorum gubernari diuinitus. Et apud Xenophontem in Pædia Cyri extat hoc dictum: Scitis victoriam in bello nec multitudine nec fortitudine parari, ſed vtri Deorum auxilio freti, fortioribus animis inuaſerint, vt plurimum ab aduerſarijs non ſuſtinentur.

Sophocles ſapientiſſimus ſcriptor Aiacem reprehendit, quòd cùm iturum ad bellum Troianum pater admoneret, vt cum Dei auxilio pugnaret, ipſe impiè reſpondit: Ignauis opus eſſe Dei auxilio, ſe etiam ſine auxilio diuino poſſe vincere. Et affirmat Sophocles, quòd propterea ſit punitus inſania, in qua ſemetipſum interfecit. Sunt autem verba nuncij redeuntis à Calchante digna memoria:

Homines magni & immodeſti
Incidunt in graues pœnas Deorum,
Sic inquit vates, ſi quis conditione mortali
Natus eſt, nec iuxta humanum morem ſapit.
Aiax verò ſtatim initio cùm à domo proficiſceretur,
Patri benè moneti, vt homo amens reſpondit,
Pater enim, mi fili, inquit, virtute
Velis vincere, ſed auxiliante Deo ſemper velis vincere.

Ipſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Ipſe verò ſuperbè ac ſtultè reſpondebat,
Adiuuante Deo, inquit, etiam ignaui
Vincere ſolent, Ego verò vel abſq;
Auxilio diuino confido me iſtam attracturum eſſe gloriam.
Tam ſuperbos iactabat ſermones, atq; deinde iterum
Cum Minerua ipſum hortaretur,
Iubens vt contra hoſtes manum cruentam verteret,
Tunc atrocem & infandam vocem emiſit.
Domina, inquit, alijs Græcis auxilio
Adſiſtes, noſtro loco nunquã perrũpent hoſtes.
Talibus ſermonibus implacabilem
Deæ in ſe concitauit iram, non vt hominem decet ſapientem.

Poſtremò in doctrina de bello ſciendum eſt, nullum belli genus eſſe miſerius & calamitoſius, bellis inteſtinis & ciuilibus, atq; ſeditionibus, veriſsimumq; eſt dictum Ciceronis: Omnia ſunt miſera in bellis ciuilibus, ſed nihil miſerius, quàm ipſa victoria, quæ etiamſi ad meliores venit, tamen eos ferociores reddit. Ideo viri boni animus à ſeditionibus & ciuilibus bellis abhorrere debet.

Cùm autem ſcriptura ſacra nos doceat, quòd bella immittantur à Deo propter peccata noſtra, ſicut Leuitici 26 expreßè ſcri-

ptum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ptum eſt: Si non volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi, Ego quoq; contra vos aduerſus incedam, & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra, & inducam ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. Et Matth. 22. Rex iratus miſsis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit, id eſt, Deus iratus immittit bella, & excitat hoſtes, ſicut multa exempla in Scriptura recitantur.

Itaq; certò ſit nobis perſuaſum, quòd nullum eſt præſentius & fortius remedium contra belli calamitates, & præcauendas & auertendas, quàm in verà pœnitentia ardens inuocatio Dei, ſicut quotidie in Eccleſia canimus: Da pacem Domine in diebus noſtris, quia non eſt alius qui pugnet pro nobis, niſi tu Dominus Deus noſter. Et hac ratione pius rex Ezechias cum omni populo ex præſentiſsimo periculo internecionis & excidij eſt liberatus, cùm vrbem Hieroſolymam obſideret Aſſyrius Sennacharib, in cuius exercitu vna nocte ab angelo Domini ſunt occiſa centum & octoginta quinq; millia hominum, atq; ſic ipſe non ab hominibus, ſed à Deo fugatus eſt, vt obſidionem relinqueret. Cum quo exemplo plura alia in Scriptura conſentiunt, quæ nos ad imitationem exhortantur.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT IX.

DE IRA, ODIO, RIXIS, SIMVLTATE, Inuidentia, Diſcordia, Inimicitijs &c.

EX concione Chriſti de quinto Præcepto, quæ extat Matth. cap. 5. atq; ex Iohannis dicto: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, liquidò conſtat, quòd hi, quos in titulo eunmeraui, affectus praui, & vitia, cum quinto præcepto pugnent, quæ etiam Apoſtolus Paulus cap. 5. ad Galatas in catalogo fructuum carnis recenſet.

Eſt autem horum vitiorum quaſi radix & mater Ira. idcirco primo loco de matre, poſtea de filiabus dicendum eſt.

Attentè autem obſeruentur verba Chriſti: Qui iraſcitur fratri ſuo fruſtrà vel temerè, reus eſt iudicio. Eſt enim in ipſis verbis incluſa diſtinctio, quòd alia ira ſit temeraria, quæ cùm iuſtis cauſis iraſcendi careat, iniuſta ira dicitur. Alia verò ſit ira iuſta, quæ non temerè aut fruſtrà, ſed grauibus de cauſis accenditur, & idcirco ſub hanc reprehenſionem Chriſti non cadit. Siquidem ipſe Chriſtus, qui ab omni vitio immunis fuit, & nullius peccati potuit argui, tamen ira haud vacauit. Sic enim de ipſo ſcriptum eſt Marci 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ci 3. quòd cùm in ſanatione manus aridæ Iudæi ad hanc quæſtionem: *Vtrum liceat ſabbathis benefacere aut malefacere, animam ſeruare aut perdere*, obmuteſcerent, ipſe cum ira circumſpexit, condoleſcens ſuper cæcitate cordis eorum. Neq; ſine ira fecit flagellum è funiculis, & inſtitores ac nummularios è templo eiecit. Ideo de ipſius ira citatur in ea hiſtoria Iohan. 4. dictum Pſalmi 69. Zelus domus tuæ comedit me.

Sciamus itaq; iuſtam iram eſſe virtutem, quam amor gloriæ Dei, pietatis & iuſticiæ ab omnibus hominibus exigit, & quæ præcipuè debet eſſe in illis, quibus gubernatio aliqua, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ciuilis, eſt demandata, vocaturq; vel zelus vel Νέμεσις. Et ſic definiri poteſt: Quòd ſit ardens dolor & indignatio aduerſus manifeſtam impietatem, turpitudinem & ſcelera, quibus defamatur gloria Dei, ſcandalizantur boni, & prouocantur pœnæ diuinæ, ſuper totas communitates, quæ indignatio oritur ex ardenti amore gloriæ Dei, pietatis, iuſticiæ, & cæterarum virtutum, & habet coniunctam ardentem cupiditatem depellendi & puniendi ſceleratos impœnitentes. Talis ira non eſt peccatum, ſed eſt, vt dixi, virtus quam dilectio in Lege præcepta requirit. Nam vbi talis ira,

quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quæ vocatur zelus, non eſt, præſertim in gubernatoribus, ibi nimis frigidus eſt amor Dei, pietatis & iuſticiæ, & nimis pigrum & ignauum pectus eſt.

Moyſes iratus ob idolatriam populi, proiecit tabulas Legis, Exod. 32. Cùm de ſeditione Core reſciuiſſet, iratus eſt valde, atq; dixit ad Dominum: Ne recipias ſacrificia eorum. Nume. 16. Pinehas zelo Dei accenſus, ſcortatorem & meretricem transfodit, & placauit hoc facto Dominum Deum, vt ad Moiſen dixerit: Pineas filius Eleazari ſacerdotis auertit iram meam à filijs Iſrael, quia zelo meo commotus eſt, Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum, quia Zelotes eſt pro Deo ſuo, et expiauit ſcelus filiorũ Iſrael. Num. 28. Saul cùm audiret, quòd Naas Ammonites peteret in ſymbolum fœderis dexteros oculos Labenitarum, à Spiritu Domini accenſus eſt ira, vt eam inſolentiam truculentam vlciſceretur, 1. Reg. 11. Dauid Pſal. 119 inquit: Tabeſcere me fecit zelus meus, quo obliti ſunt verba tua inimici mei. Hæc exempla & dicta de ira iuſta ſunt manifeſta. De qua Bernhardus dicit: Nolle iraſci, vbi iraſcendum eſt, peccatum eſt. Et Baſilius in ſermone de ira: Pars animi iraſcibilis ad multa virtutis opera ne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ra neceſſaria eſt. Chryſoſtomus ſuper Matthæum: qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio, Ergo qui cum cauſa iraſcitur, non erit reus. Nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcuntur. Iuſta ergo ira mater eſt Diſciplinæ. Itaq; non ſolum non peccant, qui cum cauſa iraſcuntur, ſed econtra, niſi irati fuerint, peccant, quia patientia irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolum malos, ſed etiam bonos inuitat ad malum. Ira autem quæ cum cauſa eſt, non ira, ſed iudicium eſt.

Iniuſta & temeraria ira, quantum ſit peccatum nemo hominum explicare melius poteſt, quàm Chriſtus fecit Matt: 5. Qui iraſcitur fratri ſuo fruſtra, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit conſilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit Gehennæ incendio. Talis iniuſta & temeraria ira multo eſt frequentior apud homines, quàm ira iuſta, & ad illam natura à Diabolo homicida corrupta, nimis in omnibus hominibus eſt procliuis & prona. Eſtq; ira hæc ad omnia mala fœcunda, ſicut dicit Sophocles: Ex ira ſcio cuncta prodere mala. Ideo homo Chriſtianus contra iræ tentationes apud animum quotidie perpendere debet dicta & exempla ſcripturæ, quæ ad eam meditationem de iræ malo ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

propoſita, Iacobus inquit cap: 1. Fratres mei dilecti, ſit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram. Nam ira viri iuſtitiam Dei non operatur. Veriſsime dicit Iacobus, virum iratum non facere, quod coram Deo iuſtum & rectum ſit. Malæ enim cauſæ malus eſt effectus.

De Cain ſcriptum eſt Gen: 4. Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius, & quamuis admoneretur à Domino, vt affectum malum reprimeret, tamen neglecta admonitione diuina vocauit Abelem fratrem ſuum in agrum, & interfecit eum. Illud primum exemplum iræ iniuſtæ eſt, quod à Moyſe eſt deſcriptum, ex quo de alijs exemplis iudicari debet. Etſi enim non omnes irati fiunt actu homicidæ, tamen hoc accidit ſæpiſsime, & cum non accidit, tamen ipſe affectus homicidij culpam apud Deum habet. Nam iratus ei, cui iraſcitur, mortem & omnia mala vel corde vel ſimul maledictis & corde imprecatur. Paulus Rom. 12. admonet non eſſe indulgendum iræ, quia ſcriptum eſt: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Et Eph. 4. grauiſsime repetit & explicat admonitionem Pſalmi 4. Iraſcimini et nolite peccare, Sol non occidat ſuper iram veſtram. Nolite locum dare Diabolo. Apparet hanc expoſitionem ex

Sau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Saulis hiſtoria ſumptam eſſe, Quia cum retineret iram contra Dauidem initio conceptam, propterea quod populus laudem victoriæ Dauidi tribuiſſet, eò tandem miſeriæ venit, vt recederet ab ipſo ſpiritus Domini bonus, & intraret in ipſum Diabolus, ſeu ſpiritus nequam, qui eum ad implacabile odium & tyrannicam perſecutionem innocentis Dauidis, atq; tandem ad deſperationem adegit. Hoc exemplum homines iracundi, & qui iræ indulgent conſiderare debent, ne in ſimilem calamitatem ob iram incidant, ſed admonitioni Apoſtolicæ obtemperent, quam etiam repetit ad Coll: 3. Deponite iram, indignationem, malitiam, maledicentiam, turpiloquentiam ab ore veſtro. Auguſtinus fratribus ſuis hanc Regulam propoſuit: Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animam faciat homicidam. Scriptum eſt enim: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.

Illud etiam conſideretur, quod donec quis indulget iræ iniuſtæ, inuocare Deum nõ poteſt, Qui enim iratus proximo dicit hanc precationem: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ille contra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſemetipſum orat, et ſibimet Dei irã ac maledi-ctionẽ imprecatur, quo nihil poteſt horribilius cogitari, ſicut Pſal: 109. expreſſe dicitur: Voluit maledictionem, et veniet ei, et induet eam ſicut veſtimentum, et intrabit in interiora eius ſicut aqua, et in os eius ſicut oleum. Et quemadmodũ iratus orare nõ poteſt, ita nullum poteſt cultum præſtare Deo gratum, donec cor ira iniuſta ardet, quia venenum iræ, quo cor infectum eſt, omnia opera irati hominis inficit, & omnium præceptorum diuinorum memoriam extinguit. Ideo ira à Spiritu ſancto Lucæ 6. vere vocatur amentia, & Salomon dicit Prouerb: 27. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit? Prodeſt quoq́ʒ prudentes ſententias aliorum authorum, tam Eccleſiaſticorum quam Philoſophorum habere in conſpectu, quibus iræ vitium depingitur. Auguſtinus dicit: Sicut acetum corrumpit vas, ſi diutius in eo fuerit, ſic ira corrumpit cor, ſi in alium diem durauerit. Hieronymus: Quid iracundo furor ſuus confert, quem ſæuiſſimis exagitatum ſtimulis conſcientiæ ita ab omni conſilio & mente deturbat, vt dum iraſcitur inſanire credatur. Gregorius: Per iram ſapientia perditur, vt quid quouis ordine agendum ſit neſciatur, per iram Iuſticia relinquitur, quia

dum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dum perturbata mens iudiciū ſine ratione exaſperat, omne quod ſuggerit furor, rectū putat.

Sapientes ſunt & hæ Philoſophorum & Poetarum ſententiæ. Theognis inquit.

Nihil ô Cyrne tam iniuſtum eſt, quàm ira quæ dominum (tum faciat.
Suum lædit, vt animo commoto miſere gra-

Philemon.

Inſanimus omnes cum iraſcimur.
Nam iracundiam cohibere laborioſum eſt.
Omnia quæ iratus agis, errata poſtmodum intelliges Iræ moderator:

Euripides: Tempus requirit, vt animum iræ ſuperiorem habeas.

Conſilia enim vincit iracundia,
Quæ mala maxima gignit hominibus.
Animus commotus atq; dolens nihil habet tuti.

Cum hoc dicto conſentit commune prouerbium: Æger animus ſemper errat.

Idem Euripides. Nemo iratus quicquam recte deliberat,

Quia, vt latinus Poeta ait,
Furor iraq; mentem præcipitant.

Menander.

Etſi doles vehementer, haudquaquam tamen irritatus
Ages temere, Nam iram rationis inſciam refrenare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

In perturbationibus, in primis ſapientem o-
portet.

Apollonius. Inſania flos eſt iracundiæ.

Item.

Affectus iræ niſi curentur, & caſtigentur, in naturalem morbum abeunt.

Platonis conſuetudo fuit, vt neminem ex miniſtris ſuis iratus verberaret. Cum itaq; aliquando ipſum famulus grauiter commouiſſet, gratias, inquit, Dijs agito, quod iratus ſum, verberarem enim te niſi iratus eſſem. Et alio tempore cum adeſſet ipſi Xenocrates, tu, inquit, hunc famulum caſtiga, ego enim ſum iratus. Quod Plato in domeſtica diſciplina obſeruauit, id omnes homines quotidiana conuerſatione obſeruare debent, & præcipue illi, qui ſunt in publico officio. Quia iratus nunquam obſeruat decorum, Et ſicut in quarti præcepti explicatione dictum eſt ex Cicerone: Iratus nunquam obſeruat modum in pœnis. Cotys Thraciæ Rex fuit natura celer ad iram, & ſæuus caſtigator eorũ, qui in miniſterio deliquiſſent. Itaq; cum hoſpes quidam ei donaſſet vaſcula artificioſe elaborata, ſed fragilia, dedit quidẽ hoſpiti munera, ſed mox ipſe omnia vaſcula confregit. Demirantibus cur id faceret, ne, inquit, ſæuiam in eos, qui ea fracturi e-

rant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rant. Theodoſius qui fuit iracundus valde, cum ſæpe per iracundiam ſæuijſſet, tandem doctrinam accepit, vt iratus nihil diceret, niſi prius Græcum Alphabetum apud ſe recitaſſet.

CAPVT X.
DE RIXIS ET LITIBVS.

EX ira oriuntur Rixæ, contentiones, lites & iurgia, ſicut Syracides dicit cap: 25. Homo iracundus intendit litem, & peccator turbat amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam. Et Salomon Prouerb: 26: Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. Plerumq́ enim accidit vt rixæ & lites, non tantum alijs, ſed etiam proprijs authoribus noceant, maxime, quia Deus eos punit, ſicut Prouerb: 17. ſcriptum eſt: Semper iurgia quæris malus, Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Sit itaq́ hominis Chriſtiani animus alienus a ſtudio rixandi, ſed magis operam det, vt rixas ab alijs motas patientia & lenitate,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

compeſcat, Sicut Prouerbiorum 15. ſcriptum eſt: Vir iracundus prouocat rixas, & qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas.

CAPVT XI.

DE ODIO ET SIMVLTATE.

INter Filias iræ peßimæ ſunt odium & ſimultas. Etſi autem etiam odium illam diſtinctionem iræ recipit, vt aliud ſit iuſtum, de quo gloriatur Dauid Pſal: 137: Quod hoſtes Dei perfecto odio proſequatur, Aliud ſit iniuſtum: tamen cum hoc ſit inter homines frequentißimum, ideo vſitate odij nomen in malam partem accipitur, & ſignificat, vt Auguſtinus dicit, iram inueteratam & continuam, quæ ſi adhuc latet & tegitur, ſimultas nuncupatur. Semper autem de odio repetatur dictum Iohannis: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. 1. Iohannis 4. Quem enim quiſq; odit, periiſſe expetit. Chryſoſtomus dicit, odium omne malum ſuggerit.

CAPVT

CAPVT XII.

DE INVIDENTIA ET LIVORE.

EXcellentem virtutem, donum & fortunam aſſectatur Inuidentia, ſicut vmbra corpus ſequitur. Ideo Salomon in Eccleſiaſte cap. 4. dicit: Contemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animaduerti patere inuidiæ proximi, in hoc enim vanitas eſt & cura ſuperflua.

Eſt autem Inuidentia ſeu liuor affectus malus, compoſitus ex odio alterius, propter ipſius virtutem, dona, fauorem & honores, atq; ex propria φιλαυτίᾳ, qua dolemus nobis alios antecellere & præferri, ideoq; ſemper adiunctam habet maleuolentiam & ἐπιχαιρεκακίαν, quæ eſt exultatio in aliorum calamitatibus. De quo vicio Prouerb. 17 dicitur: Qui in ruina alterius lætatur, non erit impunitus. Et cap. 27. Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne fortè videat Dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam.

Cùm ſenex pater Iacobus filio natu minimo Ioſepho pulchram tunicam dediſſet, corripuit inuidentia fratres, vt eum idcirco odio proſequi inciperent, & augebatur liuor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ac maleuolentia ſomnijs Ioſephi, quibus ipſius præcellentiam ſignificari intelligebant. Impulitq; hic malus affectus fratres, vt in Ioſephi necem conſpirarent, ſicut Sapient. 14. dicitur: Alius alium per inuidiam occidit. Et fuiſſet patratum parricidium, niſi Ruben & Iudas impediuiſſent, quorum ille conſilium dedit, vt in ſiccum puteum conijceretur, hic verò conſuluit, vt peregrinis mercatoribus venderetur. Similis fuit inuidentia Aaronis & Miriam contra fratrem Moyſen, & Miriam lepra punita eſt. Item, Core & coniuratorum, qui ſeditionem aduerſus Moyſen mouerunt. ſed à terrâ ſunt abſorpti, & viui deſcenderunt in infernum. Item, Saulis contra Dauidem, cùm comperit eum à Domino prælatum eſſe.

Hoc itaq; peccatum grauiter reprehenditur dicto Chriſti Matth. 20. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Eſt enim generalis ſignificatio ſententiæ non tantùm de vna ſpecie, ſed de omni inuidentia ſeu liuore. Homo inuidus & liuore laborans habet oculos nequam, idcirco quia Deus erga alios homines eſt benignus, ſicut fratres Ioſeph oculos nequam accipiebant, quia pater Iacobus erga ipſum benignus erat, donatione pulchræ veſtis, et hac phraſi deſcribitur Saulis

liuor,

*Liuor, 1.Reg.18. Non rectis oculis Saul aſpi-
ciebat Dauidem.*

*Tenendum eſt horribile dictum Sa-
lomonis Sapient.4. Inuidia Diaboli mors in-
trauit in orbem terrarum, imitantur autem il-
lum, qui ſunt ex [parte illius]. Satan lapſus
& eiectus è cœlo, cùm videret homines frui-
turos eſſe in æternum ea beatitudine, quam
ipſe ſine recuperandi ſpe amiſerat, inuidentia
motus conſilium cœpit de homine ſeducendo,
vt vnà cum ipſo beatitudinem perderent ho-
mines. Hanc, inquit Salomon, maliciam ſiue
maleuolentiam Diaboli omnes inuidi imitan-
tur. Eſt itaq; verè diabolicum vitium, quod
etiam Saulis exemplum oſtendit, à quo vitio
omnes boni, tanquam ab ipſo Diabolo, abhor-
rere debent. Itaq; Paulus ad Galat. 5. ad-
monet: Non efficiamini inanis gloriæ cupidi,
inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et
Petrus: Deponentes omnem maliciam & in-
uidias, & omnes detractiones, ſicut modò ge-
niti infantes, ſine dolo lac concupiſcite, vt in
eo creſcatis in ſalutem, 1.Pet.2. Et non tan-
tùm ipſum vicium debet eſſe abominabile,
ſed fugienda etiam eſt inuidorum ſocietas,
quemadmodum Prouerb. 23 dicitur: Non
comedas cum homine inuido, & ne deſideres
cibos eius. Et Sap. 6. Cum inuidia tabeſcente*

iter

iter non habebo, quoniam talis homo non erit particeps ſapientiæ.

Deteſtantur omnes boni etiam apud Ethnicos inuidentiam, propterea quòd optimos quosq; homines, & optima quæq; dona Dei odio proſequitur. Malis enim & miſeris nemo inuidet, ſed bonis, & his, qui excellenti aliquo aut ingenij aut fortunæ dono præſtant, certatim inuidetur ab omnibus. Et quanto magis communi vtilitati quis inſeruit, tanto maiorem inuidiam experitur. Ariſtidi inuidebatur ab Athenienſibus, ideo, quia diceba-tur eſſe bonus. Idcirco etiam Philoſophorum ſcripta plena ſunt reprehenſionibus inuidiæ, quibus declaratur turpitudo huius vitij, & quòd hoc vitium, licet ſit in ſocietatibus multorum malorum cauſa, tamen nemini magis quàm proprio domino noceat.

Hippotoon dicit:

Inuidia Dea peſsima eſt & iniuſtiſsima,
Malisq; gaudet, & bonis triſtatur.

Pallades:

O maximam inuidiæ improbitatem,
Inuidus odit fortunatũ, quẽ Deus amat,
Adeo ſtolidi per inuidiam erramus.
Si quis enim odit hominẽ, quẽ Deus amat,
Maximam ſtultitiam ſibi inducit,
Manifeſtè enim cõtra Deũ ipſum pugnat.

Maximam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Maximam iram ex inuidia recipiens,
Amandus enim eſt ille, quem Deus amat.

Æſchylus:

Perpaucis hominum hoc ingenium eſt,
Vt amicum fortunatū ſine inuidia colant.

Carcinus:

Gaudeo te inuidētem aſpicere, ſciens quòd
Vnum quiddam peculiare ſibi faciat inuidia,
Ipſa enim poſſeſsio poſſeſſorem ſuū perdit,
Peſsima res inuidia hoc vnum in ſe habet boni,
Quòd inuidorum oculos & cor tabefacit.

Menander:

Adoleſcēs haud videris mihi intelligere, quòd
Res ſingulæ ab inſito aliquo vitio pereunt,
Et omnes corruptionis cauſæ veniunt intrinſecus,
Et ferrugo, ſi conſideres ferrum,
Si veſtes tineæ, teredo ſi lignum ſpectes,
Inuidia verò malorum omnium peſsima,
Tabidum fecit hominem, & faciet, & facit
Propter impias animæ prauæ cogitationes.

Periander:

Quemadmodum ærugo ferrum, ſic inuidia animam illius, cui ineſt, conterit.

Hippias:

Inuidi duplo magis, quàm cæteri, calami-

toſi

toſi ſunt, Non enim ſolùm proprijs malis grauantur, ſed etiam alienis bonis.

Socrates dixit, Inuidiam eſſe vlcus animæ.

Democritus:

Inuidia ſeditionis parit initium.

Euſebius:

Si quis inuidet bono viro fortunato, is quoq; patriæ, ac toti Reipublicæ, deniq; etiam ſibiјpſi inuidet. Nam vir bonus feliciter agens, communis eſt proſperitas & ciuitatis, & vniuscuiuſq;, qui felicitatis eius particeps fieri poteſt.

Quintus Curtius:

Inuidi homines nihil ſunt aliud quàm virtutis tormenta.

Horatius:

Inuidus alterius rebus marceſcit opimis,
Inuidia Siculi non inuenere Tyranni
Maius tormentum.

Inſignis & graphica eſt deſcriptio inuidiæ apud Ouidium in 2. Metamorph:

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes,
Pectora felle virēt, lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores,
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis,
Sed videt ingratos, intabeſcitq; videndo

Succeſſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Succeſſus hominum,carpitq; & carpitur vnâ,
Suppliciumq; ſuum eſt.

Et apud Virgilium.

Liuor tabificum malis venenum
Intactis vorat oßibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem,
Quo quiſquis furit, inuidetq; ſorti,
Vt debet, ſibi pœna ſemper ipſe eſt,
Teſtatur gemitu graues dolores,
Suſpirat, gemit, incutitq; dentes,
Sudat frigidus,intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum,
Pallor terribilis genas colorat,
Infelix macies renudat oſſa,
Non lux, non cibus eſt ſuauis illi,
Nec potus iuuat aut ſapor Lyæi,
Nec ſi pocula Iuppiter propinet,
Atq; hæc porrigat & miniſtret Hebe.
Aut tradat Ganymedes ipſe nectar,
Non ſomnum capit aut quieſcit vnquam,
Torquet viſcera carnifex cruentus,
Veſanos tacitè mouet furores,
Intentans animo faces Erinnys,
Lethales:Tityiq; vultu rintus,
Qui ſemper lacerat comeſtq; mentem,
Viuit pectore ſub dolente vulnus,
Quod Chironia nec manus leuaret,
Nec Phœbus ſobolesve clara Phœbi.

Diſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Diſtichon Stigel. contra liuorem ſeu inuidiam:

Paſcere liuor iners odio, ſaturare furore,
Mors tua recta Deum facta colentis erunt.

Pindarus dicit: Melior eſt inuidia, quàm miſeratio. Quod dictum paßiuè intelligendum eſt, hoc eſt, melior eſt conditio hominis, cui multi inuident, quàm eius, cuius multi miſerentur. Ideo apud Euripidem aliquis dicit: Inuidiam non probo, malim tamen mihi propter bona ab alijs inuideri.

CAPVT XIII.

DE CRVDELITATE ET IMMANITATE.

Seueritas moderata propriè dicitur Grauitas. Eſtq́ neceſſaria virtus in omnibus hominibus, qui in aliquo ſunt officio, ſed cùm ſeueritas modum excedit, fit crudelitas & immanitas. Difficulter autem homines iracundi modum obſeruare poſſunt, itaq́ iracundia plerunq́ crudelitatem ſeu immanitatem, quæ etiam Sæuitia & Tyrannis dicitur, parit.

Cùm autem vitium hoc, quod dicitur Crudelitas ſeu Immanitas, ſit proprium ferocium beluarum, idcirco ab homine alieniſſimum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mum eſſe debet, ſicut de patrefamilias dicit Syracides: noli eſſe Leo in domo tua, capite 4. Huius dicti ſententia non tantùm de vna ſpecie patrisfrmilias, ſed de toto genere gubernatorum intelligenda eſt. Eſtq; indigna omnibus hominibus ratione præditis, & ab alijs beluis diſtinctis, ea vox, quæ prouerbio dicitur: Homo homini lupus. Qua voce non tantùm gubernatorum, ſed omnium hominum crudelitas reprehenditur. Veteres in ipſis nominibus crudelitatis & immanitatis atrocitatem vitij depinxerunt.

Crudelitas à crudo dicitur. Eſtq; crudelis propriè, qui crudam carnem aut crudum hominem deuorat, ſicut leones, vrſi, lupi deuorant homines. Et eam crudelitatem imitantur Anthropophagi, qui ab hac crudelitate, quia homines vorant, appellationem acceperunt.

Immanitas propriè eſt ſæua malitia. Nam Priſcis manum ſignificauit bonum, vnde animas defunctorum Manes, & primam diei partem, quæ ad omnes labores, et reb9 naſcentibus optima eſt, Mane dixerunt.

Vt autem vna cum præcepto Dei: Non occides, etiam exemplorum atrocitate homines abſterreātur à crudelitate, ideo quædā ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

empla recitabo in certas ſpecies diſtributa, vt ſit facilior accommodatio.

Prima ſpecies crudelitatis ſeu immanitatis eſt ea, quæ circa religionem verſatur, atq; in duabus rebus conſiſtit, Aut in mactatione immani humanarum hoſtiarum, Aut in crudeli perſecutione veræ Eccleſiæ. Nihil autem horribilius & abominabilius cogitari poteſt, quàm homines ita eſſe amentes, vt exiſtiment, Deum crudeli mactatione vel interfectione hominum innocentium, quam ipſe ſeuerè prohibuit, oblectari. Et tamen hac perſuaſione omnibus temporibus faſcinauit Diabolus multas gentes, imò verò multos etiam in populo Iſraelitico, vt liberos ſuos crudeli pietatis opinione mactarent, Quemadmodum Pſal. 106. ſcriptum eſt: Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs, & effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum & filiarum ſuarum, quos ſacrificauerunt ſculptilibus ſuis: Atq; vt interfectione ſanctorum Prophetarum & Apoſtolorum, imò verò vnigeniti Filij Dei ſaluatoris mundi, putarent ſe cultum Deo præſtare, ſicut dicit Chriſtus Iohan. 16.

Prioris generis exempla recitata ſunt libro 2. cap. 11. quæ ex eo loco repetantur. Et extant eius crudelitatis ſingulares prohibitiones,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

bitiones, quæ ſimul ad primum & quintum Præceptum pertinent. Leui. 20. Hæc loqueris filijs Iſrael: Si quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur, populus terræ lapidabit ipſum. Et Deut. 12. Ne imiteris gentes, dicens: Sicut coluerunt gentes Deos ſuos, ita & ego colam, Non facies ſimiliter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas auerſatur Dominus, fecerunt dijs ſuis, offerentes filios & filias & comburentes igni.

De perſecutionum verò crudelitate ita dicit Chriſtus Matth. 10. Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filij in parentes, & morte afficient eos, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Abhorret natura humana etiam à lectione & cogitatione tantæ immanitatis, & tamen exempla hiſtoriarum oſtendunt veritatem non mentiri. Cain fratrem Abelem propter nomen Chriſti, quia ipſius ſacrificium in fide Chriſti oblatum à Deo accipiebatur, crudeli manu interemit.

Et Papa Romanus noſtra ætate Diaſium Hiſpanum fecit Epiſcopum, qui germanum fratrem ob confeßionem Chriſti trucidauit, ſed ipſe poſtea in Concilio Tridentino ſuiipſius carnifex factus eſt, ſeq́ in ſtabulo ſuſpendit. Non poſſet humana natura tantæ immanita-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tis ſcelera patrare, niſi à Diabolo impelleretur. Ideo de eius immanitatis cauſa ſic inquit Chriſtus Iohan. 8 ad Iudæos: Vos quæritis me interficere hominẽ, qui veritatem vobis locutus ſum, quam audiui à Deo, Vos facitis opera veſtri patris, Vos à patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere, ille homicida fuit ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo. Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius rei. Matth. 23 incipit Chriſtus perſecutiones Eccleſiæ, in quibus ſanguis iuſtorum effuſus eſt, ab Abele filio Adæ primo Martyre. Et fuiſſe perſecutiones frequentes, non tantùm poſt Chriſti paſsionem, ſed etiam antea, temporibus Patrum & Prophetarum, ex ſcriptura Biblica eſt manifeſtum. Atq; valdè crudeles fuerunt, Nimrodi perſecutio ætate Noê poſt diluuiũ, Ieroboam perſecutio tempore Semeiæ Prophetæ. Ieſabelis & Achab Eliæ tempore, Manaſſæ tempore Eſaiæ, quem ſerra lignea diſſecuiſſe ſcribitur. In Babylonica captiuitate Nebucadnezaris, & Darij tempore Danielis, cuius prædicatione vterq; conuerſus eſt, Antiochi tempore Machabæorum & Eleazari ſacerdotis, cuius martyrium deſcribitur 2. Machab. 6. & capite ſequente Martyrum ſeptem fratrum cum

matre.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

matre. Chriſti ætate interfecti ſunt ab Herode infantes innocentes, Zacharias pater Baptiſtæ à ſacerdotibus inter templum & altare interemptus eſt, propterea quòd doceret, Filium Mariæ eſſe Meſsiam, Baptiſtam Herodes interfecit, Chriſtum Iudæi & Pilatus, Erga Apoſtolos magnam crudelitatem exercuerunt Iudæi, & ſunt alij in alijs locis & ab alijs interfecti.

Petrus à Nerone cruci affixus eſt.

Paulus ab eodem decollatus eſt.

Andreas frater Petri patris, in Achaia eſt ſuſpenſus in cruce, in qua eum tres dies viuum pependiſſe & concionatum eſſe ſcribunt.

Iacobus Maior ab Herode Agrippa gladio necatus eſt.

Philippus Hierôpoli in Aſia minore pendens in cruce, lapidibus eſt obrutus.

Matthæus in Æthiopia ad aram obtruncatus eſt.

Bartholomæus in India detracto corio eſt interfectus, iuſſu regis Aſtyagis. Euſebius ſcribit, quòd caput ei amputatum ſit.

Iacobus Minor, Alphæi filius, cùm Hieroſolymis annos triginta docuiſſet, tandem à furioſis Iudæis fullonis fuſte trucidatus eſt.

Eius frater Simon, qui ipſi ſucceſsit, iuſſu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Traiani cruci eſt affixus, anno ætatis 120, ne, cùm eſſet de poſteritate Dauidis, ſeditionem aliquando moueret.

Iudas Lebbæus ſeu Thadæus in Perſia ab Ethnicis ſacerdotibus eſt interemptus.

Matthias in Macedonia lapidatus eſt.

Lucas Euangeliſta Thebis ſuſpenſus eſt de olea.

Marcus Alexandriæ per vrbem tractus & necatus eſt.

Cùm autem non poſsint omnes perſecutiones breui narratione recitari, & ne quidem omnes deſcriptæ ſint: Ideo tantùm decem illas vniuerſales perſecutiones, quæ ab Aſcenſione Chriſti, vſq; ad Conſtantinum acciderunt, enumerabo.

Prima eſt Neronis, ab anno Chriſti 66. vſq; ad 70. in qua Petrus & Paulus die 27 Iunij Romæ martyrio coronati ſunt.

Secunda Domitiani, quæ incepit anno Chriſti 96. in ea perſecutione relegatus eſt Iohannes Euangeliſta in Pathmon inſulam. Timotheus à cultoribus Dianæ lapidatus eſt. Dionyſius Areopagita Parriſijs, Geruaſius & Prothaſius Mediolani gladijs cæſi ſunt.

Tertia Traiani, in qua Simeon Hieroſolymitanus Epiſcopus Romæ obiectus eſt beſtijs.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quarta, Marci Antonini Philoſophi, in qua Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus rogo eſt impoſitus. Cùmq́; corpus igni non læderetur, mucrone confoſſus eſt, & corpus tantum ſanguinis riuum profudit, vt ignis extingueretur. In ſupplicio dixit: Seruio Deo annos octoginta ſex. In eadem perſecutione etiam Iuſtinus Philoſophus, Photinus Lugdunenſis Epiſcopus, Felicitas vidua Romana cum ſeptem filijs, Concordius Presbyter, Spoletanus, & innumerabiles alij Martyres paſſi ſunt ſupplicia.

Quinta, Seueri Imperatoris anno Chriſti 205. in qua Leonides pater Origenis occiſus eſt.

Sexta, Maximini Imperatoris, quæ circa annum Chriſti 238. mota eſt tantùm contra Doctores & Epiſcopos Eccleſiarum, inter quos etiam Pamphilus Cæſarienſis numeratur.

Septima Decij Imperatoris anno Chriſti 253. in qua necati ſunt Romæ Fabianus Epiſcopus Romanus, & ipſius Diaconus Laurentius, Hieroſolymis Alexander, Antiochiæ ſenex Babyla, qui cum tribus filijs iuſſus erat ſacrificare idolis, quod cùm facere recuſaret, ducti ſunt ad ſupplicium pater & tres filij. Cumq́; ſupplicio afficiendi eſſent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

pater petiuit prius interfici filios, ne ſpectantes patris necem fierent languidiores, ipſe interea & mater aſtantes confirmauerunt filios, poſtea mater, cùm fuiſſet ſpectatrix necis mariti & filiorum, eos ſepelijt.

Octaua, Valeriani, qui cùm initio fuiſſet mitis erga Chriſtianos, poſtea à Mago Ægyptio incitatus eſt, vt perſecutionem moueret, qui perſuaſit etiam ei, vt humanas hoſtias mactaret. In hac perſecutione trucidatus eſt Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus in Africa, & Dionyſius Alexandrinus. Chereon Epiſcopus in vrbe Ægypti Nilopoli, cùm in exilium pulſus eſſet cum magna multitudine Chriſtianorum, & propter ſenectam ipſe & coniux procedere non poſſent, ſpectante multitudine, in cœlum ſublati ſunt. Ita Deus teſtimonium præſentiæ ſuæ inter exules oſtendit.

Nona, Aureliani, quæ ſtatim ipſius morte ſedata eſt.

Decima, Diocletiani, Maximiani, Maximini & Maxentij, quæ cœpit anno 306, durauitq́; annos 13. In ea fuit propoſitũ edictum, ſimile Antiochi edicto, vt omnes homines vbiq́; terrarum ſacrificarent Dijs Imperatorum, & non ſacrificaturi afficerentur ſupplicio, vtq́; templa & libri Chriſtianorum delerentur.

Alexan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Alexandriæ Petrus Epiſcopus cum 300. martyribus, Cæſareæ in Palæſtina Pamphilus, Sidonæ Zenobius Epiſcopus, Nicomediæ Anthonius, Panthaleon, Adrianus militum præfectus, Georgius imperatoris cubicularius, in Gallia Sanctus Mauritius, Dux Legionis Thebanæ, vna cum ſuis militibus, in Hiſpania S. Vincentius Diaconus, Cæſarauguſtæ 18 Martyres Cæſarauguſtani, quos Prudentius vno hymno celebrat, Romæ S. Cyriacus Diaconus, Vitus, Pancratius, Tiburtius, Victorinus, Mediolani S. Sebaſtianus item Coſmus & Damianus Medici interfecti ſunt. Nulla magna vrbs fuit, in qua non quotidie circiter 100 raperentur ad ſupplicium, & annotatum eſt, in vno menſe ſeptendecim millia in diuerſis locis trucidatos eſſe. Conſpectum eſt Beſtias parcere multis, qui eis obiecti erant, & abſtinere a carnibus Sanctorum, atq; ſæpe ipſos carnifices & ſpectatores lacerare. Ita oſtendit Deus beſtias mitiores eſſe Eccleſiæ & pijs, quam Tyranni ſunt.

Has decem perſecutiones vniuerſales ſecutæ ſunt plurimæ aliæ, vt Licinij collegæ et affinis Conſtantini Magni in Oriente, anno 320. quæ mouit Conſtantinum, vt contra Licinium affinem ad defenſionem Chriſtianorum moueret bellum, quod fuit bellum longe

maius quàm fuerunt Iulij vel Auguſti bella, Nam dimicauerunt Conſtantinus & Licinius in vtram partem fieret inclinatio, an deinceps totus orbis pareret Chriſtianis principibus deleturis Ethnicas religiones: An vero pareret Ethnicis deleturis Chriſtianos, Atq; Deus Iudex dedit victoriam Conſtantino Chriſtiano imperatori. Licinio victo ereptum eſt Imperium. & deprecante Conſtantia vxore, quæ erat Soror Conſtantini, vita ei donata eſt, ea conditione, vt Theſſalonicæ priuatus viueret, ibi cum iterum res nouas moliretur, à præſidio Conſtantini interfectus eſt.

Poſt mortem Conſtantini ortæ ſunt quaſi ciuiles & inteſtinæ perſecutiones Arrianorum, qui ſe à vera Eccleſia ſeparabant excogitato blaſphemo dogmate contra Diuinitatem Filij Dei. Hæ perſecutiones diu durauerunt.

Secuta eſt Iuliani perſecutio, qui vocatur Apoſtata, & idolomaniam Ethnicam reſtituit anno 366. eam Rufinus deſcribit, item perſecutio Gottica & Cagani Arriani, cuius milites exercitus Angelorum ex obſidione Conſtantinopolitana depellere viſus eſt, ea nocte qua Regiam incendere volebant hoſtes. Perſecutio Vandalica Genſerici, & Hunneri-

ci,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

*ci,ſeuHonorici & aliorum,à Victore Epiſco-
po deſcripta eſt.Cum Genſericus obſideret
Hipponam Africæ vrbem,mortuus eſt in ipſa
obſidione Auguſtinus , eius vrbis Epiſcopus.
Rurſus perſecutio Gottica Theodorici Vero-
nenſis Arriani, in qua Iohannes Epiſcopus
Romanus mortuus eſt in carcere,& duo ſena-
tores Romani Symmachus & Boeticus inter-
fecti ſunt. Poſtea Hunnorum & Cagani Vn-
garici Regis perſecutio. Poſt quam ſtatim cœ-
pit perſecutio Mahometica tempore Heraclij
imperatoris, qui Phocæ ſucceſsit anno Chriſti
612.& non diu poſt etiam crudelitas Papa-
rum Romanorum vnà cum nouo titulo & ho-
nore primatus exorta eſt,quæ in concilio Con-
ſtantienſi tandem,quod cœpit anno 1415.&
in quo Iohannes Hus & Hieronymus Pra-
genſis Martyres combuſti ſunt,in manifeſtam
perſecutionem erupit. Hæ duæ perſecutiones
vſq; ad præſentem diem durant, & magis
magiſq; exaſperantur. Et quidem Papiſtica
perſecutio ab anno 1520. quando Doctrina
Lutheri à Papa & Vniuerſitatibus damnata
eſt, in hunc vſq; diem non ceſſauit. Ideoq; pro-
cul dubio hæc ea eſt perſecutio ; cuius nun-
quam fuit ſimilis donec mundus ſtetit , &
quam Chriſtus Ieſus Iudex viuorum & mor-
tuorum ſuo aduentu finiturus eſt. Interim ta-*

men

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

men Deus omnibus temporibus etiam pœnis temporalibus perſecutores Eccleſiæ puniuit, & punit, ſicut eis vtramq; pœnam corporalem & æternam in ſcriptura comminatur. Pſal. 2. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos, Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Hieremiæ 30. Qui comederunt te, deuorabuntur, qui vaſtant te, vaſtabuntur, & omnes prædatores tuos dabo in prædam. Similes loci ſunt Abdiæ 1. Sophoniæ 2. Pſal: 37. 53. 58. Et Chriſtus Matt: 22. inquit: Iratus Rex miſsis exercitibus perdidit homicidas illos & ciuitatem eorum ſuccendit, Et 23. capite: veniet ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam, item: Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Sintq; nota quædam inſignia exempla pœnarum.

Pharao Ægyptius miraculoſe ſubmerſus eſt mari rubro cum toto exercitu. Manaſſes abductus eſt captiuus in Babylonem, in qua duriſsima captiuitate cum ageret pœnitentiam, reſtitutus eſt in regnum. Achab in bello interfectus eſt, & canes ſanguinem eius

linxe-

ſinxerunt. Ieſabel eius vxor è feneſtra præcipitata & à canibus vorata eſt. Sennacharib reuerſus ex obſidione Hieroſolymitana, in qua Angelus Domini centum & octoginta quinq; millia de exercitu ipſius vna nocte interfecerat, eſt à proprijs filijs interemptus. Nebucadnezar ſeptem annis bruti vitam vixit, donec egit pœnitentiam. Antiochus Epiphanes cum audiret profligatos eſſe exercitus ſuos à Iudæis, & idolum è templo eiectum eſſe, iratus nouam expeditionem ſuſcepit, ſed cum in eo apparatu excuſſus eſſet ex curru, caro in viuo cadauere vermibus ſcatens putrefacta eſt, & ſic tandem in maximis cruciatibus extinctus eſt, 2. Machab: 9. Eodem morbo, qui Phthiriaſis dicitur, puniti ſunt Herodes Aſcalonita, interfector puerorum innocentium. Herodes Agrippa interfector Iacobi, Maximinus Diocletiani collega & Hunnericus Vandalus. Pilatus cum à Vitellio Syriæ præſide iuſſus eſſet proficiſci Romam, & coram imperatore ad accuſationem Iudæorum de ipſius crudelitate reſpondere, metuens iudicium ſemetipſum in itinere gladio interfecit. De morte Neronis, qui Apoſtolos Petrum & Paulum interfecit, ita ſcribit Europius lib. 8: Sententia Senatus conſtitutum eſt, vt nudus per publicum ductus, vnco collo eius inſerto,

vir-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

virgis vſq; ad mortem cæderetur, atq; inde è ſaxo præcipitaretur, Itaq; deſertus vndiq; è palatio aufugit, noctis medio vrbem egreſſus, & in ſuburbano liberti ſui ſe ictu gladij tranſegit, adiuuante trepidantem manum impura Eunucho Sporo, cum prius nullo à quo feriretur inuento exclamaſſet, itane iam nec amicum nec inimicum habeo? turpiter vixi, turpius peribo. Domitianus conſilio vxoris Domitiæ interfectus eſt à libertis ſuis, propterea quod vxor inuenerat catalogum interficiendorum, in quo etiam ipſius & multorum amicorū libertorum nomina ſcripta erant. Maximinus Thrax iratus ſenatui Romano, & Romam ducturus exercitum in via obſedit Aquileiā, quæ eum recipere noluerat in ea obſidione, Milites cognita voluntate Senatus medio die quieſcentem illum in tentorio interfecerunt, vnà cum filio, cum paulò ante Mimus quidam in Theatro coram ipſo hos verſus græcè recitaſſet:

Elephans grandis eſt & occiditur,
Leo fortis eſt & occiditur,
Tygris fortis eſt & occiditur,
Caue multos, ſi ſingulos non times.

Decius pugnans contra Gottos in locis paluſtribus amiſit in prima acie filium, ipſe

itaq;

itaq; ira & dolore longius procedens merſus eſt in paludem & ibi perijt. Valerianus profectus contra Perſas victus et captus eſt à Sapore Rege Perſico, qui aliquot annos quoties equum conſcendit, pedem ceruici Valeriani imponens, pro ſcabello eo vſus eſt, tandem in poſtrema ſenecta viuenti cutem à ceruice detraxit. Diocletianus imperio ſponte ſe abdicauit, eo quod Chriſti nomen propter conſtantiam Martyrum penitus non poſſet delere, & Mediolani priuatus viuens primum hydrope intumuit, poſtea lentè emarcuit, & lingua blaſphema vermibus eſt arroſa, & putrefacta, vt aſtantes fœtorem ferre haud poſſent, poſtremo canis more latrans ſibimetipſi manus attulit, & ſic ſceleratam effudit animam. Eius collega Maximinus phthiriaſi, vt dixi, obijt. Maximianus à filio Maxentio Roma pulſus, Maſsiliam fugit, ibiq; iuſſu generi Conſtantini, cui inſidias ſtruxerat, quas filia, maritum patri præferens, detexit, eſt interfectus. Maxentius filius à Romanis ad pontem Miluium victus & in flumen merſus perijt. Itaq; Chriſtiani dixerunt interitum Maxentij ſimilem fuiſſe pœnis Pharaonis. Et horum collegarum præfectus Pyrrophogon cum 40. miniſtris lapſu cameræ oppreſſus eſt. Flaccus poſt Martyrium Epiſcopi Spoletani ab An-

gelo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

e lo percuſſus inteſtina euomuit. Dioſchorus cum filiam ſuam Barbaram occidiſſet, igne cœleſti abſumptus eſt. Iulianus Apoſtata Imperator bellum gerens cum Perſis in prælio vulnus accepit in epate, itaq; relatus in caſtra ſanguinem caua manu excipiens ſurſum ſparſit, clamans: Viciſti tandem Galilæe: Hac voce emiſſa, qua faſſus eſt impiam ſuam voluntatē, et oſtendit ingentē fremitum et ſenſum pœnarum, extinctus eſt, Anno ætatis 32. Nazianzenus eum mox terra commota abſorptum & flammis emicantibus abſumptum ſcribit. Congruit eius exitus cum dicto Pſalmi 55: Viri ſanguinum & doloſi non attingent dimidium dierum ſuorum, fuitq; Athanaſij vaticinium de ipſius interitu verum, qui, cum Eccleſiæ paßim in magno dolore & metu eſſent, dixit, Hunc tyrannum eſſe nubeculam citò tranſituram. Valens Arrianus cum ad Adrianopolim præliaretur cum Gottis, accepto vulnere ex equo decidit, & in proximum tugurium ductus eſt, quod cum ſequentes hoſtes incendiſſent, ipſe quoq; flamma conſumptus eſt. Prædixerat autem vir ſanctus, cum ad prælium proficiſceretur, quod igne periturus eſſet. Plura exempla ex Hiſtorijs colligi poſſunt, pertinent autem omnia ad verba Pſalmi 37. Impius minatur iuſto & frendet ſuper eum denti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dentibus ſuis, Dominus autem irridet eum, proſpicit enim quod venit dies eius, Gladium ſtringunt impij & tendunt arcum ſuum, vt deijciant afflictum & pauperem, & trucident recta incedentes, ſed gladius eorum ingredietur in corda ipſorum & arcus eorum confringetur.

CAPVT XIIII.

DE CRVDELITATE SEV IMMANITATE TYrannorum in politica gubernatione.

SEcunda ſpecies immanitatis eſt Tyrannorum crudelitas in ciuili gubernatione.

Fuit autem olim Tyrannus honeſta appellatio eorum, qui fortitudine ſua regnum ſibi paraſſent, atq; illud prudenter conſtabilirent.

Deducta enim vox eſt à τυρέω, hoc eſt, conſiſto: Vt ſit Tyrannus, quaſi firmiter in regno ſuo conſiſtens: Sicut hodie Reges potentes & inuictos appellamus.

Verum cum multi potentia ſua ad ſæuitiam abuti conſueſcerent, Ideo Tyranni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

poſtea dicti ſunt Reges aut Magiſtratus crudeles & immanes, ſicut triginta viris, qui à Lyſandro Atticæ ciuitati præfecti fuerũt, inq́ ea atrocẽ crudelitatem exercuerunt, & Siculis Regibus ob ſæuam immanitatem hoc nomen attributum eſt, vt tyranni vocarentur. Rectè autem Ariſtippus Syrenenſis Philoſophus cum interrogaretur, quomodo regnum à tyrannide differret? Reſpondit, tantum diſtare, quantum lex ab eo Reipublicæ ſtatu, qui legibus careret.

Nam Rex aut bonus Magiſtratus eſt, qui habet προαίρεσιν *ſeu voluntatem recte gubernandi & faciendi ſecundum leges*

Tyrannus autem eſt, qui habet προαίρεσιν *imperandi pro libitu, ſicut in verſu Tyrannico dicitur.*

Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

Accidit autem plerumq́, vt voluntas mortalium, cum eſt armata potentia, & non regitur freno legum, fiat effera & ferox. Ideo dicit Plutarchus: Inter animalia immitia maximè noxium animal eſſe Tyrannum, Leones enim, Vrſi, Lupi, vno ſemper modò aperta nimirum vi nocent, & cicurari arte poſſunt, vt non noceant, præſertim

illis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

illis, à quibus cibos accipiunt : Sed Tyranni varias nocendi artes excogitant, atq; vel vtilitatis, vel ſatiandæ libidinis gratia, nec amicis, nec hoſtibus parcunt. Verum tamen ſicut ipſorum ſæuitia metuitur ab omnibus : Ita viciſsim ipſi tàm amicos quam hoſtes metuunt. Malicia enim omnis eſt timida, Itaq; Mimus dicit: Multos timere neceſſe eſt, quem multi timent.

Et Claudianus.

Qui terret plus ipſe timet, ſors iſta Tyrannis
Conuenit, inuideant claris, forteſq; trucident.
Muniti gladijs viuant ſeptiq; venenis,
Ancipites habeant artes, trepidiq; minentur.

Sæpiſsime etiam quod metuunt euenit, iuxta dictum: Quod impius timet, hoc accidit ei. Quia conſcientia mala ſentiens iudicium Dei ſolet eſſe præſaga futuri. Itaq; de interitu Tyrannorum ſcribit Iuuenalis.

Ad generum Cereris, ſine cæde & ſanguine pauci
Deſcendunt Reges & ſicca morte Tyranni.

Habet autem Tyrannorum immanitas varias cauſas : Iniuſtis cædibus Imperia occupant. Sicut Polynices apud Senecam dicit.

Pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Pro regno velim patriam, penates, coniugem
flammis dare,
Imperia precio quolibet conſtant bene.

Iulij Cæſaris vox fuit: Si violandum ius eſt, regni cauſa violandum eſt, in cæteris pietatem colas. Occupata cædibus retinere ſatagunt, cædibus opes quærunt, & cum amari ſe à nemine, odio verò haberi ab omnibus ſciant, cædibus, & tormentorum crudelitate, autoritatem ſibi facere, & populum in metu retinere ſtudent, illud cogitantes: Oderint dum metuant. Aliqui verò tantum petulanti quadam libidine immanitati indulgent.

Primi generis exempla hæc ſunt: Abimelech filius Gedeonis nothus, vt imperio potiretur, 70 fratres occidit, Et viciſſim in obſidione turris a muliere interemptus eſt.

Samri Dominum ſuum Hellam Regem Iſraelis interfecit: Et cum ſeptem diebus regnaſſet, obſeſſus ab Amri, incenſa aula regia, ſemetipſum combuſſit.

Sellum interfecit Zachariam Regem Iſrael, & cum vnum menſem regnaſſet, viciſſim a Manahem interfectus eſt.

Et in hiſtorijs Barbararum Gentium

ac an-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ac antiquorum Cæſarum, plurima extant exempla ſimilia.

Secundi generis hæc ſunt: Aſtyages Medorum Rex metuens duorum ſomniorum præſagia de potentia Nepotis, iuſsit Harpago, vt interficeret Cyrum infantem, natum ex filia & Cambyſe præfecto: Ille abhorrens à crudelitate infantem expoſuit, qui diuinitus ſeruatus eſt, quocunq; modo id factum fuit. Cum verò poſtea comperiſſet Cyrum ſuperſtitem eſſe, & Harpagum mandato non optemperaſſe: filium Harpagi mactari & coqui iuſſit, patriq; ad epulas inuitato proprij filij carnes appoſuit, quibus cum ille ſe ſatiaſſet, iuſsit caput & manus etiam afferri, illisq; in menſa collocatis interrogauit miſerum patrem: Quomodo cibus placuiſſet? Pater premit imò corde dolorem, & tempori inſeruiens, reſpondet: Mihi quidem placet, quidquid Rex facit. Sed profectus ad Cyrum re detecta autor & adiutor illi fuit, vt collecto exercitu auo materno Aſtyagi bellum inferret. Ita Aſtyages victus à Cyro & regno exutus, pœnas immanitatis dedit.

Tiberius Cæſar metuens ſuæ potentiæ, honori & vitæ, magna cum diligentia ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

plorabat tempora, quibus præcipui ex nobilitate in lucem prodijſſent , & in quorum genethliaca figura inueniebat ſignificationes dominij, & potentiæ, eos iubebat è medio tolli.

Tertij generis fuit exemplum illud Ieſabelis, mandantis interfici Naboth, vt maritus Achab vinea ipſius potiretur.

Triginta Tyranni in Attica ciuitate plures quam mille & quingentos ciues indemnatos necarunt. quibus ne contigit quidem audire cauſam, cur interficerentur, vt bona ipſorum inter ſe Tyranni diuiderent.

In coniuratione Triumuirorum poſt Iulij Cæſaris necem, cum honeſtus & diues ciues nullius factionis conſcius, in villa ſua à lictoribus caperetur, exclamauit: O Villa Aureliana, cur perdis Dominum tuum?

Ad Quartum genus pertinet crudelitas Roboam, qui, cum exiſtimaret ſe velle ſubditos patris retinere in officio crudelibus minis, amiſit decem tribus regni. Minimus inquit digitus meus grauior erit dorſo patris mei. Pater meus cecidit vos flagellis : At ego Scorpionibus vos cædam.

Darius Hyſtaſpis filius Perſarum Rex, cum aduerſus Scythas expeditionem pa-

raret,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

raret, rogatus fuit ab Artabazo nobili ſene, ut è tribus liberis, quos ad militiam vocaſſet, unum ipſi relinqueret pro ſenectutis baculo, Reſpondit Darius, ſe plus quam rogaſſet præſtiturum, tresq́ filios ſimul remiſſurum eſſe, abiensq́ in caſtra iuſsit tres filios Artabazi iugulari, & cruentos ante pedes patris abijci.

Id exemplum ſequutus eſt filius Xerxes: Cum enim prædiues ille Pythius, à quo cum toto exercitu hoſpitio exceptus, & ingenti copia auri ac argenti donatus fuerat, poſt illa beneficia rogaſſet Regem, ut è quinq́ filijs unum ſibi donaret, qui ſecum domi maneret: Iuſsit Rex, ut Pythius quem mallet eligeret: Electum verò mox in duas partes diuidi, interq́ eas exercitum tranſire iuſsit, ut conſpectus crudelis exempli abſterreret alios, ne de manſione in Patria cogitarent.

Celebratur inprimis Siculorum Regum Tyrannis, qui cum eſſent cum populo Inſulano, & feroci undiq́ concluſi mari, id ſibi ſtudio habuerunt, ut exemplis crudelium ſuppliciorum ſubditos domarent. Itaq́ excogitandis etiam nouis tormentorum & ſuppliciorum generibus plerię́ fuerunt dediti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Qua in re omnes excelluit Phalaris Tyrannus, cuius tamen vnum illud factum laude dignum eſt: Perillus faber ærarius animaduertens Tyrannum delectari nouis tormentis, crudeli artificio fabricauit taurum æneum & concauum, eumq́ Tyranno donauit, addens: Illum ita fabrefactum eſſe, vt ſi homo includeretur ſubmiſſo igne, taurus ille æneus eiulatum hominis in boatum mutaret. Phalaris re audita, mox iuſsit taurum igni imponi, & artificem Perillum includi, vt de inuenta arte primum experimentum ederet ipſe artifex.

De hoc exemplo ſic ſcribit Claudianus.

Sic opifex Tauri tormentorumq́ repertor,
Qui funeſta nouo fabricauerat æra dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente Tyranno
Senſit opus, docuitq́ ſuum mugire Iuuencum.

Quinti generis exemplum eſt, quod Caligula optabat populum Romanum vnam ceruicem habere, vt vno ictu vniuerſum populum perdere poſſet. Idem vt immanem libidinem ſatiaret, homines innocentes ex ſpectaculis abſtrahi, aut beſtijs obijci, aut gladijs interfici, aut de ponte in vndam deijci iubebat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Talia exempla plura occurrunt in illorum Imperatorum hiſtorijs, qui portenta hominum potius quàm homines fuerunt, vt Nero tantùm petulantia interfecit matrem, duas coniuges Octauiam & Pompeiam, & multos præſtantes viros. Atq; Caligula dignas crudelitatis pœnas dedit, iuxta regulam: In quo quis peccat, in eo punietur. Nam diſcedens ex ludis publicis à milite interfectus eſt. Et nemo eorum, qui aderant, ab ipſo manus continuit, ſed mortuum confecerunt vulneribꝰ. Aliqui etiam carnem illius dentibus lacerarunt, Miſerè etiam occiderunt ipſius vxorem, & filias. De Neronis pœna antè dictum eſt.

Commodus multos ſenatores & alios innocentes viros petulanter ſine cauſa interfecit. Et viciſſim à Præfecto prætorio Læto & Martia concubina ſtrangulatus eſt.

Illud in hoc capite addendum eſt, quòd etiam boni Magiſtratus, victi affectuum impotentia, aliquando crudele quid faciunt, vt Dauid crudeli mandato, vt ſuo amore potiretur, iuſſit interfici Vriam.

Theodoſius, cùm audiuiſſet Theſſalonicenſes per ſeditionem ipſius præfectum Vdericum cum multis nobilibus viris trucidaſſe, propterea quòd Præfectus Aurigam ludorum Circenſium gubernatorem, ob nefandam libi-

dinem carceri incluſerat, eumq́ populo poſcenti impunitum reddere nolebat, vehementia iræ ſuperatus, pœnæ modum crudeliter exceſsit. Miſit enim cohortes aliquot militum in vrbem, qui 7000 hominũ interfecerunt. Ambroſius eam crudelitatem reprehendit, quia non inquiſitis ſontibus ſæuitum eſſet promiſcua cæde in multitudinem, & excluſit Theodoſium è templo. Octauo autem menſe, cum celebraretur feſtum Natiuitatis Chriſti, acceſsit Theodoſius iterum ad templum, & reuerenter petita atq; accepta ab Ambroſio abſolutione admiſſus eſt ad ſacra. Addidit autem Ambroſius commonefactionem, vt legem ferret, vt poſt reſcripta Imperatoris differantur ſupplicia capitalia dies 30. ne accuſati iniuſta ira, rebus non ſatis inquiſitis, interficerentur.

Iuſtinianus ducem habuit Beliſarium, præſtantiſsimum & optimè meritum virum, à quo cùm falſis ſuſpitionibus & delationibus abalienatus eſſet, oculos ei effodit, & omnibus opibus ereptis ſtipem mendicare ipſum compulit.

Hæc exempla etſi ſunt valde crudelia, tamen diſtinguenda ſunt ab alijs exemplis tyrannorum; quia, vt in definitionibus dictum eſt, προαίρεσις tyrannicè faciẽdi diſtinguit tyrannum à bono Magiſtratu.

Ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XV.

DE CRVDELITATE PRODITORVM.

PRoditio immanitatis quarta ſpecies eſt. Nam proprij emolumenti, aut vitæ gratia, amicos, dominos ſocios, patriam, totasq́ communitates hoſtium crudelitati prodere, immane & truculentum ſcelus eſt, quod ipſam tyrannorum crudelitatem ſuperat.

Dares Phrygius & Dictys Cretenſis Æneam & Antenorem huius criminis viſimulant.

Cum Cyrus obſideret Sardorum arcem inuictam, filia Crœſi Nanis pacta cum Cyro matrimonium eum clam vnà cum aliquot militibus intromiſit. Sed patrata proditione Cyrus pacta reſcidit: Quia vt Antigonus dixit: Proditor dum prodit amatur, quando prodidit odio habetur. Et notum eſt Prouerbium ſeu Apophtegma apud Plutarchum: Proditionem amo, proditorem nō laudo. Nam qui ſemel prodidit, iterum proditurus præſumitur.

Tarpeia filia Tarpeij præſidis Romani Capitolij arcem Sabinis prodidit, ea conditione, vt mercedis loco acciperet id, quod in ſiniſtris manibus geſtarent Sabini, quorum con-

ſuetudo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſuetudo erat, vt armillis aureis læua brachia ornarent. Sed Sabini intromiſsi ſcutis ſuis, quæ ſiniſtris manibus geſtabant, proditricem obruerunt.

Pauſanias Lacedæmoniorum dux, quòd à Perſis 50. auri talenta accepiſſet, vt patriam proderet, cùm ad ſupplicium quæreretur, ad templum confugit. Sed Lacedæmonij fores templi muro obſtruxerunt, matre primum lapidem ponente, vt inedia in templo necaretur.

Mahometus Turcorum Imperator Conſtantinopolim occupauit Anno 1453. 4 Calendas Iunij, proditione ciuis, qui Conſtantino Imperatori infenſus erat. Ei Mahometus filiam ſuam, cum maxima dote, mercedis loco promiſerat: Sed peracta proditione, iuſsit Mahometus magnum auri pondus in medium afferri, conuerſusq́; ad proditorem, Quomodo, inquit, tibi filiam meam dare potero, cùm non ſis circumciſus: Cutem itaq́; iſtam exuas oportet, vt dignus Mahometica ſponſa fias. Adeſt è veſtigio carnifex, & proditori cutem de toto corpore detrahit, aſperſumq́; ſale & cineribus in lectum ponit, quaſi ea ratione noua cutis ſuccreſcere poſset: Sed proditor ita in maximis cruciatibus ſceleratam animam expirans, pœnas nefandæ & immanis proditionis perſoluit.

Ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XVI.

DE IMMANITATE ERGA HOSTES, VEL viuos vel mortuos.

Vituperantur in omnibus hiſtorijs, qui enormi crudelitate in hoſtes vſi ſunt, ſiue viuos, ſiue mortuos. Sit itaq; hæc quarta immanitatis ſpecies.

Mitridates rex, vno edicto octoginta millia ciuium Romanorum, in Aſia per vrbes negociandi cauſa diſperſorum, interemit.

Carthaginenſes Romanos milites, in bello captos, crudeli facinore nauibus ſubſtrauerunt, vt earum carinis & pondere preſſi, ſimulq; mari ſubmerſi, noua mortis ratione interirent. Et Attilium Regulum reſectis palpebris, machinæ, in qua vndiq; præacuti ſtimuli imminebant, incluſum, vigilantia pariter & continuo dolore necauerunt.

Hannibal Romanos captiuos oneribus & itinere feſſos, prima pedum parte ſucciſa, relinquebat, quos verò in caſtra perduxerat, ex ijs paria fratrum ac propinquorum iungens, ferro eos decernere cogebat, donec ad vnum victorem omnes redegiſſet.

Mahometus Turcus, victoria parta, captiuos Chriſtianos in conſpectum ſuum adductos,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ctos, aut in fruſta conſcindi, aut palo per anum in totum corpus adacto, in ſublime erigi iubebat.

Achilles Hectorem interfectum ter circum Troiæ muros raptauit, & poſtea cadauer patri Priamo venale expoſuit.

Tomyris Maſſagetarum regina, Cyrum Monarcham in bello occiſum, capite truncari iuſsit, & caput in vrnam, humano ſanguine plenam ipſa demerſit, inquiens: Filij mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſanguinem ſitiuiſti. itaq; ego te ſanguine ſatiabo.

Cambyſes Cyri filius Amaſis Ægyptij regis corpus è ſepulchro erui, verberibus cædi, acutiſq; ferramentis pungi, ac tandem in foro comburi iuſsit.

Marcus Antonius Triumuir, proſcriptos ciues Romanos, & eos, qui proſcriptis opem aliquam tuliſſent, crudeliter interficiebat, & occiſorum capita inter epulas afferri mandabat, vt eorum conſpectu ſe oblectaret.

Sergius Tertius Papa, corpus Formoſi Papæ è tumulo erutum, palam in foro capite mulctauit, & in Tyberim proiecit.

De talibus exemplis obſeruetur Homeri dictum, qui eos, qui in mortuos ſæuiunt, telluri ſurdæ contumeliam & vim facere inquit.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et Æſchylus ait:
Vita functos beneficijs proſequere.
Nam iniuriam illis inferre, facilè quidem factu eſt,
Verùm Nemeſis, quæ nobis ſuperior eſt,
Et ipſa Iuſtitia, mortuum vindicat.

CAPVT XVII.

DE CRVDELITATE CALVMNIATORVM & delatorum.

QVinta immanitatis ſpecies eſt Crudelitas eorum, qui falſis & atrocibus delationibus & calumnijs potentes ad ſæuitiam incitant atq; irritant, cuius exemplum proponitur in hiſtoria Eſther: Aman enim propterea quòd à Mardochæo non coleretur, quantũ volebat, falſis delationibus ab Aſſuero impetrabat crudeliſſimum edictum, vt omnes Iudæi in toto regno vno die occiderentur: Sed ſuſpenſus eſt ipſe Aman de trabe, quam Mardochæi ſuſpendio parauerat.

Idem accidit libidinoſis Suſannæ accuſatoribus, qui à Daniele falſitatis conuicti, lapidibus obruti ſunt.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XVIII.

DE CRVDELITATE DOMESTICA.

SExta ſpecies immanitatis eſt crudelitas domeſtica, ad quam pertinent non ſolùm parricidia liberorum in parentes, & parentum in liberos, cōiugum, fratrum & cognatorum inter ſe mutuò, fœtuum extinctiones, puerorum expoſitiones: ſed etiam aliæ ſæuitiæ exempla in coniugem, liberos ac familiā, quæ ſæuitia domeſtica his dictis prohibetur: Eccleſiaſtici 4. *Noli eſſe quaſi leo in domo tua.* Ad Coloſſ. 3. *Viri diligite vxores veſtras, & ne ſitis amarulenti erga illas. Patres, nolite irritare filios veſtros, ne deſpondeant animum. Domini, quod iuſtum & æquum eſt, ſeruis præſtate, ſcientes, quòd & vos Dominum habetis in cœlo.* Ad Ephe: 6. *Vos domini eadem facite ſeruis, remittentes minas, ſcientes, quia illorum & veſter Deus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud Deum.* Eccleſiaſt. 7. *Ne lædas ſeruum fideliter operantem.*

Hæc, inquam, præcepta domeſticam crudelitatem prohibent.

Ouidius Pollio Auguſti Cæſaris familiaris in piſcinis murænas habebat, quæ carnibus humanis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

humanis alebautur, illis ſeruos obijcere ſolebat, quos punire vellet. Accidit autem, cùm Auguſtum conuiuam accepiſſet, vt pincerna poculum Cryſtallinum frangeret. Pollio itaq; mox eum Murænis obijci iuſsit. Seruus autem cùm ad pedes Auguſti prolapſus, veniam peteret, Auguſtus Pollione grauiter obiurgato, vaſa cryſtallina omnia, quæ in prõptu erant, confregit, inquiens, Se Pollioni ſæuo domino occaſionem ſæuiendi præripere.

Mahometus Otthomannus Turcus, deambulans in horto Conſtantinopolitano, animaduertit pomum de arbore recens decerptum eſſe. Itaq; ſtatim trium nobilium puerorum, qui ipſum comitabantur, ventres iuſsit ſecari, & pomum in viſceribus quæri. Sed cùm illud in primi pueri ſtomacho inuentum eſſet, reliqui duo vitam retinuerunt.

CAPVT XIX.

DE CRVDELITATE VENEFICORVM, LATRO-*num, piratarum, & ſimilium ſceleratorum hominum.*

AD vltimam immanitatis ſpeciem refero crudelitatẽ veneficorum, latronum, piratarum, & ſimilium ſceleratorum

 hominum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

hominum, qui vel venenis, vel veneficijs vel latrocinijs, alijsve modis truculenter homines è medio tollunt.

Valerius ſic ſcribit lib. 2. cap. 1. Veneficij quæſtio, & moribus & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto ſcelere orta eſt, quæ cùm viros ſuos clandeſtinis inſidijs perimerent, vnius ancillæ indicio protractæ, pars capitali iudicio damnatæ, centum ſeptuaginta numerum compleuerunt.

Pauſanias teſtatur in Achaicis Philippo Macedonum Regi vltimo Demetrij filio hoc ſcelus familiare fuiſſe, vt conuiuiis mortiferas potiones apponeret, eosq́; quos vellet, venenis è medio tolleret.

Hildebrandus, qui Gregorij Papæ nomen geſſit, magicis veneficijs ſex anteceſſores necauit, vt ipſe tandem ſede Pontificia potiretur.

Henricum VII. Imperatorem, qui dictus fuit Lucelburgenſis, Monachus Ordinis Prædicatorum, intoxicato Euchariſtiæ pane, necauit. Imperator ſentiens vim veneni, vocatum ad ſe Monachum fugere iuſſit, ne à Germanis interficeretur.

Crudelitatem latronum deſcribit Perſius hoc verſu:

Vt iugulẽt homines ſurgũt de nocte latrones.

Virgi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Virgilius Baliſtæ, qui ex ludimagiſtro factus fuit latro, & lapidibus obrutus eſt. hoc Epitaphium fecit:

Mõte ſub hoc lapidũ tegitur Baliſta ſepultus,
Nocte dieq́; tuum carpe viator iter.

CAPVT XX.

DE ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΆ, CVIVS FILIÆ SVNT *Amicitia, Pax, Concordia.*

PRopria virtus quinti Præcepti eſt φιλανθρωπία, quam Latini humanitatem vocant, quòd maximè ſecundum naturam humanam ſit, vt homo hominem amet: Siquidem in ipſa creatione Deus hominem homini conciliauit. Et cùm ex cæteris animalibus pleraq́; armauerit, hominem creauit & naſci voluit inermem, vt ſignificaret, nihil hominis naturæ eſſe aptius & conuenientius φιλανθρωπίᾳ & eius filiabus, amicitia, pace, concordia. Nihil eſſe alienius quàm μισανθρωπία & violentia, quæ amicitiam, pacem & concordiam deſtruunt atq́; tollunt.

Eſt autem amicitia mutua inter homines animorum copulatio & coniunctio, pariens mutuam communicationem ſtorgarum, amoris, beneuolentiæ & officiorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Ariſtoteles apud Laërtium dicit, Quòd amicitia eſt æquitas reciprocæ beneuolentiæ.

Itaq́; ſciendum eſt, amicitiam virtutem eſſe, & quidem, vt Ariſtoteles dicit, æquitatem, ſeu iuſticiæ ſpeciem. Quia in amicitia amor pro amore, & beneuolentia pro beneuolentia redditur.

Sicut autem de virtute rectè dicitur in genere, quòd virtus propter Deum & propter ſe expetenda ſit: Ita quoq́; ſciamus amicitiam principaliter propter Deum & propter ſe eſſe expetendam. Vult enim Deus coli inter homines amicitiam, & nihil eſt amicitiæ iucunditate in hac vita mortali dulcius, etiamſi nulla alia vtilitas ſequeretur. Sequuntur autem plerunq́; magnæ in hac vita vtilitates. Quare Herodotus inquit, Pretioſiſsimum theſaurum eſſe, omnibusq́; opibus antecellere amicum prudentem & beneuolum. Sed principaliter propter vtilitates colere amicitias, ſancto amicitiæ nomine indignum eſt, Itaq́; qui hoc faciunt, grauiſsimè à viris ſapientibus reprehenduntur.

Ouidius dicit 2 de Ponto:

Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.

Turpe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Turpe quidẽ dictu: ſed ſi modo vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat.

Item 1. Faſtorum:

In precio precium nũc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbiq; iacet.

Item:

Donec eris felix, multos numerabis amicos,
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Et Cicero dicit 2. de natura Deorum:

Si amicitiam ad vſum referamus noſtrum, non ad illius commodum, quem diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura vtilitatum ſuarum.

Optima & fideliſſima amicitia eſt, quam vna fides Chriſtiana, ſeu potius vnus Spiritus ſanctus in omnibus Chriſtianis habitans conciliat, quæ amicitia, vt eſt ſanctiſſima, ita etiam eſt firmiſſima, & durabit vſq; in æternum.

Illam ſimilitudinem membrorum humani corporis, quæ vnius animæ communicatione & inhabitatione inter ſe deuinciuntur, deſcribit ſacra ſcriptura.

Proxima eſt, quam natura vel lex, vel vſus coniungit. Natura enim nos primò adiungit Deo, ſed deinde coniuges, parentes, liberos, cognatos, amicitiæ nexu conſociat. Lex coniungit nos cum patria, hoc eſt, cum Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

publica & ciuibus. Vſus communis vitæ coniungit nos cum vicinis, & cum ſtudiorum ac periculorum ſocijs.

In his amicitijs ſi accedit voluntatum & morum ſimilitudo bonorum, tunc demum & firmæ ſunt, & nihil illis ad hanc mortalem & ciuilem vitam eſt melius. Ita enim natura comparatum eſt, vt ſimilia cum ſimilibus iungantur. Et ſicut in veteri Prouerbio eſt, ſimile ſit amicum ſimili.

Hoc etiam Cicero dicit Officiorum 2.: Ea eſt iucundiſsima amicitia, quam ſimilitudo morum coniunxit.

Et pro Plancio: Vetus eſt lex iuſtæ veræq; amicitiæ, vt idem amici ſemper velint: nec eſt vllum amicitiæ certius vinculum, quàm conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum.

Notum eſt etiam dictum: Idem velle & idem nolle, ea demum firma amicitia eſt.

Talem itaq; amicitiam Ariſtoteles apud Laërtium vocat animam vnam in corporibus duobus.

Et de ea præclarè à Cicerone in Lælio ſcriptum eſt: Haud ſcio, an excepta ſcientia quicquam ſit homini à Dijs immortalibus datum amicitia melius: Nihil eſt tam naturæ aptum, tamq; conueniens ad ſecundas & ad-

uerſas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uerſas res, quàm amicitia. Qui amicum intue-
tur, tanquam exemplar aliquod intuetur ſui.
Quocirca & abſentes adſunt, & egẽtes abun-
dant, & imbecilles valent. Et quod dictu dif-
ficilius eſt, mortui viuunt. Serpit neſcio quo
modo per omnem vitam amicitia: Nec vllam
ætatis degendæ rationẽ patitur eſſe expertẽ ſui.

Proprium amicitiæ eſt, vt ſit coniun-
ctio inter bonos. Sicut Socrates apud Plato-
nem dicit: Solus bonus ſoli bono amicus: Ma-
lus autem nec bono nec malo amicus efficitur.
Quæ autem inter malos eſt ſocietas, non ami-
citia eſt, ſed aut prauum ſodalitium aut con-
ſpiratio ſcelerata heluonum, lurconum, ganeo-
num, aleatorũ ſocietas, prauum ſodalitium eſt
latronum, piratarum, furum, ſeditioſorum ſo-
cietas ſcelerata conſpiratio eſt. Tantùm ſo-
cietas & coniunctio eorum, qui ſunt Dei, vir-
tutis & honeſtatis amantes, amicitia dici de-
bet, cuius hæ ſunt leges.

Prima lex: Omnis amicitia à Deo & à
virtute inchoãda eſt, et eò quoq; referri debet.
Fugienda eſt itaq; conſociatio cum impijs &
ſceleratis hominibus, & ſit, vt Cicero in Lælio
ait, vna in amicitia cautio & prouiſio, ne dili-
gamus indignos: Digni autem ſunt amicitia,
quibus in ipſis ineſt cauſa cur diligantur, hoc
eſt, virtus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Deinde amicitiæ ergò fiat nihil, quod ſit Deo, virtuti & honeſtati contrarium, ſicut idem Cicero Offi. 3. ſcribit: Cùm in amicitia, quæ honeſta non ſunt, poſtulantur, religio & fides præponatur amicitiæ.

Et Pericles rectè dixit: Gratificandum eſſe amicis vſq; ad aras, hoc eſt, ita, ne religio & pietas ad Deum lædatur.

Notum eſt dictum Scholarum: Amicus Plato, Amicus Socrates, magis amica veritas.

De P. Rutilio narrat Valerius, cùm amici iniuſtæ rogationi reſiſteret, atq; is per indignationem dixiſſet: Quid ergo mihi opus eſt tua amicitia, ſi quod rogo, non facis? Reſpondit Rutilius: Imò, quid mihi tua amicitia opus eſt, ſi propter te aliquid inhoneſtè facere debeam?

Secunda lex: In amicitia ſit mutuus amor & mutua beneuolentia, atq; ſi facultas adeſt, etiam mutua beneficentia. Inquit enim Iacobus capit. 4. Qui tollit miſericordiam ab amico, timorem Domini dereliquit. Et Salomon Prouer. 1. Ne dicas amico tuo: Vade & reuertere, cras tibi dabo, cùm ſtatim dare poſſis. Et Syracides capi. 29. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & ne abſcondas illam ſub lapide in perditionem.

Plu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Plutarchus quoq; grauiter dicit: Viciſsitudo beneficiorum in amicitia eſt neceſſaria: Semper enim accipere beneficia, & nunquam, ſi poſsis, reddere, non ſolũ inciuile, ſed etiam inhumanum eſt. Quod ſi quis vero beneficium reddere non poteſt: is gratum animũ & voluntatem debet reddere. Nam viri boni gratitudinem animi ſæpè pluris faciunt, quàm benefacta.

Tertia lex. In amicitia ſit amor ſyncerus ſine πλεονεξία & adulatioue, ſicut Cicero 2. de finibus dicit: Meipſum oportet ames, non mea, ſi veri amici futuri ſumus. Et 1. de legibus: Eſt in amicitia neceſſarium, vt alter nihilo plus ſe quàm alterum diligat: Quod ſi tantillum interſit, iam amicitiæ nomen occiderit. Cuius ea eſt vis, vt ſimul ac ſibi aliquid quàm alteri maluerit nulla ſit. Et Ariſtoteles 4. Ethicorum: Amicus debet ſe habere ad amicum, tanquam ad ſeipſum. Eſt enim amicus alter ipſe. Plutarchus grauiter ſcripſit de quinq; differentijs veri amici & adulatoris ſeu paraſiti, cuius doctrinæ ſummam tenere eſt vtile.

Prima differentia eſt: Amicus verus manibus & pedibus eſt τετράγωνος, id eſt, ſemper ſui ſimilis. Adulator vero ſeu paraſitus eſt varius & mutabilis inſtar Polypi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secunda differentia. Amicus verus tantum bonas actiones laudat. Paraſitus ſeu Adulator, omnes actiones, tum bonas, tum malos laudibus in cœlum effert.

Tertia differentia. Amicus anteponit honeſtum & vtile delectationi. Paraſitus cuncta ad voluptatem refert. Et nec quid honeſtum ſit, nec quid ſit alteri vtile, curat.

Quarta differentia. Proprium amici veri eſt, quod ſentit dicere. Paraſiti ſeu adulatoris proprium eſt, aliud ſentire, & aliud dicere, nec attingere aliorum vlcera metu offenſionis.

Quinta differentia. Amicus præſtat officia liberali pectore, ſine captatione gloriæ, & mercatura propriarum vtilitatum. Paraſitus ſeu adulator eſt καινόδοξος *&* πλεονεκτικὸς *in dandis muneribus & officiorum communicatione.*

Graphicè autem paraſitus apud Terentium in Eunucho ſuas ipſius proprietates depingit, inquiens: Quidquid dicunt laudo. Id rurſus ſi negant, laudo id quoq;, negat quis, nego, ait, aio. Poſtremo imperaui egomet mihi omnia aſſentari, is quæſtus eſt nunc multo vberrimus.

Quarta lex. Amicitia careat ſimulatione. Sicut Heroicus vir apud Ennium dicit:

Eo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Eo ingenio natus ſum, amicitiam
Atq; inimicitiam in fronte promptam gero.

Iudas oſculo prodidit Filium Dei. Et Ioab Amaſan, dum oſculum pararat, nefariè interfecit. Horum ſimiles ſunt, qui geſtibus & verbis amicitiam fingunt, in corde alunt odia. De quibus Dauid ſæpe in Pſalmis queritur,

Quinta lex. In amicitia ſit libertas & candor ſine diffidentia & ſuſpitione, quæ vt Auguſtinus inquit, Amicitiæ venenum eſt.

Vt itaq; amicus libertate vti debet in admonendo: Ita alter candore debet vti, in accipienda admonitione.

Et quod Plinius Iunior dicit: Apud amicos æquè grata eſſe debet ſimplicitas diſſentientis, quàm autoritas probantis.

Sedebat aliquando pro Tribunali Auguſtus Cæſar, & commotus multos erat condemnaturus. Id cum animaduerteret Mecœnas, nec poſſet ad eum accedere, mittebat ipſe ſchedulam, in qua ſcripſerat hæc verba: Tandem ſurge carnifex. Placebat Auguſto libertas amici, & è veſtigio, è iudicio diſcedebat.

Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quod autem quædam ſententiæ, tam in ſcriptura, quam apud Philoſophos videntur præcipere diffidentiam in amicitijs, de illis ſciendum eſt, quod ſint querelæ & ſimul admonitiones accommodatæ ad perfidiam, quæ in amicitijs eſt vſitata, & cum veræ amicitiæ natura ac iure pugnat.

Tales ſunt hæ ſententiæ Micheæ 7. Noli credere amico, ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. Hieremiæ 9. Vnusquiſq; ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: Quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, Et omnis amicus fraudulenter incedit: Et vir fratrem ſuum deridebit & veritatem non loquetur. Eccleſiaſt: 4. 19. & 32. à filijs tuis caue, & ab amicis & domeſticis tuis attende, amico & inimico noli narrare ſenſum tuum.

Epicharmus ſapientiſſimus Ludimagiſter dixit: Neruos atq; artus ſapientiæ eſſe non temere credere. Euripides ait: Sapiente diffidentia nihil eſt mortalibus vtilius.

In fabula Æſopica, auicula decepto aucupe ſedens in arbore canit verſum:

Crede parum, tua ſerua, & quæ periere relinque.

Sexta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sexta lex. In amicitia ſit conſtans & perpetua fides, ſine fallacia & deceptione: vt enim facilimum, ita turpiſſimum eſt amicum fallere.

Damon & Pythias Pythagorici tam fidam, vt Valerius refert, inter ſe amicitiam iunxerunt, vt cum alterum ex his Dionyſius Syracuſanus interficere vellet, atq; is tempus ab eo, quo, priuſquam periret, domum profectus res ſuas ordinaret, impetraſſet, alter vadem ſe pro reditu eius Tyranno dare non dubitauit: ſolutus erat periculo mortis, qui modo gladio ceruices ſubiectas habuerat, eidemq; caput ſuum obiecerat, cui ſecurè viuere licebat. Igitur omnes & in primis Dionyſius nouæ ac ancipitis rei exitum expectabant: Appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte, vnuſquiſq; ſtultitiæ tam temerarium ſponſorem damnabat: At is nihil ſe de amici conſtantia metuere prædicabat, Eodem autem momento & hora à Dionyſio conſtituta, ille qui abierat rediјt. Admiratus amborum animum Tyrannus ſupplicium fidei remiſit inſuperq; eos rogauit, vt ſe in ſocietatem amicitiæ tertium ſodalem reciperent. In hoc exemplo dubitare quis poßet, vtrum alterius fides, an alterius confidentia maiore ſit admiratione & laude digna.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et ſimile exemplum tàm confidentiæ quam fidei inter amicos recitat Lucianus in Toxan: Eudonidas Corinthius pauperrimus Aretæum Corinthium & Carixenum Sycionium amicos ſuos opulentos hæredes ſcripſit hunc in modum.

Lego Aretæo matrem meam alendam, atq; in ſenectute fouendam, Carixeno vero filiam meam elocandam cum dote. quanta ab illo maxima dari poterit. Si quid autem interim acciderit alterutri, huius quoq; partē alter habeto. Illi ergo cum rata eſſe iuſſiſſent, ea quæ Teſtamento fuerant ab amico legata, Carixenus quinq; duntaxat diebus ſuperuixit. Itaq; Aretæus & matrem Eudamidæ aluit, & filiam eius duobus talentis è ſuo dotatam elocauit.

Admonet etiam hæc lex de conſtanti & perpetua fide amicitiæ, quod etiamſi offenſio inter amicos oriatur, tamen maneat obligatio fidei in ijs rebus, quæ durante amicitia ſunt concreditæ, quæ ſi quis ad damnum alterius reuelat, is etiamſi amicus amplius non eſt: tamen perfidè amicitiæ iura transgreditur. Rectè itaq; à Cicerone ſcriptum eſt in Philippicis: Literas ad ſe ab amico miſſas, offenſione aliquā interpoſita in medium proferre, palamq; recitare, nihil aliud eſt, quàm tolle-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tollere è vita ſocietatem, tollere amicorum colloquia abſentium. Et quidem cum amicorum colloquia ſint quaſi cogitationes in propria anima, iuxta dictum: Amicus eſt alter ego. Ideo etiam ad ius ſeu Priuilegium cogitationum pertinere debent, de quibus dicitur: Cogitationis pœnam nemo patitur.

Excipiuntur autem illi caſus, qui ipſa reuelatione conſiliorum, aut machinationum, iura amicitiæ diſſoluunt, & ſine impietate atq; atroci ſcelere taceri non poſſunt, quia vergunt vel ad ignominiam & blaſphemiam Dei, vel ad Eccleſiæ, Magiſtratus, Reipub. vel proximi quoq; manifeſtam pernitiem.

Septima Lex. In amicitia ſit ſympathia ſine inuidentia & ἐπιχαιρεκακίᾳ. *Sic Ariſtoteles dicit: Amicus gaudet bonis, & condolet triſtibus amici ſui, Cum enim amicus ſit alter ipſe, decet etiam inter amicos eſſe ſocietatem gaudij & doloris, Quemadmodum Apoſtolus dicit: Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus.*

Sympathia in membris humani corporis eſt illius ſympathiæ in amicitia imago. Membra enim ſine inuidia conferunt mutuas operas ad communem corporis, & ſingularum

parti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

partium incolumitatem, & vno ex membris malè affecto omnia ſimul dolent. Sicut autem eſt in Apologo, quod cum alia membra inuiderent ventri ocium, & idcirco ventrem amplius alere nollent, totum corpus emarcuit & interijt, ita inuidentia amicitias emori, imo ſocietates omnes, quas amicitiæ vinculum continet, diſſolui, & interire neceſſe eſt.

Octaua & vltima lex. Amicorum omnia ſunt communia. Quam legem non rectè interpretantur, qui eam ſic exponunt, aut intelligunt, vt tollat diſtinctiones dominiorum & proprietatum, atq; vincula matrimoniorum ſoluat. Eſt hæc lex ſubiecta legi diuinæ & naturæ, atq; eam cõmunicationem officiorum & rerum in amicitia præcipit, quæ legi Dei & naturæ non aduerſatur.

Hortenſius ab amico Catone Martiam vxorem ſibi tradi petijt. Cato amico eam conceßit, & ſponſalibus ipſe interfuit. Hoc exemplum ad hanc regulam non pertinet: Quia legem coniugij deſtruit. Præcipit autem hæc lex vtilitatem amicitiæ in hac vita, quæ communicatione officiorum & rerum carere non poteſt. Ideo etiam ſcriptura ſacra amicitiarum vtilitates prædicat. Syracides inquit cap. 25. Beatus eſt, qui inuenit amicum

verum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

verum. Et caput 6. Amicus fidelis protectio fortis, qui inuenerit illum, inuenit theſaurum. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, & qui metuunt Dominum, inueniunt illum. Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.

Idem dixit Philoſophus, ſe amicitiam boni viri pluris facere quam Darij opes.

Menander inquit:

Eximium æſtima virum, cui contigit vel amici vmbra,

Ariſtoteles 8. Ethicorum. Nullus eligeret viuere ſine amicis habens omnia bona.

Inſignis eſt ſententia Græcorum verſuum de vtilitate amicitiæ.

Vir virum ſeruat, & ciuitas ciuitatem,
Manus manum lauat, & digitus digitum.

Quæ ſententia conuenit cum dicto Syracid. cap. 4. Melius eſt duos eſſe ſimul, quam vnum. Habes enim emolumentum ſocietatis tuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem. Vt autem amicus verus eſt precioſiſſimus theſaurus vitæ: Ita contra amicus falſus & perfidus pernicioſiſſima pe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtis eſt. Ideoq́ Antigonus Rex quotidie clara voce Deum precari ſolebat, vt aduerſus amicos defenderetur, atq́ interrogatus, cur non potius ſe aduerſus hoſtes protegi oraret? ab illis, inquit, qui palàm hoſtes ſunt poſſum ipſemet mihi mediocri diligentia cauere, ſed ab amicis fucatis & perfidis non poſſum mihi ipſe cauere, ſed Deo protectore eſt opus. Et Ariſtoteles conſiderans quod in multitudine amicorum ſoleant etiam plerunq́ multi eſſe amici falſi, crebro ſolitus fuit dicere: O amici nullus eſt amicus. Rectè autem ſcribit Iſocrates, quod ſicut ignis aurum, ita res aduerſæ amicos probant.

Quam ſententiam Ouidius ſic reddidit:

Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurũ,
Tempore ſic duro eſt experiunda fides.

Mimi dictum eſt: Amicos res optimæ parant, aduerſæ probant.

Martialis eſt admonitio.

Si vitare velis acerba quædam,
Et triſtes animi cauere morſus,
Nulli te facias nimis ſodalem,
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXI.
DE CONCORDIA

Concordia dicitur quaſi cordium & voluntatum vnio, conſonantia & conſenſio. Et concordes quaſi vnum cor, ſeu eundē cordis ſenſum aut voluntatē habentes. Synonyma ſunt vnanimitas & vnanimes.

Eſtq́ Concordia propriè conſenſus eorum, qui ſunt vnius officij collegæ, aut vnius ſocietatis vel Eccleſiaſticæ vel politicæ, vel œconomicæ membra, in retinendis & defendendis veris ſententijs, & ad promouendum commune bonum vniuſcuiuſq́ ſocietatis. Contra verò diſcordia, cordium ſeu voluntatum diuiſionem ſeu diſſenſionem & repugnantiam ſignificat. Sic Oſeæ 10. diſcordia deſcribitur: Diuiſum eſt cor eorum, nunc peribunt.

Iſidorus diſcordiam ſic definit: Diſcordia eſt aliquorum diuerſio, quos prius amoris vinculum colligauit. Studium concordiæ, Græcè φιλησυχία, Virtus eſt in omni ſocietate neceſſaria, quæ modeſtia, humilitate, manſuetudine, patientia & æquitate, quæ eſt ἐπιείκεια, prudenter tuetur concordiam & conſenſum ad communem vtilitatem, & cauet, ne petulantia & non neceſſarijs ac immō-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dicis contentionibus & litibus, conſenſus & tranquillitas turbetur, ad communem ſocietatis perniciem. Breue quidem, ſed ſapientiſſimum eſt Saluſtij dictum: Concordiæ res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Et Platonis de Repub. Nihil pernicioſius eſt ciuitati quàm diuiſio: Et nihil melius quam vnio. Idem dicit Auguſtinus Epiſtola 5. Concordia ciuitates conſtruuntur, Diſcordia autem deſtruuntur. Et lib. 2. de ciuitate comparat concordiã harmoniæ Muſicæ, quod ſicut harmonia cantus: ita concordia ſocietatis ornamentum & iucunditas eſt.

Adhortationes ad concordiam in ſacra ſcriptura multæ ſunt, 1. Corinth. 1. Obſecro vos per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idem loquamini omnes, & non ſint inter vos diſſidia. Sed ſitis integrũ corpus eadẽ mente & eadẽ ſententia. Ephe. 4. Cum omni humilitate et manſuetudine cum patientia tolerate vos inuicẽ, per caritatem ſtudentes ſeruare vnitatẽ Spiritus in vinculo pacis. Philip. 2. Similiter affecti ſitis, eandem charitatẽ habentes, vnanimes, idem ſentientes per humilitatem, vnuſquiſq; alium ſe præſtantiorem exiſtimet, nec ſua quiſq; ſpectet, ſed quæ aliorum ſunt.

Et valdè illuſtrat has admonitiones ſimi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſimilitudo membrorum humani corporis, cuius accommodationem grauiter & eleganter tractat Apoſtolus, 1. Corinth. 11. Extant quoq; multæ inſignes admonitiones & ſententiæ in Philoſophorum ſcriptis.

Xenophon tali vſus eſt ſimilitudine de concordia Collegarum in gubernatione: vt oculi, inquit, manus, pedes, ideo bini conditi ſunt, vt coniuncti ſe adiuuent, & non impediant, ſic decet fratres & collegas animos, conſilia, & actiones conferre. Sed omnes omnium ſapientum admonitiones & commendationes vincit Pſalmus 133. qui quotidiana meditatione ab omnibus Chriſtianis, præſertim illis, qui aut ſocietatibus præſunt, aut ſunt præcipua ſocietatum membra repeti debet.

Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum.

Sicut Balſamum ſuper caput, quod deſcendit paßim in barbam Aaron: & in oram veſtimentorum eius.

Sicut ros Hermon, qui deſcendit ſuper montes Sion.

Quoniam ibi mandauit Dominus benedictionem, & vitam vſq; in ſeculum.

Dauid adhortatur Chriſtianos ad ſtudium concordiæ tribus argumentis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Primum eſt. Quia concordia, vt eſt à Deo ordinata & mandata, ita etiam eſt res iucunda, ſuauis & bona, placens Deo, atq; hominibus vtilis: Id enim ſignificant duæ voces, Bonum & iucundum.

Secundum eſt argumentum decori: Chriſtiani in Eccleſia ſunt fratres: Quia ſunt filij vnius patris cœleſtis, vna fraternitate coniuncti filio Dei Ieſu Chriſto: Et ciues eiuſdem Reipublicæ fratres ſunt in vna patria. Collegæ fratres ſunt in vno officio, Socij in vna ſocietate, familiares & domeſtici in vna familia & domo. Vt ergo fratres germanos, Ita etiam fratres in vna Eccleſia, Republica, ſocietate, officio, familia, domo, nihil magis decet quàm concordia.

Tertium argumentum eſt vtilitatis, in quo explicatur cauſa vtilitatis, quam Philoſophi cernere non potuerunt. Viderunt ſapientes in exemplis hiſtoriarum & experientia, quod concordia res paruæ creſcerent, & contrà maximæ res diſcordia labefactarentur & interirent: Sed veram cauſam vtriuſq; rei neſciuerunt, quam Dauid in hoc Pſalmo monſtrat, nimirum Dei promiſſionem, qua Deus mandauit, hoc eſt, decreuit & ordinauit, vt concordiam comitetur benedictio

& vita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& vita, boni & proſperi & durabiles ſuc-
ceſſus afferentes lætitiam & tranquillitatem.

Addit Dauid declarationis gratia duas ſimilitudines. Vnam de concordia Eccleſiæ, alteram de concordia Ciuili. Cum in Eccleſia eſt concordia & cōſenſus, tunc ſicut balſamum de capite Aaronis defluit in ipſius barbam, & veſtimenta, totumq́ corpus, & omnes veſtes iucundo odore inficit: Ita per prædicationem Concionatorum defluit doctrina Dei, cum gratia & benedictionibus ſpiritualibus, in omnia Eccleſiæ membra, ſeu in auditores. ~~Et cum in Politica ſeu ciuili ſo-~~ cietate eſt concordia, tunc ſicut ros à magnis montibus delabitur in colles, & adfert fœcunditatem toti terræ: Ita corporales Dei benedictiones à magiſtratibus ſapienter gubernantibus defluunt in totam Rempublicam, & ſocietatem, atq́ in ſingulas domus, vt ſit felix & ſalutaris gubernatio, & ſint felices œconomiæ.

At vero vbi diſcordia eſt, ibi Deus non promiſit aut mandauit benedictionem & vitam, ſed maledictionem & mortem, id eſt, ibi infelices & triſtes euentus ac exitus minatus eſt: Quia non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. 1. Corinth. 14. Ideo Oſeæ 10. dicitur: Diuiſum eſt Cor eorum, nunc interibunt. Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Chriſtus Matth. 12. inquit: Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Paulus ad Galat. 4. Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Ament igitur & ſua manſuetudine, modeſtia, æquitate & patientia, quantum in ipſis eſt, foueant ac tueantur concordiam omnes boni, quibus communis ſalus Eccleſiæ, Reipub. Oeconomiæ vel cuiuſcunq; ſocietatis eſt cordi, & toto pectore abhorreant à diſcordijs, quibus qui ſtudet, illum Deus odit & deteſtatur, quemadmodum Prouerb. 6. ſcriptum eſt, & eſt communis calamitas ac peſtis humanarum ſocietatum.

Silurus Scytha octoginta filios habuit, quos moriturus vocauit ad lectum & ordinè ipſis iaculorum faſciculum dedit, vt eum frangerent: id cum ſe facere poſſe omnes pernegaſſent, tunc ſoluto faſciculo ſingulis vnum telum dedit, quod cum ſinguli facilimè frangerent, ipſe talem admonitionem addit: Si concordes eritis validi inuictiq; manebitis. Contra ſi diſsidijs & ſeditionibus diſtrahemini, eritis, imbecilles, & facile à quouis vincemini.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXII.
DE PACE.

ETſi tùm apud authores, tùm in communi ſermone, ſicut etiam in ſcriptura, ſæpiſſimê pro ſynonimis vſurpantur nomina concordiæ & pacis, tamen cùm proprietatem ſignificationum conſideramus, aliquid eſt diſcriminis in doctrina Ethica. Propriÿſſimè enim concordia litibus, rixis et diſſenſionibus, pax verò bellis, pugnis, ſeditionibus, & concertationibus opponitur. Vt autem belli nomen triſte, ita pacis nomen dulce eſt. Et res ipſa non ſolùm multò, quàm dici poteſt, dulcior & iucundior, ſed etiam maximè ſalutaris. Itaq; non tantùm Chriſtani, quotidianis, votis & precibus pacem à Deo petunt, ſed fuit & eſt hoc votum etiam commune omnibus bonis, apud cunctas gentes, ſicut ille apud Virgilium dicit:

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Et debent cum eo voto etiam omnium hominum, præcipuè Chriſtianorum, ſtudia conſentire, vt ſint pacis amantes & ſtudioſi. Quemadmodum præcipit Apoſtolus Roman. 12. Si fieri poteſt, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habete. Et Dauid Pſal. 120. inquit: Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sæpe autem conſiderentur cauſæ & argumenta, quibus & noſmetipſos & alios ad pacis amorem excitare debemus.

Prima cauſa eſt mandatum Dei, ſicut modò diximus. Et illuſtratur mandatum 1. Corinth. 14. inſigni dicto: Non eſt enim diſſenſionis Deus, ſed pacis, hoc eſt, præcpiit Deus, vt ſimus pacis ſtudioſi & amantes, in Eccleſia & Rebuſpublicis, & tota vita communi: Quia ipſe eſt amans pacis.

Quod autem in mandato dicitur, colendam eſſe pacem cum omnibus hominibus, ſi fieri poteſt, & quantum in nobis eſt, Ea eſt vtilis & neceſſaria exceptio. Illud in nobis eſt, vt pacem colamus cum omnibus hominibus, quæ ſine impietate & iniuſticia, lædente conſcientiam, ad Deum & ad homines ſeruari poteſt. Itaq; Dauid dicit, ſe fuiſſe pacificum, etiam erga eos, qui pacem oderant.

Et ſic etiam ſapientes Ethnici dixerunt, Iniquam pacem æquiſſimo bello præferendam eſſe. Sed cùm ſine impietate, & iniuſticia, lædente conſcientiam, ad Deum vel ad homines coli pax non poteſt, Tunc cum pace Dei & propriæ conſcientiæ pati damna, & moleſtias bellorum & concertationum, ſeu contentionum, atq; ad neceſſariam defen-

ſionem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſionem ſui ſuorumq́ ea facere, quæ Deus, natura & leges concedunt, melius eſt, quàm propter pacem humanam amittere pacem diuinam, & lædere tranquillitatem propriæ conſcientiæ.

Sic itaq́ de ſanctis, qui in cauſis pijs & iuſtis bella & contentiones paci, quæ pietati aduerſa, & conſcientiam læſura fuiſſet, prætulerunt, iudicari debet, ſcilicet, quòd tales caſus à communi mandato excipiantur, per hanc clauſulam: Si fieri poteſt, quantum in vobis eſt.

Et notum eſt dictum Chriſti de bellis & contentionibus, quæ excitantur ab impijs contra eos, qui profitentur Euangelium. Matth. 10. Luc. 12

Auguſtinus dicit: Bonus habere ergà malos pacem poteſt, tenere autem cum eis pacem non poteſt, quam ipſi non tenent.

Demoſthenes de politicis & ciuilibus cauſis dicit: Pax diutius retineri non poteſt, quàm vicini patiuntur.

Secunda cauſa eſt Dei promiſſio, ſicut Matth. 5. dicitur: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Complectitur

autem

autem appellatio filiorum Dei theſaurum benedictionum. Sic etiam 2. Corinth. 13. dicitur: Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.

Et in Pſalmo de concordia, qui Capite præcedente allegatus eſt, dicitur: Quia ibi mandauit Dominus bene dictionem & vitam vſq; in ſeculum.

Prouerb. 12. Qui pacis ineunt conſilia, ſequitur eius gaudium.

Ex hac ſecunda cauſa promanat tertia de vtilitatibus, ſicut inquit Dauid, Quòd ille, qui vult videre dies bonos, debeat ſequi pacem, hoc eſt, pacis ſtudioſus eſſe.

Sunt autem præcipuæ vtilitates pacis, quæ redundant ad Eccleſiam, nimirum vt Eccleſia habeat tranquilla hoſpitia, & in pace cuſtodiatur, & propagetur vera doctrina, noticia, cultus, religio. Ideo Pſal. 122. mandatur, vt propter Eccleſiam fiant ad Deum preces & ſupplicationes de pace, atq; additur dulciſsima promiſsio: Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem. Beati qui diligunt eam. Sit pax in exercitu tuo, Et proſperitas in palatijs tuis. Propter fratres meos & amicos meos loquor ſalutaria pro te, propter domum Domini Dei noſtri quæro bona tibi.

Poſtea

Poſtea Rebuſpublicis & Oeconomijs tantas adfert pax vtilitates, quantas in rebus humanis nulla res alia. De quo nemo vnquam homo ſapiens dubitauit. Hinc enim ſunt illa præclara pacis præconia apud Poetas & Philoſophos, quæ cùm ex ipſa experientia, quam Deus gubèrnat, ſumpta ſint, idcirco etiam Chriſtianorum cognitione ſunt digna.

Egregiè dicit Silius Italicus:

— — — — pax optima rerum,
Quas homini nouiſſe datum eſt, pax vna triumphis
Innumeris potior, pax cuſtodire ſalutem
Et ciues æquare poteſt.

Tibullus:

Interea pax arua colit, pax candida primùm
Duxit araturos ſub iuga curua boues.
Pax aluit vites, & ſuccos condidit vuæ
Funderet vt gnato teſta paterna merum.
Pace bidens vomerq́ue vigent. at triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus.

Ouidius.

Sub iuga bos veniat, ſub terras ſemen aratas,
Pax Cererem mittit, pacis alumna Ceres.

Menander:

Nemo tã ſtultus eſt, qui bellũ pro pace eligat.
O veneranda pax, largitrix vuarum, quo te nomine appellabo?

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et vnde verbum ſatis magnificum accipiam?
Pax agricolam etiam inter ſaxa alit benè.
Bellum in plano ſolo quoq; malum eſt.

Bachilides:

Res maximas producit pax,
Nēpe diuitias & ſuauiſsimorū cātuum flores,
Hæc efficit, vt Dijs in pulchris aris ſacrifice- (tur,
Hæc facit, vt gymnaſia iuuenes, & ti-
bias & conuiuia colant.

Euripides:

Nuptias, feſta, cognatos, liberos, amicos,
Diuitias, ſanitatē, annonam, viuū, voluptatē,
Pax confert. Quòd ſi hæc omnia defecerint,
Perit omnis communiter viuentium vita.

Neq; hæc præconia tantùm de voluptatibus et delitijs intelligantur, vt vulgus exiſtimat, ſed in genere de Rerumpublicarum & Oeconomicarum ſalute, ſicut in verſibus Silij dicitur:

———— pax cuſtodire ſalutem,
Et ciues æquare poteſt.

Et Cicero in Philippicis inquit: Pax eſt tranquilla libertas, & ſublata pace, leges & iudicia, quæ inter arma ſilent, eſſe non poſſunt, quibus deſinentibus, vita humana fit barbaries.. Semel enim motis imperijs & Rebuspublicis, poſtea fiunt vaſtationes & confuſiones plurimarum rerum, diſtrahuntur religiones, Ec-

nes, Eccleſiæ, ſcholæ, negligitur iuſtitia, turbatur & diſſoluitur diſciplina, homines induunt affectus ferarum, fiunt vaſtationes gentium, regionum et ciuitatum, inducuntur odia in longam poſteritatem, ſicut Lucanus dicit: Alta ſedent ciuilis vulnera dextræ.

Et docent hoc omnes hiſtoriæ, quòd cùm ſemel fit inſignis deſtructio alicuius imperij aut politiæ, nunquam recuperatur vetus dignitas, ſed quod remanet, ruderibus ſimile eſt. Ideo amanda, tuenda et fouenda pax eſt, maxima, qua fieri poteſt, moderatione.

Quarta cauſa: Studendum eſt paci, quantum fieri poteſt, & quantum in nobis eſt, ne quis fiat pernicies publica Eccleſiæ, Reipublicæ & Oeconomiarum.

Pindarus grauiſſimè dicit: Turbare Rempublicam quiuis poteſt, ſed turbatam in tranquillum ſtatum reducere, ſolius Dei opus eſt.

Quinta cauſa eſt, vt vitentur pœnæ, quibus Deus punit eos, qui ſine cauſa pacem violant, & tranquillitatem turbant. Nam quod de Eccleſiæ turbatoribus dicit Apoſtolus ad Galatas, id etiam vniuerſaliter de pacis turbatoribus verum eſſe, multa exempla hiſtoriarum oſtendunt: Qui vos conturbat, portabit iudicium Domini, quiſquis fuerit.

Conſen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Conſentit comminatio Prouerb. 17. Malus ſemper iurgia quærit. Angelus autem crudelis mittetur contra eum.

Arrius turbans pacem Eccleſiæ, inteſtina deiecit in cloacam.

Pompeius & Cæſar turbabant Rempublicam Romanam, & vterque miſerrimè perijt.

Talia exempla iudicij diuini, tùm in Eccleſiæ, tùm in politiarum gubernatione obſeruanda ſunt, vt eorum cogitatio ad amorem pacis corda exuſcitet.

Poſtremò de his cognatis virtutibus, amicitia, concordiæ & pacis ſtudio, noti ſint inſignes verſus Prudentij in ψυχομαχίᾳ *de pugna concordiæ & diſcordiæ.*

Quod ſapimus coniungat amor, quod viuimus vno
Conſpiret ſtudio, nil diſſociabile firmum eſt.
Vtq́; homini atq; Deo mediꝰ venit inter Ieſus,
Qui ſanat mortale Patri, ne carnea diſtent
Spiritui æterno, ſitq; vt Deus vnus vtrunq;:
Sic quidquid gerimus mẽtisq́; et corporis actu,
Spiritus vnimodis texit compagibus vnus.
Pax plenũ virtutis opus, pax ſumma laborũ,
Pax belli exacti preciũ eſt, preciumq́; pericli.
Sidera pace vigent, conſiſtunt terrea pace.
Nil placitũ ſine pace Deo, nõ munus ad aram

Cùm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Cum cupias offerre, probat, ſi turbida fratrem
Mens impacati ſub pectoris oderit antro.

CAPVT XXVIII.

DE RECONCILIATIONE.

IN humanis ſocietatibus maximis vel exiguis, crebræ accidunt offenſiones, ſæpè etiam inter amiciſſimos, propterea quod ille qui dies noctesq; circum nos obambulat, hoſtis eſt amoris & tranquillitatis, & caro noſtra ad affectuum indulgentiam prona & procliuis eſt. Hinc venit, vt quam in amore viciſſitudinem eſſe dicit Terentius, ea fermè in omni hominum amicitia inſit:

In amore, inquit, hæc omnia inſunt vicia, iniuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum,
Pax rurſum, incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus ages,
Quam ſi des operam, vt cum ratione inſanias.

Sæpiſſimè quoq;, ſicut ex parua ſcintilla magnum incendium: Ita ex leuibus cauſis atroces diſcordiæ, diſſidia, odia, lites, contentiones, turbæ, ſeditiones, tumultus, bella oriuntur, ex quibus magna plerumq; ad vtramq; partem, & non raro ad totas communitates & ſocietates, ſequuntur incommoda, ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lamitates, damna. Neq; dubium eſt, quin multis inueterata odia, ex paruis initijs enata, æternum exitium & mortem adferant: Qui enim odit fratrem ſuum, inquit Iohan. Cap. 3, homicida eſt. Et ſcitis, quod omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.

Neceſſario itaq; locis de amicitia, concordia & pace, additur admonitio de reconciliatione, qua fit amoris, quem offenſio, aut iniuria, aut ira, aut ſuſpitio, aut ſimile quid diſſoluit, redintegratio, ad quam qui conſilia, operas & ſtudia conferunt, rem Deo gratam, & ſalutarem hominibus faciunt, ſuntq; laude magna digni, Et ſi Chriſtiani ſunt, pertinet ad eos præconium Chriſti: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

Non poſtrema inter Ciceronis laudes eſt, quam ei Plutarchus tribuit, quod impenſè ſtuduit Pompeium cum Cæſare reconciliare. Sic enim de ipſo ſcribit Plutarchus: Priuatim vtriq; autor fuit, crebrò ad Cæſarem ſcribendo, Pompeium crebro rogando, & vtrumq; mitigando, atq; placando, qua in re, ſi ipſi eſſet obtemperatum, multa magna mala à Republica Romana, & à priuatis domibus, à multis Senatoribus & ciuibus, & ab ipſis belli ciuilis autoribus fuiſſent auerſa.

Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

*Quod autem ad partes diſsidentes atti-
net, ſciant omnes, qui ſimultates, iras, odia,
inimicitias inter ſe gerunt, ſeuerè ipſis à Deo
præceptam eſſe reconciliationem, & eam qui-
dem non tardam, ſed quantum fieri poteſt ci-
tiſsimam, ne ſol, vt Paulus monet, ſuper iram
occidat: Si enim in vllius rei, certè in recon-
ciliationis mora periculum eſt.*

*Sit itaq; ſemper in conſpectu & in ani-
mo mandatum Chriſti de reconciliatione, Mat-
thæi 5. Si offers munus tuum ante altare, &
ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet
aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuũ
ante altare, & vade prius reconciliari fratri
tuo. Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum
es in via cum eo, ne fortè tradat te aduerſa-
rius tuus iudici, & iudex tradat te miniſtro,
& in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non
exibis, donec reddas nouiſsimum quadrantem.*

*Ad vtramq; diſcordantium partem
accommodata eſt præceptio. Pars iniuſta, quæ
læſit alterum, nihil prius habere debet, quàm
vt veniam & condonationem à læſo petat,
eam curam omnibus alijs rebus, etiam diuino
cultui ſine mora anteferre debet. Quia non
placet Deo cultus & inuocatio cum mala con-
ſcientia, propterea quòd, vt Paulus docet, illi
qui bonam conſcientiam abiecerunt, etiam fe-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cerunt naufragium circa fidem, ſine qua impoßibile eſt placere Deo.

Pars læſa non debet eſſe dura, & pertinax, ſed æqua & facilis ad condonationem: ſicut inquit Chriſtus: Eſto conſentiens aduerſario in via. Et quidem non ſemel tantum, aut iterum, ſed quoties ab aduerſario rogatur, debet condonare, Quemadmodum Lucæ 17. præcipitur: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnituerit, remitte ei: Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens: pœnitet me, remitte ei. Et Matth. 18. cum Petrus interrogaſſet, Domine, quoties peccabit in me frater, & remittam ei, vſq; ſepties? Reſpondit ei Chriſtus: Non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties.

Diſcamus ergo ignoſcentiam ſeu condonationem offenſionum, & iniuriarum, homini Chriſtiano eſſe neceſſariam, & non eſſe liberam, tum quia eſt mandata, tùm quia ſine illa non poteſt fieri recta inuocatio. Quia Matthæi 11. dicit Chriſtus: Cum ſtabitis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt & pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Atq; non dimittentibus ſeuerè comminatur, Quod ſi non dimiſeritis, inquit, nec Pater veſter qui

in cœ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

Hæc grauiſſima comminatio declaratur horribili exemplo in Parabola Matth. 18. Vbi Rex ſeruum nequam, qui poſt acceptam donationem immenſi debiti nolebat conſeruo ſuo debitum exiguum condonare, iubet tortoribus tradi vſq; ad ſolutionem vniuerſi debiti. Cui exemplo eandē quoq; comminationem annectit Chriſtus: Sic & pater meus cœleſtis, inquit, faciet vobis ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Et quidem quiſquis ſine condonatione hæc verba in precatione dicit: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: Is ſibimetipſi retentionem peccatorum, cum maledictione Dei, & pœnis temporalibus ac æternis imprecatur.

Eſt adhuc alia cauſa, quæ nos ad ignoſcentiam debet inuitare, nimirum conſideratio immenſæ & ineffabilis clementiæ Dei, & filij eius Ieſu Chriſti erga nos, qui ipſum quotidie noſtris peccatis offendimus, & tamen quotidie, imò ſingulis horis & momentis condonationem petimus, & per fidem accipimus. Huius cauſæ meditationem commendat Chriſtus in eadem parabola his verbis: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam ro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gaſti me: Nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut ego miſertus ſum tui?

Oſtendit Chriſtus nos condonatione fraterna debere declarare gratitudinem noſtram erga Deum pro remiſſione peccatorum, magnorum & multorum, quam quotidie ab illo accipimus. Et Lucæ 6. dicit Chriſtus: Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Paulus Coloſſ. 3. Cum patientia ſubportate vos inuicem, condonantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam: ſicut & Chriſtus donauit vobis, ita & vos facite.

Et hanc patientiam & manſuetudinem non dubitemus Deo gratam eſſe: ſicut Dauid patienter parcens maledico Semei, inquit: Reddet mihi Dominus bonum pro maledictis iſtis.

Laudem meretur vox Conſulis Lubecenſis Iordani Pleſconij, qui cùm mandato Cæſaris Sigiſmundi poſt longum exilium, cum Collegis in vrbem reductus, priſtino loco & dignitati reſtitueretur, atq; ſeditioſus Senatus ſupplex veniam peteret, humaniſſimè & piè reſpondit: Eſt nobis Deus miſericors, & remittit nobis noſtra peccata: Itaq; libenter etiam vobis propter Deum omnem iniuriam condonamus.

Huius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Huius virtutis, quæ eſt effectus charitatis & amoris ſinceri, iuxta dictum: Vniuerſa delicta operit charitas. Item charitas patiens eſt, benigna eſt, non irritatur, omnia ſuffert, 1. Corinth. 13. Huius, inquam, virtutis ſimulachrum quoddam etiam Ethnici nouerunt: Quia neceſſaria eſt, in tota vita hæc manſuetudo ferendi & condonandi iniurias & offenſiones, ſine qua nulla ſocietas, ne quidem duorum hominum, conſtare diu poteſt.

Romani Templum Concordiæ in vrbe extruxerunt, nullam aliam ob cauſam, quam vt hominum inter ſe odia & ſimultates in eo factis ſacrificijs deponerentur: Etſi qui eodem tempore Magiſtratum ſimul geſturi eſſent, eos publico decreto cogebant, depoſitis inimicitijs in gratiam redire, ne propter ipſorum odia Reſpublica detrimentum acciperet. Sunt enim inimicitiæ gubernatorum maximè noxiæ Rebuſpublicis.

Thraſybulus in Attica ciuitate, humaniſſimum decretum fecit de ἀμνηςία, hoc eſt, iniuriarum obliuione & mutua condonatione. Quod decretum conuenit cum lege Dei, Leuit. 19. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Quàm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

legem de ἀμνηστίᾳ piè etiam & ſapienter Pleſcouius ſecutus eſt.

Quærat vero aliquis: Si omnes iniuriæ condonandæ ſunt, Ergone iudicia ſunt tollenda? Hæc eſt Anabaptiſtarum argumentatio, ad quam prudenter reſpondendum eſt: Fraterna ſeu priuata innocentia & condonatio, de qua hoc loco diſſerimus, diſcernenda eſt à legitimo ordine & executione vindictæ publicæ, quæ eſt à Deo ordinata ad conſeruationem iuſticiæ, Et de qua dicitur: Quod iuſtum eſt, iuſtè exequaris. Condonans aduerſario offenſionem ſeu iniuriam deponit odium, iram & alios affectus vindictæ priuatæ. Et quamuis ſæpè ſpontè & ſapienter de ſuo iure cedit, propter tranquillitatem, & alias cauſas graues, ſicut Dauid laceßitus maledictis Semei, de iure ſuo ceßit: Tamen ad hanc ceßionem præſertim in atrocibus & notorijs iniurijs & damnis, vt ſcilicet legitima cognitio iudicij omittatur in perniciem alicuius, nemo debet cogi: propterea quod iudicia non fruſtra à Deo ſunt ordinata: Sed ad iuſticiæ adminiſtrationem, defenſionem bonorum & pœnam malorum: Et quidem ſæpe tam atroces et enormes iniuriæ contingere poſſunt, in quibus ſine enormi læſione ſui ac ſuorum fieri ea ceßio non poteſt.

Tales

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Tales itaq; caſus pertinent ad regulam: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Eſt enim etiam iudicium legitimum Magiſtratus vindicta Dei, quia Deus illud ordinauit.

Optimum itaq; conſilium eſt, vt in talibus caſibus ſeu cauſis, vnuſquiſq; & ſuam conſcientiam conſideret, & viros pios ac ſapientes in conſilium adhibeat, remotis fictitijs & ſophiſticis prætextibus, quatenus debeat imitari exemplum Dauidis, aut exemplum Abrahæ, qui Gene. 13. litigantibus ſuis & Lothi paſtoribus de paſcuis, dixit ad nepotem Lothum: Ne, quæſo, ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos, fratres enim ſumus: Ecce vniuerſa terra coram te eſt, recede à me, obſecro, ſi tu ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu ad dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. Et cùm nepos Lothus optimam partem eligeret, Abraham ea electione fuit contentus.

Sic etiam ſapientiſsimè & humaniſsimè dicit Thucydides: Non eſt turpe domeſticos domeſticis cedere, nec amicum amico, vicinum vicino, ciuem ciui cedere, propter tranquillitatem turpe eſt. Plus enim ſæpe commodi adfert ceſsio, quàm ſtricti iuris perſecutio. Et illa quidem tranquillitatem animi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

neceſſariam ad inuocationem, & ad rerum neceſſariarum rectam adminiſtrationem adfert, quæ non exiguum bonum eſt.

Rurſus quærat quis: Si ille, qui læſit, incipere reconciliationem petitione veniæ nolit, quid læſa pars facere debeat? Reſpondeo: Tunc læſus, qui eſt appetens reconciliationis, aut ſequatur præceptum Iacobi: Confitemini alterutrum peccata veſtra, & eo modo carbones ignis, vt Paulus dicit, ponat ſuper caput aduerſarij, vt dicat: Tu me læſiſti, Ego etiam habeo peccata affectuum, Ego tibi condono, Tu viciſſim mihi condonato. Hoc conſilium conuenit cum dicto: Iuſtus eſt in principio accuſator ſui, Quia in ſemetipſo etiam peccata inuenit: Aut committat cum bona conſcientia cauſam Deo, Quemadmodum Dauid facit Pſal. 7. Domine Deus meus, ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis, ſi reddidi malum pacem habenti erga me, ſi ſpoliaui inimicum meum ſine cauſa, perſequatur inimicus animam meam. Iudica me Domine ſecundum iuſticiam meam, & ſecundum innocentiam meam.

Quòd ſi pars læſa alteri parti roganti nolit condonare, Quid faciet is qui læſit, & fruſtra condonationem petiuit? Reſpondeo: Ordo reconciliationis eſt, vt pars iniuſta fiat

ſupplex,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſupplex, humiliter fateatur culpam, & petat veniam & reconciliationem: Si verò pars læſa eſt tam dura, vt nolit condonare & reconciliari, tunc conſcientia ſupplicis eſt libera, & Deus erit Iudex, ſicut Chriſtus dicit: Rex tradet implacabilem hominem miniſtro, vt in carcerem mittatur.

Ad actiones reconciliationis opportuna eſt admonitio Iocaſtæ ad filios Eteoclem & Polynicem, in Phœniſsis Euripidis:

Celeritas non iuſtè agit,
Tarda conſilia efficiunt multa ſapienter.
Remitte toruos oculos, & flatum animi.
Non enim intueris præciſum à faucibus caput
Gorgonis, ſed vides venientem fratrem tuum.
Tu rurſus vultum ad fratrem verte Polynices,
Nam in eũdem vidẽs oculis, dices melius,
Et melius excipies huius ſermonem.
Admonere aliquid ſapienter volo:
Quando amicus aliquis iratus amico,
Congrediens mutuò aſpicit,
Oportet tantùm ea conſiderare propter quæ venit,
Priorum verò malorum nequaquam meminiſſe.

Mediatores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Mediatores reconciliationum ſint æqui vtriq; parti. Et in primis debet caueri, ne pax ſeu reconciliatio ſit inſidioſa. Quia omnis reconciliatio debet eſſe actio bonæ fidei, ſine dolo & fraude. Ideo Cicero Offic. 1. inquit: Paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. Eſt autem pax inſidioſa, cùm in reconciliatione aliquid monſtri alitur, quod in alterius partis notoriam iniuriam & detrimentum vergit, vt cùm calumnioſæ conditiones pacis vel ſcribuntur vel intelliguntur.

Popilius in conditionibus pacis factæ cum Antiocho ſcripſerat, dimidium nauium Romanos Antiocho relicturos eſſe. Poſtea naues diſſecat, & diſſectarum trabium dimidium incendit, dimidium relinquit Antiocho: Vel cùm inter belligerantes pax conſtituitur, eam ob cauſam, vt vna pars recuperatis viribus meliorem occaſionem renouandi bellum quærat. Sicut in bellis Punicis faciebant Carthaginenſes, ſed cum ſuo magno malo. Deus enim tandem illam inſidioſam perfidiam puniuit Carthaginis euerſione.

Quia autem fuit omnibus temporibus illa fallacia nimis vſitata, Ideo Plato conqueritur, Pacis inane nomen eſſe in terra,

Bellum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Bellum autem occultum & inexpiabile eſſe omnibus contra omnes.

Et Iſocrates dicit: Nunc bella non componimus, ſed differimus, dùm alios alij extremis calamitatibus afficiamus.

Rectè etiam vituperatur inſidioſa actio Q. Fabij Labeonis, qui cùm miſſus eſſet à Senatu Romano, vt litem de finibus inter Nolanos & Neapolitanos componeret, vtriſq; perſuaſit, vt pacis cauſa ab antiquis terminis retrogredi, quàm progredi mallent. Cùm itaq; vtriq; retroceßiſſent; ipſe conſtitutis nouis terminis intermedium agrum populo Romano adiudicauit.

CAPVT XXIIII.

DE FORTITVDINE.

Stoici fortitudinem definiunt eſſe virtutem pugnantem prò æquitate. Ariſtoteles dicit virtutem eſſe, quæ mediocritatem efficit ſecundum rectam rationem inter pauorem & audaciam, interq; mœſtitiam et lætitiam exultantem in rebus ſecundis.

In ſcholis eſt vſitata hæc definitio: Fortitudo eſt virtus, quæ propugnat iuſticiam, & non facit contra iuſticiam aut honeſtatem metu periculi aut ſpe commodi.

Cicero

Cicero ſplendidiſſimam virtutum appellat, quòd in animo magno & elato humanasq; res deſpiciente conſiſtat. Ab ea viri fortes & magnanimi appellantur, quos ſimul & bonos & ſimplices iuſticiæ ac veritatis amantes, minimèq; fallaces eſſe oportet: Ea enim, inquit Cicero, elatio animi, quæ cernitur in periculis & laboribus, ſi iuſticia vacat, pugnatq; non pro ſalute communi, ſed pro ſuis commodis, in vicio eſt, & fortitudinis gloriam nemo inſidijs & malitia eſt adeptus. Nihil enim honeſtum eſſe poteſt, quod iuſticia vacat. Præclarum igitur illud Platonis eſt: Non ſolùm ſcientia, quæ eſt remota à iuſticia, calliditas potius, quàm ſapientia eſt appellanda, verùm etiam animus apparatus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non vtilitate communi, impellitur, audaciæ potius nomen habet, quàm fortitudinis.

Duplex autem eſt fortitudo: Priuata & publica. Priuata, vt Cicero definit, eſt, quæ in rerum externarum deſpicientia ponitur, cùm perſuaſum eſt, nihil hominem niſi quod honeſtũ decorumq; ſit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, nulliq; neq; homini, neq; perturbationi, neq; fortunæ ſuccumbere, hoc eſt, quæ ſolùm honeſtatem pro bono habet, & deſpicit res, quæ ab alijs magnifiunt, hono-

res,

res, opes, voluptates, atq; conſtanter fert ea, quæ iudicantur eſſe mala, dolorem, paupertatem, exilium, ſupplicia, mortem. Ea fortitudine fuit præditus Socrates, Platone teſte, & apud Ro: Attilius Regulus, qui Carthaginem ad exquiſita ſupplicia maluit redire forti animo, quàm iuratam fidem inhoneſtè frangere. Excelluit hac virtute etiam Papinianus Iureconſultus, à quo cùm Caracalla Imperator flagitaſſet, vt interfectionē fratris Getæ defenderet, ipſemet interfici, quàm nefando ſceleri Imperatoris patrocinari maluit. Dixit enim non tam facile eſſe parricidium defendere, quàm patrare.

Cùm hæc virtus regitur à Spiritu ſancto, vt in vera fide & ſpe confeſſio Dei, pietas ad Deum, & bona conſcientia anteferātur omnibus alijs rebus, quæ ſunt caræ, etiam ipſi vitæ, ita, vt omnia illa libentius amittantur, quàm vt pietas ad Deum & bona conſcientia violetur, tunc hæc virtus eſt, & dicitur fortitudo, conſtantia & patientia Chriſtiana, de qua Eſaias inquit capi. 30. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Et Dauid Pſal. 27. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & expecta Dominum. Pſal. 31. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.

Atq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Atq; hæc fortitudo in omnibus rebus aduerſis patientes, in confeßione fidei Martyres & Confeſſores facit, ſic enim nominat Eccleſia ſanctos Chriſti teſtes, Martyres quidem, qui propter nomen & doctrinam Chriſti forti ſpiritu vitam amiſerunt, Confeſſores autem, qui perſecutiones & mala paßi ſunt propter nomen Chriſti, ſed ſine amißione vitæ. Admirabilis fortitudo Eleazari, ac ſeptem fratrum eorumq; matris, deſcripta eſt 2. Machab. 6. & 7. Eſtq; tota hiſtoria Eccleſiæ plena exemplorum.

Publica fortitudo, vt idem Cicero definit, eſt, quæ res gerit magnas et maximè vtiles, & vehementer arduas, plenaſq; laborum ac periculorum, cùm vitæ tùm multarum rerum, quæ ad vitam pertinent. Hæc prioris comes eſt, nunquam enim fortiter res magnas geret, niſi qui magno animo omnia humana deſpicit, & ſe ad ferenda pericula & damna bonorum ac vitæ compoſuit.

Diuiditur autem in Togatam ſeu Ciuilem & Bellicam. Togata circa adminiſtrationem iuſticiæ in ciuili gubernatione verſatur. Multitudo hominum belua eſt multorum capitum, eam qui iuſtè regere ſtudet, vt pax & diſciplina conſeruetur, boni defendantur, & mali coërceantur & puniantur,

eum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eum certe oportet non puſillo, ſed forti animo eſſe præditum, vt malorum odia, inuidias, inimicitias, iras, minas, ſeditiones, violentias, contemnere poßit, Qui enim iuſtè agit in gubernatione, ille multos quotidie offendit. Ideo Eccleſiaſt. 7. dicitur: Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute perrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.

Demoſthenes expertus gubernationis moleſtias & pericula dixit: Si ſibi duæ viæ propoſitæ eſſent, vna ad inferos ſeu mortem, altera ad Curiam, ſe eam electurum eſſe, quæ recta ad inferos duceret: Equidem ſi puſillanimis in conſulatum fuiſſet Cicero, nunquam ſe Catilinariæ coniurationi, cum vitæ diſcrimine oppoſuiſſet. Et rectè dubitet quis, maiorem ne fortitudinem Cicero in oppreßione Catilinariæ factionis, quam Scipio in deletione Carthaginis præſtiterit.

Bellica fortitudo in neceſſaria defenſione, & executione iuſticiæ, quæ fit armata manu conſiſtit. Eſt enim virtus, quæ cum opus eſt armis, iuſticiam propugnat, & pro defenſione Eccleſiæ, patriæ, communitatis, Reipub. coniugum, liberorum, amicorum, vicinorum, iuſticiæ labores & pericula ſuſcipit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Ariſtoteles eam ſic definit, Fortitudo eſt inconcuſſum à mortis metu & conſtantem in malis & intrepidum ad pericula eſſe, & malle honeſtè mori, quam turpiter ſeruari: Habetq́ adiunctam confidentiam, induſtriam, tolerantiam: Et quanquam non tantum Dux aut Miles in acie fortiter dimicans, hanc virtutem exercet, ſed etiam priuatus, cum in neceſſaria defenſione pro ſe aut illis, quibus defenſionem debet, pugnat: tamen in militibus & præcipue bellorum Ducibus, Principibus, Regibus, Imperatoribus, hæc virtus maxime eſt conſpicua, eosq́ non ſolum in primis commendat, ſed etiam maximè ipſis eſt neceſſaria: Bellum enim fortem ducem, & fortes milites requirit, Meticuloſus & timidus miles ad bellum ineptus eſt, Ideo cum Gideon pugnaturus eſſet contra Madianitas, mandauit ei Dominus, vt timidos ante pugnam dimitteret, Iudicum 7. Dux vero puſillanimus certa eſt belli calamitas, ſicut magnanimus & fortis Dux eſt robur exercitus, Quamobrem Chabrias Athenienſis, vel vt alij recitant, Philippus Macedo, dicere ſolitus fuit, ſe malle habere exercitum Ceruorum duce Leone, quam exercitum Leonum duce Ceruo,

Diſcernenda autem eſt Fortitudo à ferocia & ab audacia: Ferox eſt, qui ſine iuſti-

tia fortis eſt : Sæpe autem & recte dicit Cicero: Quod fortitudo cum ſit virtus, pugnans pro æquitate, iuſticia vacare non debet, Et quod omnis animi elatio, Iuſticia vacans eſt in vitio, & nõ virtus, ſed crudelis immanitas, quæ omnem humanitatẽ repellit, vocanda eſt.

Audax eſt, qui temerario impetu & calore, ſine conſilio & prouidentia periculũ adit: Hæc non eſt fortitudo, quia vt Ariſtoteles dicit, Fortis medium locum tenet inter timidum & audacem, Et quamuis prouerbio dicitur: audaces fortuna iuuat, tamen exempla docent, regulariter audaciam temerariam infelicem eſſe, iuxta dictum: Qui amat periculum, peribit in illo. Itaq; ſi prouerbij authoritas valere debet, audaces non temerarij, ſed fortes intelligendi ſunt. Terentius Varro, & Flaminius Romani, hic ad Thraſymenum, ille ad Cannas, dum nimium ſuis viribus confidunt, & Hannibalem hoſtem contemnunt, audacia ſua rem Romanorum fermè ſubuerterunt. Cepio temere contra Cymbros pugnans, octoginta millia amiſit, vt Liuius ſcribit: Et Iuuenalis inquit Sat: 10.

——————Viribus ille
Confiſus perijt admirandiſq; lacertis.

Fortis autem eſt, qui cum conſilio & prouidentia, & ſapientia eſt audax, vbi ne-

ceſſe eſt, hoc eſt, qui non temere ſe ac ſuos periculo committit, ſed diligenti cautione, proſpectione, cura, induſtria, omnibus obſeruatis, quæ humana diligentia obſeruari & caueri poſſunt, tunc cum eſt neceſſe, fretus Dei auxilio, & cauſæ bonitate, animoſe & intrepidè adit pericula, & manum cum hoſte conſerit. Id ſignificat Ariſtoteles, cum dicit fortem tenere medium inter timiditatem & audaciam. Et Auguſtinus dicit: Qui vera virtute fortis eſt, nec temere audet, nec conſulte timet.

Ethnici viros fortitudine excellentes heroas vocarunt, quod in illis virtus quædam naturæ ineſſet præſtantior, quam in reliqua multitudine, & inter homines quaſi Semidei, & naturæ miracula eſſent: quale miraculum Heros Hercules à Poetis pingitur, cuius à puero exantlati labores, ærumnæ, pericula, magno numero recenſentur: Atq; admirati ſunt Ethnici, vnde eſſet in Heroibus illa vis præclara, & ſupra communem hominum ſortem poſita, per quam Heroes ideo vt alijs hominibus proſint, omnia humana, etiam ipſam vitam, quæ maximè ſecundum naturam eſt, contemnant: Rectè autem vt de omnibus eximijs naturæ donis, ita etiã de virtute heroica dixe-

dixerunt Stoici, Nullam eſſe eximiam virtutem ſine afflatu diuino. Et Poeta:

Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

Idem in Didonis iudicio de Ænea dicitur:

Credo equidem, nec vana fides, genus eſſe Deorum,
Degeneres animos timor arguit.

Ex Platonis & aliorum Philoſophorum diſputationibus eadem ſententia colligi poteſt, nimirum cum Deus velit eſſe & conſeruari politias in humana ſocietate, ad quarum gubernationem & defenſionem opus eſt naturis & animis ſupra communem ſortem præſtantibus & excellentibus, Ideo diuinitus humano generi, Regionibus, communitatibus, Rebuſpub: donari heroas, quorum animi excellentioris virtutis ſunt, quam reliquæ plebis, vt ſicut aſini non ab aſinis, boues non à boue reguntur & paſcuntur, ſed ab homine, cuius natura eſt præſtantior: Ita homines non ab hominibus communis ſortis, ſed ab heroibus, qui reliquum populum naturæ donis, & virtutibus vincunt, & regantur & defendantur: Et quidem heroas ad efficiendas res magnas, non ſolum habere acriores impetus, ſed etiam eſſe fortunatiores & feliciores, tum quia Deus ipſis ob virtutum ſimilitudinem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& quaſi cognationem magis faueat, tum quia ſint quaſi organa diuina ad bonum publicum deſtinata. Hæc non malè dicuntur, verè enim ita res habet, quod Deus imperiorum & politiarū honeſtarum apud omnes gentes autor & conſeruator, etiam dat politijs ſalutares gubernatores & protectores, Miltiadem, Themiſtoclem, Fabium, Scipionem, & ipſorum Conſilia, & facta in recta gubernatione & defenſione adiuuat, & dat felices ſucceſſus, donec vult conſeruare imperia & politias. Sed homo Chriſtianus illud quoq; ex ſacra ſcriptura nouit, quod fortitudo heroica, Ciuilis & bellica, ſit in homine Chriſtiano ſingulare opus Spiritus ſancti, & fructus ſeu effectus veræ fidei. Sic enim dicit ſcriptura, Heroas in populo Dei, quales fuerunt Abraham, Moſes, Gideon, Samſon, Dauid, Machabæi, & ſimiles, diuinitus excitatos, & Spiritu ſancto indutos fuiſſe, & per fidem res magnas effeciſſe, ac victorias inſignes conſecutos eſſe, Atq; notus eſſe de hac tota quæſtione debet. verſus Dauidis, Pſalm. 144. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum, Item, Enumeratio Heb. 11. Gedeon, Barah, Samſon, Iephte, Dauid, Samuel per fidem vicerūt regna, operati ſunt iuſticiam, adepti ſunt promiſsiones,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

miſsiones, obturauerunt ora Leonum, effugerunt aciem gladij, fortia facta fecerunt in bello, caſtra verterunt exterorum: Ad fortitudinis cōmendationem pertinet dictum Iohannis: Debemus animas pro fratribus ponere. Temere ſe obijciens vitæ periculo procul dubio peccat contra præceptum: Non occides, ſicut ſcriptum eſt: Qui amat periculum peribit in illo. Sed qui hoc facit cogente & poſtulante neceſsitate vocatiōis, & zelo ac amore iuſticiæ, Reipub: Coniugis, liberorum, amicorum, proximorum, is iuſtè & benè facit, iuxta hoc dictum. Debemus animas pro fratribus ponere: Sicut inquit Iudas Machabæus, ad ſocios ſuos, 1. Machabæorum 9. Abſit vt fugiamus, ſed ſi appropinquauit tempus noſtrum, moriamur in virtute, propter fratres noſtros, & non inferamus crimen gloriæ noſtræ.

Grauis ac ſapiens eſt commonefactio Hectoris ad Troianos, quam recitat ac magnopere laudat Lycurgus in oratione contra Leocratem:

Conferti naues animis ingentibus inter
Quiſq; ſuo pugnate loco, nec vulnere quiſquā
Seu mortis fugiat pauidus formidine victus,
Sed iaceat ſi quem fati ſors dura peremit,
Pro patria magnū decus eſt profundere vitā,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Nam reliqui ciues noſtra virtute teguntur
Et ſaluæ interea matres, natiq́, manebunt,
Qui ſunt ætatis venturæ ſemina & vrbis.
Templa manent, legeſq́, bonæ, pietaſq́, pudorq́,
Et tunc quiſq́, ſuis rebus fundiſq́, fruetur,
Cum pulſi fugient hoſtes in patria regna.

In eadem Oratione ſcribit Lycurgus lege Laconica conſtitutum fuiſſe, vt in caſtris armati ciues ad Regis tabernaculum conuenirent, audituri Tyrtæi Poetæ & fortiſſimi ducis Elegiam, qua ille in bello Meſſeniaco Lacedæmonios ad fortitudinem cohortatus fuerat.

In prima pugnantem acie cecidiſſe, decorũ eſt,
Seruantem patriæ mœnia chara ſuæ:
Nam miſerũ eſt patria amiſſa laribuſq́, vagari
Mendicum & timida voce rogare cibos,
Cum natiſq́, errare ſuis, & coniuge mœſta,
Et cum Matre pia, cumq́, parente ſene.
Omnibus inuiſus, quoſcunq́, acceſſerit, exul
Semper erit, ſemper ſpretus egenſq́, iacet.
Nullus honor generi eſt, & perdita gratia formæ eſt,
Cunctaq́, tabeſcunt membra dolore graui.
Curat nemo vagos, & lædere nemo veretur,
Non exul curæ dicitur eſſe Deo.
Intrepidi pugnate viri, & profundite vitam,
Quam patriæ debet reddere quiſq́, ſuæ.

Nemo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Nemo aciem linquens, alijs ſit cauſa pauoris,
Iunge maniplari corpus & arma tuo.
Ingentiq; ira flagrent audacia corda,
Nec vitæ nimius pectora frangat amor.
Nec iuuenile agmen tardos ætate relinquat,
Corpora ſunt quorum languidiora, ſenes.
Indignum eſt aciem ante ſenilia fuſa iacere
Corpora, iam iuuenum diffugiente manu.
Quæ magis hoc miſerũ eſt in puluere linquere
Canicie quòd ſint iã veneranda ſua. (vitã,
Quàm triſte eſt latis ſpectare iacentia paſsim
Nudata in campis mẽbra cruenta ſenum,
Qui quanquã exhalãt animas, meminere pudo
Quasq; decet partes occuluiſſe, tegũt. (ris,
Ac ſuperant formæ iuuenilia corpora flore,
In quibus hæc virtus gratior eſſe ſolet.
Inq; acie iuuenem prima pugnare decorũ eſt,
Signa etiam, decus eſt, ſi cadat ante ſua.
Ergo tuo conſiſte loco pede firmus vtroq;,
Compreſſos dentes & labra morſa tenens.

CAPVT XXV.
DE MORTE.

NIl eſt tam ſecundum naturam, quàm vita. Itaq; natura maximè eam appetit, Mortem verò tanquam ſummum malum, & ſui deſtructionem, timet & auerſatur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et quidem, vt Euangeliſtæ referunt, ipſe Filius Dei accedente hora mortis cœpit expaueſcere & angi. Atq; ad diſcipulos dixit: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem, ſupplexq; Patri æterno factus, petiuit, vt, ſi poßibile eſſet, Calix iſte tranſiret. Etſi autem Filius Dei in hac anguſtia ſenſit iram Dei aduerſus peccata mundi, quæ ipſe portabat, tamen ipſius horror ſimul etiam eſt teſtimonium, quòd mors ſit amara, & inimica ſit humanæ naturæ, quæ ab initio non ad mortem, ſed ad vitam creata fuit, ſicut in libro Sapientiæ dicitur: Deus mortem non fecit, creauit enim omnia vt eſſent. Item: Deus creauit hominem inexterminabilem. Philoſophi etſi ſentiunt in ſemetipſis, & vident in aliјs mortis horrorem, quem natura per ſe non poteſt abijcere, licet quis maiorem fortitudinem ſimulet, quàm Curtius, qui Romæ in voraginem fori cum equo inſiluit: tamen ſic de morte diſputant, quaſi ſit res naturalis, & ſicut conſiderant naturales cauſas, cur putrefiat pomum, aut moriatur brutum, ita etiam tantùm phyſicas cauſas inquirunt, cur homo moriatur, hoc eſt, cur in ſene aut in eo, qui morbo conficitur, vel qui lethaliter vulneratur, vita tanquam lucernæ flamma, vel deficiente eo, quo ali-

mur,

tur, vel vi extinguatur. Ea eſt valde languida & imperfecta conſideratio mortis, quæ monet nos ita per peccatum à Diabolo eſſe excæcatos, vt nec proprium malum noſtrum, quod quotidie in corporibus noſtris circumferimus, rectè cognoſcamus. Quòd ſi autem mortis noſtræ originem & cauſas ſine Deo doctore indagare non poſſumus, quanta eſt dementia de vitæ æternæ acquiſitione ſine Deo diſputare velle? Docet autem Scriptura diuina, quòd mors ſit malum pœnæ, iuſto Dei iudicio humano generi inflictæ, propter peccatum, pugnans cum natura humana, ſicut à Deo fuit creata, cuius mali primæ & originales cauſæ ſunt Diabolus & peccatum primorum parentum, à quibus hoc malum vnà cum cauſa, id eſt, peccato, in omnes poſteros propagatur. Sic de cauſis mortis loquitur Scriptura Sapient. 2. Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Et ad Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ſic in omnes homines mors pertranſijt, eò, quòd omnes peccauerunt, hoc eſt, ſunt peccatores. De pœna autem iudicij Dei extat expreſſa comminatio in Geneſi: De arbore ſcientiæ boni & mali ne comedas, quacunq; enim die comederis ex ea, morte morieris.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et Pſal. 90. dicit Dauid: In ira tua perimus, & in furore tuo terremur. Omnes dies noſtri abeunt in ira tua, annos noſtros finimus vt ſermonem, Dies annorum noſtrorum ſunt ſeptuaginta anni, aut ad ſummum octoginta, è quibus quod eſt optimum, moleſtia eſt & labor, tranſitus enim celer eſt & auolamus. Quis nouit potentiam iræ tuæ, & quis metuit furorem tuum? Niſi hæ cauſæ mortis eſſent, neq; mors eſſet, nam aliæ cauſæ, quas Philoſophi conſiderant in natura, nimirum defectus virtutis vitalis in ſenectute, aut in morbo, vel ipſius morbi aut externæ violentiæ vis, non principales, ſed ſeruientes & quaſi mediæ cauſæ ſunt, quæ neq; eſſent, neq; vitam hominum extinguerent, niſi humanum genus propter peccatum morti eſſet obnoxium.

Deinde docet Scriptura, mortem hominum duplicem eſſe, Corporalem ſeu temporalem & Æternam. Corporalis mors eſt ſeparatio animæ à corpore, qua ſeparatione corpus vita priuatur, redigitur in terram, vnde factum eſt, vſq; ad mortuorum reſurrectionem. Anima verò ſeparata à corpore non moritur, ſed ſortitur vſq; ad Iudicij diem locum beatum & cœleſtem, ſi eſt hominis pij, malum verò, ſi eſt hominis impij. Sic enim

de ani-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

de animabus ſeparatis à corporibus docemur: Lazari anima portata eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ. Ad Latronem dextri lateris dicit Chriſtus in cruce: Hodie mecum eris in Paradiſo. Sapient. 3. ſcriptum eſt: Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum maliciæ. Ergo impiorum animæ à ſenſu tormentorum & mortis non ſunt immunes.

Æterna mors eſt æterna condemnatio, abiectio & cruciatus totius hominis, corporis & animæ. Hanc omnes meriti ſumus noſtris peccatis, originali & actualibus, ſed condonatis peccatis, ſimul etiam mors æterna condonatur credentibus in Chriſtum Ieſum Filium Dei, qui nos ſua ſatisfactione & morte à peccatis & condemnatione mortis redemit & liberauit, ac vitam æternam acquiſiuit, quam vnà cum remiſſione peccatorum accipimus per fidem in ipſum. Etſi itaq; in prima ſententia: Morte morieris, æterna mors cum corporali morte eſt connexa, tamen propter hanc condonationem peccatorum & mortis æternæ, piorum mors corporalis, amiſſo aculeo ſuo, etiam vires mortis perdit, & ſomni naturã induit. Atq; idcirco dulciſſima ſomni appellatione in ſcriptura nominatur, in quo deponitur quicquid corruptionis adhæret corpo-

ri ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ri ex peccato, vt in nouiſsimo die reſurgat corpus incorruptibile, immortale, ſpirituale et glorioſum, conforme corpori Ieſu Chriſti Domini noſtri. Hinc eſt illa differentia mortis piorum & impiorum, de qua dicit Dauid Pſal. 116. Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Et Pſal. 34. Mors peccatorum peſsima. Atq; ad huius differentiæ cauſam & conſiderationem pertinet dulciſsima vox Chriſti Oſeæ 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne. Qunam vocem Chriſti cum inſigni accommodatione repetit Paulus 1. ad Corinth. 15. Abſorpta eſt mors in victoriam, vbi tuus mors aculeus, vbi tua inferne victoria? Aculeus autem mortis peccatum, potentia verò peccati Lex. Deo autem gratia, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Hanc totam doctrinam de æterna morte, eiusq; cauſis, atq; rurſus condonatione, propter Chriſtum, ignorant Philoſophi, & omnes Ethnici ignari ſacræ ſcripturæ, Ideo tantùm de morte corporali loquuntur, cuius, vt dixi, cauſas Phyſicas tantummodo inquirunt, eamq; maxima eorum pars, ſicut bruti animalis, ita etiam hominis finem eſſe exiſtimat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mat. Quam opinionem Salomon in Eccleſiaſte recitat: Euentus filiorum hominum, & euentus beſtiarum ſimiles ſunt, ſimiliter ſpirant omnia, & non amplius habet homo, quàm beſtia, quia omnia ſunt vana, & omnia abeunt ad vnum locum, omnia de puluere facta ſunt, & omnia reuertuntur in puluerem. Quis ſcit, an ſpiritus hominis deſcendat ſurſum, & ſpiritus beſtiæ deſcendat deorſum in terram? Non dubitat Salomon, quia in fine libri dicit, quòd reuertatur puluis in terram ſuam, ſicut erat ab initio, ſpiritus autem reuertatur ad Deum, qui dedit illum. Sed dubitationem hominum, qui ignorant ſacram ſcripturam, mimiticôs recenſet.

Verè enim ita eſt, quod ſapientia humana doctrinam de æternitate poſt hãc vitam non intelligit: Etſi enim illa hominum conſcientia teſtatur, ſupereſſe in mente aliquam ſcintillam, quæ admonet mortem corporalem non prorſus abſumere totum hominem, vt nihil ſuperſit, tamen ea noticia valde eſt exigua, infirma & obſcura, multiſq; dubitationibus obruta. Itaq; cùm Socrates apud Platonem in Phædro, aut alij Philoſophi, definiunt mortem eſſe ſeparationem animæ à corpore, quæ ſoluta à corpore per ſe exiſtat.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et cùm de eius immortalitate, Item de piorum poſt mortem felicitate ac impiorum cruciatibus diſputant, exiſtimemus eos recitare cogitationes, partim ex noticia naturali notas, partim ex doctrina patrum ſando imperfectè acceptas, ſed cum magna dubitatione, ſine certo aſſenſu & fide. Quamobrem etiam illas qualeſcunq; cogitationes in abſurdas fabulas conuertunt, aut de campo Elyſio, aut de animarum tranſmigratione in alia corpora, ſeu brutorum ſeu hominum, aut de earum aberratione in mundo, à quibus fabulis abhorrere mentes piorum debent. Diſputationes autem ipſas de animæ immortalitate propter collationem & propter argumenta cum legis doctrina aliquo modo congruentia, cognoſcere & iucundum & vtile eſt. Breuem itaq; ſummam præcipuorum argumentorum ex Philoſophis, præſertim ex Platone, Xenophonte & Cicerone recenſebo.

Primum Argumentum:

Conſenſio omnium gentium lex naturæ æſtimanda eſt,

Omnes homines ſentiunt eſſe aliquid, quod ad eos pertineat, qui è vita exceſſerunt:

Erga hæc noticia eſt pars legis naturæ.

Minor probatur teſtimonio conſcientiæ in omnibus hominibus, ſicut Poëta inquit:

Conſcia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Conſcia mens vt cuiq; ſua eſt, ſic concipit intra
Pectora pro meritis ſpemq; metumq; ſuis.

Et quamuis, vt Cyrus diſputat, homines audaces poſt patrata ſcelera maxime conantur excutere conſcientiæ timorem, & dolores, tamen id facere nequeunt, propterea quod vis quædam arcana cæco verbere, vt dicit Iuuenalis, cædens omnem conatum vincit & ſuperat: De hoc conſcientiæ teſtimonio præclare ſcribit Plato, Primo de Repub. Poſtquam proceſſerit quiſpiam, vt proſpiciat ſibi moriendum eſſe, irruunt in illum, & timor, & cura earum rerum, quas antea non timuerat: Namq; ob ea quæ de inferis prædicantur, in quibus iniuſti homines pœnas luant, veretur ſe illic afflictandum, & quæ ſibi fabuloſa olim, & ridicula videbantur, tunc euertunt, concutiuntq; animum, quod reuera illa ſint, expaueſcentem, Hic idem, vel ſenectæ debilitate, vel quia illis, quæ illic geruntur propior eſt, illa ipſa magis proſpicit, quo fit, vt ſuſpicione & pauore repleatur, nec non ſecum ratiocinetur atq; conſideret, num iniuſte quempiam affecerit, tunc ſi qua ante actæ vitæ crimina menti ſe ingeſſerint, ſpe mala vitam ducit, ſi vero nihil mali in ſe conſpexerit, dulcis ſemper ſpes adhæret, atq; ſenum nutrix bona, quemadmodũ Pindarus ait: Sci-

 te nam-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tè namq; ille ô Socrates iſtud cecinit: Quicunq; videlicet iuſte ſanctéq; vitam exigit, dulcis eum ſpes comitatur, cor nutriens, ſenectutemq; fouens, quæ maximè hominum volubilem gubernat animum.

Secundum Argumentum.

Antiquitas quo propius aberat ab ortu, & diuina progenie, eo mêlius, quæ erant vera, cernebat:

Tota antiquitas ſenſit animas eſſe immortales, nec vna cum corporibus extingui,

Ergo, hæc ſententia eſt vera.

Hoc Argumentum in Eccleſia intelligitur de antiqua autoritate, ab ipſis vſq; patribus primis, nitente promiſſione & verbo Dei: Sed à Philoſophis de antiquis ſapientibus intelligitur, quos etſi aliquid quaſi de longinquo audiuiſſe de patrum doctrina, eſt veriſimile, tamen vt antea dixi: Omnia miſcuerunt fabellis & alijs fictiōibus: Stoici finxerūt animas diſcedentes à corporibus, quia ſint igneæ naturæ, diutius quidem ſuperſtites eſſe, & aliquot ſeculis in hoc aere circūuolitare, ſed tamē tandē ceu fumos diſſipari. Plato ſecū non conſentit, vt in diſputatione, quam ratio explicare non poteſt, alias arbitratur excellentes & heroicas animas non nimium pollutas contagio corporum, tanquam puriores ſurſum euola-

euolare, Cæteras ignauas & voluptatibus corporum contaminatas, humi vagari circa ſepulchra, & has, ſicut Papiſtici indocti putant, eſſe ſpectra illa, quæ ſæpe cernuntur: Alias abſurdiſsime fingit animarum transmigrationem ex hominibus in beſtias, & rurſus in homines, propterea quod ſine corporibus animas in perpetuum eſſe non poſſe, aut cogitauit ipſe, aut ex doctrina patrum fortaſsis audiuit: Alij de animarum conuentu in campo Elyſio fabulantur, Alij alia fingunt, quæ fictiones ab argumento tanquam vana ſomnia ſeparari debent.

Tertium Argumentum:

Iudicium debet capi ex optima quaq; natura:

Optimi quiq; homines, Principes, Poetæ, Philoſophi, ſapientes, artifices, ſpem immortalitatis habent,

Ergo eſt ſtatuendum animas immortales eſſe:

Horum trium argumentorum magna eſt cognatio.

Quartum Argumentum eſt Phyſicum.

Omne quod ſeipſum mouet, ſemper mouetur.

Anima hominis ſemetipſam mouet.

Ergo ſemper mouetur, Ideoq; eſt immortalis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hoc argumentum valde languidum eſt & nihil certi probat, quia etiam anima bouis ſemetipſum mouet.

Quintum Argumentum etiam Phyſicum eſt.

Natura non orta ab Elementis non corrumpitur:

Anima eſt orta ab Elementis.

Igitur, Non extinguitur corporis interitu:

Minor ita probatur: Impoßibile eſt in natura Elementari oriri noticias, & quidem vniuerſales, atq; de rebus non corporeis, de Deo, de Numeris, de ordine, de diſcrimine honeſtorum & turpium: Has autem noticias tenent aliquo modo animæ hominum, etiam non accepta doctrina.

Ergo neceſſe eſt eas non ab elementari, ſed à præſtantiore & perpetua natura oriri.

Hoc argumentum ait Plato videri poſſe ſufficientem demonſtrationem, niſi gloriari odioſum eſſet: Quoquo modo autem de hac confirmatione Platonica aliquis ſentiet, tamen hoc manifeſtum eſt, illas inſitas noticias non fallax teſtimonium eſſe, quod animæ noſtræ non caſu ortæ ſint, ſed magna arte ab æterna mente Architectatrice ſint conditæ.

Omitto diſputationem de origine animarum, an ex traduce ſint, vel non ſint, quia non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

non eſt huius loci, ſiquidem hic tantum Philoſophorum argumenta recito.

Sextum Argumentum eſt legale & Ethicum:

Norma prouidentiæ & iuſticiæ diuinæ eſt immota, vt bonis bene ſit, & malis male.

Sed in hac vita multi honeſti & boni viri, vt Socrates, iniuſtè interficiuntur, & è contra multi improbi & mali ſunt felices.

Ergo, Neceſſe eſt ſequi aliam vitam, in qua bonis ſit bene, & mali afficiantur ſupplicijs.

Sic Pindarus dicit in Olympicis Ode 2. Qui ſtellas poßidet, nouit poſt mortem iniuſtas mentes pœnas luere: Nam delicta in hoc Iouis imperio punit quiſpiam ſub terra, dicens ſententiam ingrata neceßitate, Boni vero vita fruuntur ſine labore, ſemper æqualiter noctu & interdiu ſolem habentes, non terram turbantes robore manuum, nec mare propter inopiam, ſed iuſti apud Deos lætam vitam agunt, Mali vero horribilem cruciatum ſuſtinent.

Hoc argumentum etſi recitatur à Philoſophis, tamen ab illis non intelligitur, ſit autem illuſtrius & firmius conſideratis ſenten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tijs ſcripturæ, & exemplis in Eccleſia, quia vera & integra doctrina huius diſputationis ad Eccleſiam pertinet. Sed tamen, vt dixi, non eſt inutile etiam Philoſophorum argumenta conſiderare. Execrandum autem prorſus eſt Epicureorum delirium, quo etiam faſcinati fuerunt Sadducæi apud Phariſæos, inter quos fuit Hannas, vt Acto. 5. ſcriptum eſt: Et omnibus temporibus multi fuerunt, & ſunt, qui talibus opinionibus indulgent: Recitatur opinio Epicureorum horrenda à Seneca in Troade:

Calidiſsimus fumus ab ignibus
Vaneſcit, ſpacium per breue ſordidus,
Vt nubes grauidas, quas modo vidimus,
Arctoi Boreæ diſsipat impetus:
Sic hic, qua regimur, ſpiritus effluet,
Poſt mortem nihil eſt, ipſaq; mors nihil.

Item.

Quæras, quo iaceas poſt obitum loco,
Quo non nata iacent.
Tempus nos auidum deuorat & chaos,
Mors indiuidua eſt noxia corpori.
Nec parcens animæ.

Toto itaq; pectore exhorreſcere debemus, cum tales Epicureas voces vel legimus, vel audimus, De quibus dicit Paulus ex Poeta:

Cor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Corrumpunt bonos mores colloquia praua:
Et orare debemus Dominum, vt nos in vera doctrina Eccleſiæ conſeruet & confirmet.

CAPVT XXVI.

DE MEDITATIONE MORTIS, ET COLLATIONE conſolationum philoſophicarum & Chriſtianarum contra metum & terrorem mortis.

Omnes

Vna manet nox, & calcanda ſemel via lethi,
Mixta ſenum & iuuenum denſantur funera,
inquit Horatius.
Atq; idem dicunt Ouidij verſus.
Fata manent omnes, omnes expectat auarus
Portitor, & turbæ vix ſatis vna ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam,
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Hæc eſt omnium hominum noticia, quam exempla vniuerſorum, qui & ante nos, & nobiſcũ vixerunt, docent, itaq; etiam ſapientes inter Ethnicos admonuerunt, quod ſicut tota vita hominis debeat eſſe mortis meditatio, quod in meditatione mortis magna ſapi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

entiæ pars de vitæ actionibus recte inſtituendis & regendis, conſiſtat.

Eſt autem res admiratione digna, quod vitæ huius incertæ ac inſtabilis dulcedo, ac voluptatum delectatio, in pleriſq; hominibus tam manifeſtam notitiam adeo poſsit quaſi obruere, & delere obliuione, vt magna pars hominum maximam vitæ partem ſecurè ſine recordatione & cogitatione mortis tranſigat, & ſtudijs, curis, voluptatibus huius momentaneæ vitæ ita ſe dedat, ac ſi illa mancipio data atq; ſine caritura ſit: Quam quidem obliuionem, & quæ eſt illi coniuncta, ſecuritatem, etiam nos qui Chriſtiani nominamur, in nobismetipſis quotidie ſentimus, & ſi negare velimus, conuincimur plerumq; noſtris ſtudijs & actionibus, Id quod Chriſtus Lucæ 12. admonet exemplo ſtulti diuitis, qui gaudens diuite copia rerum, mortiſq; immemor, Neſtoreos annos veſpere ſibi pollicebatur, cum ea nocte animam redditurus eſſet. Talem obliuionem cum vitæ huius amor auferat, ideo quotidie precationem Dauidis repetere debemus, quæ eſt in Pſalm. 39. Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, quis ſit, vt ſciam, quod ego eſſe deſinam. Ecce ſicut menſuram palmi poſuiſti dies meos, & tempora mea ſicut nihilum co-

ram

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

coram te, Quàm nihil, niſi vanitas, eſt omnis homo ſecurus, Sela. Eheu, quàm ſicut vmbra pertranſit homo, & quàm vanè ſolliciti ſunt, Colligit, & ignorat, quibus ſit ea congregaturus, & nunc quæ expectatio mea Domine? in te ſperabo. Et Pſal. 90. Doce nos, vt ſciamus numerum dierum noſtrorum, hoc eſt, vt ſciamus, quòd moriendum ſit nobis, vt ambulemus corde ſapienti. Et cum tali precatione coniungamus cogitationem ſententiarum ſcripturæ ſacræ, quæ ad aſsiduam mortis meditationem cohortantur, eamq́ præcipiunt. Syracides ait capi. 7. In omnibus operibus memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. Capi. 14. Memor eſto, quoniam mors non tardat. Cap. 38. Memento nouiſsimorum, & deſine inimicari. Cap. 38. monet, vt quoties mortuorum funera ſequimur, aut oſſa eorum conſpicimus, aut de mortuis cogitamus, exiſtimemus nos ab ipſis hiſce verbis compellari: Memor eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuum, Mihi heri, tibi hodie. Atq́ hoc nobis ſit animo perſuaſum, quòd ſicut tempus nouiſsimi diei nobis ideo non eſt reuelatum à Deo, vt ſemper oremus & vigilemus, expectantes Domini noſtri aduentum, ita etiam eandem ob cauſam, cùm nihil ſit certius morte, tamen nihil eſſe hora mortis nobis incer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tius,& magis nobis incognitum, vt in meditatione & expectatione mortis, totam vitam noſtram tranſigamus, ſic ſemper viuentes, vt ſemper parati ſimus ad moriendum. Sit itaq; pia mortis meditatio aßidua, vt fiamus ſapientes, quemadmodum Dauid inquit, hoc eſt, vt ſapienter pièq; viuamus, & ſapienter pièq; moriamur. Hæ enim duæ ſunt eius meditationis partes, ſeu fines, ad quos illa directa eſſe debet, nimirum, vt & vita rectè inſtituatur & tranſigatur, ac ſemper in promptu ſint conſolationes contra imminentis, & quaſi ſingulis momentis ob oculos verſantis, mortis terrores.

Primam meditationis partem breuiter & ſummatim complectitur dictum Apoſtoli ad Heb. 9. Conſtitutum eſt omnibus hominibus ſemel mori, poſtea iudicium erit. Duo admonet hoc dictum, vnum, quòd mors omnibus hominibus immineat, neq; quiſquam ſit, qui eam effugere poßit, ſicut admonuerunt etiam veteres ſapientes, cùm homines mortales vſitato nomine appellarent. Mortui ſunt longæui patres, Adam, Seth, Enoh, Mathuſalem, Noë, mortuus eſt fortißimus Samſon, mortuus eſt Salomon, omnium hominum ſapientißimus, & Phyſicorum omnium poſt Adam doctißimus. Cogitemus itaq; nos quoq;

eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſſe morituros, & quemadmodũ Iacob inquit, vitã noſtram eſſe dies peregrinationis breues & malos, ſiquidem in hoc mundo non domici lium perpetuũ, ſed hoſpitium tãtummodo habemus, ex quo nudi egrediemur, ſicut nudi ingreſsi ſumus, nihilq́; ex eo efferemus, ſicut nihil intulimus. Non itaq́; ſint animi affixi rebus mundanis, ac ſi noſtra vita & habitatio in hoc mundo, atq́; rerum terrenarum poſſeſsio & vſus ſit futurus æternus, ſed verſemur in mundo, tanquam peregrini in hoſpitio, vtentes quidem, dum à Deo conceditur, rebus mundi, ſicut decet, ſed tanquam non vtamur, vt inquit Apoſtolus 1. Corin. 7. hoc eſt, animi noſtri non ſint agglutinati, ſed ſint intenti & recti per fidem ad vitam, habitationem, bona, & gaudia cœleſtia. Et ſicut Abraham fide peregrinatus eſt in terra promiſſa, cum Iſaac & Iacob, expectans ciuitatem æternam regni cœleſtis. Heb. 11: Ita nos quoq́; fide in hoc mundo peregrinemur, quærentes ea quæ ſurſum ſunt. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed ciuitas noſtra in cœlis eſt, vbi Chriſtus ſedens ad dexteram Patris, æternas manſiones nobis parauit.

Alterum, de quo dictum Apoſtolicum admonet, eſt illud, quòd ita hæc vita ſit tranſigenda, vt cum bona & tranquilla con-

ſcientia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſcientia expectemus diem nouiſsimi iudicij. in quo omnes ſtabimus ad tribunal Chriſti, & vnuſquiſq; pro ſe rationem reddet Deo, vt referat propria corporis, prout geſsit, ſiue bonum ſiue malum, Ac Rom. 6. 2. Corinth. 5. Ita iudicij mentio omnes homines de pœnitentia admonet, quemadmodum Actorum 17. ſcribitur: Deus annunciat hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiam agant, eò, quòd diem conſtituit, in quo iudicaturus eſt orbem terrarum in iuſtitia. Nemo in illa die abſentiæ excuſationem edere, nemo dignitatis, potentiæ, aut alterius cuiuſcunq; præcellentiæ exceptionem prætendere, nemo ſe in multitudine abſcondere poterit. Sicut Syracides inquit capi. 16. Non dicas: Abſcondar à Deo, non agnoſcar in populo magno, quæ eſt enim anima mea in tam immẽſa creatura? Ecce cœlum & cœli cœlorum, abyſſus & vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu eius cõmouebuntur, & cùm conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. Cogitantes itaq; de morte, etiam cogitemus de ſecuturo iudicio, vt abſtinentes à peccatis, & agentes pœnitentiam, militemus bonam militiam, retinentes fidem & bonam conſcientiam, ac parati ſimus quouis momento ſtare ante tribunal Chriſti. Hæc cogitatio ſi eſt in animo hominis pij & timentis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

timentis Deum, fieri non poteſt, quin pariat peccatorum odium, & diligentiam vitandi, per implorationem auxilij Spiritus ſancti, lapſus contra conſcientiam, ſicut inquit Syracides: In omnibus operibus memorare nouiſsima tua, & non peccabis in æternum:

Sequitur ſecunda pars de meditatione mortis, quæ conſiſtit in inquiſitione & cogitatione conſolationum contra mortis dolores, & metum. Cùm autem etiam Philoſophi aliqui hac inquiſitione fuerint occupati, vtilis eſt, quemadmodum dicit Baſilius, collatio, quæ oſtenſo diſcrimine demonſtrat tùm infirmitatem conſolationum philoſophicarum, tùm verò Euangelicarum conſolationum diuinarum potentiam, efficatiam & virtutem. Senſerunt etiam Philoſophi, quòd Philoſophicæ conſolationes non habeant efficacem & certam virtutem expellendi metum mortis, & faciendi mentem tranquillam, ideo apud Platonem rectè dicitur, quòd ſint meræ nugæ. Nam quemadmodum Pſal. 73. de impijs ſcriptum eſt: Moriuntur cum terrore, ita Virgilius mortem omnium Ethnicorum deſcribit: Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub vmbras. Contrà verò nos Chriſtiani, in pia meditatione Euangelicarum conſolationum, ſentimus eas non eſſe dubia ſomnia, aut nugas humana

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mana ſpeculatione effictas, ſed eſſe veram & certam veritatem Dei, & potentiam Dei ad ſalutem omni credenti, & quemadmodum Chriſtus dicit de ſuo verbo, Spiritum & vitam eſſe, quia per illas conſolationes efficax eſt Spiritus ſanctus, teſtificans Spiritui noſtro, quòd ſimus in gratia, conſolans nos, & accendens ipſam fidem in nobis, quæ nitens morte & reſurrectione Ieſu Chriſti Filij Dei, verè eſt victoria mortis, inchoatio vitæ æternæ, pax, tranquillitas ac lætitia conſcientiæ in ipſa morte, ſicut Simeon dicit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace. Et Eccleſia canit: Cum pace & gaudio ex hac vita migro. Item: Mors ſomnus meus factus eſt. Nunc conſolationes recitabo, & in collatione indicabo diſcrimina.

Prima conſolatio Philoſophica, eſt cogitatio de neceſsitate, ſicut Euripides inquit in Phœniſsis: oportet fatalia ferre. Et notum eſt dictum: Feras, non culpes, quod mutari non poteſt. Sic conſolatur ſe Polyxena in Tragœdia: Sequar te, inquit, ad Vlyſſem, & neceſsitatis gratia, & mori volens, ſi verò non velim, ignaua apparebo & amans vitæ mulier. Cogitat etiam homo Chriſtianus de neceſsitate, iuxta dictum: Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Item: Hæc

eſt,

eſt vita omnis carnis. Sed multo aliter cogitat, quàm homo Ethnicus. Primò enim nouit & hanc neceſſitatem eſſe Dei ordinationem, quam Deus pro ſua bona erga nos voluntate gubernat. Si enim, vt Chriſtus dicit, non cadit paſſer in terram ſine voluntate Domini, multo minus homo Chriſtianus, qui eſt emptus ſanguine Filij Dei, & membrum corporis eius eſt, ſine Dei voluntate moritur. Qui capillos capitis noſtri numerauit, is procul dubio etiam dies vitæ noſtræ paterna ſolicitudine numerat. Eſt itaq; in ipſius manu poſita vita & mors noſtra, prolongat ipſe vitam noſtram, quàm diu vult, ſicut Eſaiæ vitam prolongauit. Et Deut. 30. dicitur: Dominus vita tua, & longitudo dierum tuorum. Et auocat ille nos, ſeu, vt Simeon dicit, dimittit nos ex hac vita, quando vult, ſicut Pſal. 90. ſcriptū eſt: Tu facis homines mori. Et Sap. 4. Placita erat Deo anima eius, propterea properauit educere illam de medio iniquitatum.

Secundo, nouit homo Chriſtianus ordinationi Dei, ſicut in omni cruce, doloribus & pœnis, ita etiam in morte obediendum eſſe cum ſapientia & ſpe, ſicut ſcriptum eſt Pſal. 27. Subditus eſto Deo, & ſpera in eo. Propterea quòd neceſſitas à Deo ordinata pijs ſeu credentibus in Chriſtum non eſt exitioſa,

ſed

ſed bona & vtilis: ſic ordinatio ſeu neceſsitas mortis eſt nobis vtilis & bona, vt ex malis, calamitatibus, ærumnis, contagione peccatorum eripiamur, & vt corruptio in incorruptionem mutetur, & mortale immortalitatem induat, Seminatur enim corpus corruptibile, & reſurget incorruptibile, ſeminatur ignobile, & reſurget glorioſum, ſeminatur animale, & reſurget ſpirituale, 1. ad Corinthios 15.

Secunda conſolatio eſt cogitatio de dignitate virtutis, coniunctæ cum teſtimonio bonæ conſcientiæ, in cauſa iuſta, & cum gloria bonæ famæ apud poſteros. Ita enim argumentatur Cicero: Mors pro patria aut virtute eſt honeſta, & affert gloriam, Ergo non eſt mala. Hæc eſt cogitatio fortium Heroum, pugnantium pro aris et focis, ſeu, vt extrat in Alphonſi ſymbolo, pro lege & pro grege, quemadmodum eleganter dicitur ab Hectore in adhortatione ad milites, quæ ſuprà recitata eſt in Capite de fortitudine bellica:

Pro patria magnum decus eſt profundere
vitam.

Et non tantùm bellatorum ea cogitatio eſt, ſed omnium, qui mortem ferre malunt, quàm contra virtutem & propriam conſcientiam delinquere, vt Papinianus Iureconſultus

manu le

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mauult interfici, quam defenſione iniuſti parricidij conſcientiã lædere, atq; hanc conſtantiam in re iuſta, & honeſta exiſtimat meliorem & digniorem eſſe, quam vitam cum turpitudine & mala conſcientia. Socrates damnatus à Iudicibus, conſolatur ſe bona conſcientia, quod innocens patiatur. Melius multo hanc quoq; conſolationem intelligit homo Chriſtianus. Magna eſt dignitas virtutis quod Machabæi in neceſſaria & pia defenſione, Prophetæ, Apoſtoli & Martyres in veritatis & nominis Chriſti confeſſione, Iohannes Baptiſta & Laurentius ſimul, & in vera confeſſione Chriſti, & in cauſis iuſtis, ille ob conſtantem reprehenſionem inceſtæ libidinis, hic propter fidam conſeruationem theſauri pauperum, forti animo mori potius volunt, ſeruantes fidem & bonam conſcientiam, quam abiecta bona conſcientia fidem & ſalutem amittere.

Pertinent autem ad hunc conſolationis locum dicta Chriſti, Matt. 5. Beati, qui perſecutionem patiuntur, propter iuſtitiam. Marc. 8. Qui perdiderit animam ſuam propter me, & Euangelium ſaluam faciet eam, qui enim me confeſſus fuerit, & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice, et filius hominis confitebitur eum, cum venerit in gloria patris ſui, cum Sanctis angelis. Et Petri di-

 ctum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ctum, 1. Epiſtolæ cap. 4. Nemo veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut facinoroſus, aut inſidiator, Si autem vt Chriſtianus patitur, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine, quoniam tempus, eſt vt incipiat iudicium à domo Domini.

Tertia conſolatio ſumitur ex conſideratione exemplorum, homo ſum, inquit ille, humani nihil à me alienum eſſe puto: Superbia eſt, non velle communem mortalium ſortem ferre: Itaq; ſicut chorus apud Sophoclem Electram obiurgat, nimium lugentem ob mortem patris, ita etiam reprehendendi ſunt illi, qui, cum moriendum eſt, indignantur, quaſi iniuriam patiantur.

Non tibi ſoli, inquit Chorus, ô filia ex omnibus hominibus triſtia acciderunt.

Quid igitur tu magis, quam cæteri te affligis?

Eſt autem hæc conſolatio in Philoſophia valde infirma. ſicut ridicule ſeruus improbus ſe conſolatur, quod pater, auus, proauus, atauus, abauus, tritauus, omnes in crucem acti ſint. Sed in Eccleſia conſolatio ab exemplis Sanctorum non eſt contemnenda, aut exigua. Ideo enim mortes piorum Patriarcharum, & interfectiones Martyrum proponuntur in Eccleſia, vt illis exemplis nos conſolemur, ſunt

enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

enim mortes piorum, tenentium fide promiſ-
ſionem æternæ vitæ, propter Chriſtum, teſti-
monia certiſſima, quod mors non ſit interitus,
ſed ſit commigratio ad aliam vitam, propterea
quod promiſſio Dei, in cuius fide Sancti mori-
untur, ſeu obdormiunt, fallere et mentiri ne-
quit, iuxta dictum: Verbum Domini, manet
in æternum, Itaq; in Geneſi cap. 15. Domi-
nus prædicens Abrahamo mortem, inquit ad
illum: Tu ibis ad Patres tuos, & cap. 25.
Mors Abrahæ ita deſcribitur, deficiens mor-
tuus eſt in ſenectute bona, prouectæq; ætatis,
& plenus dierum, congregatusq; eſt ad popu-
lum ſuum, Non fuit ergo ipſius mors interi-
tus ſed commigratio. Sic itaq; nos etiam, qui in
fide Ieſu Chriſti morimur, non interimus, ſed
migramus, & colligimur ad Patres noſtros,
hoc eſt, ad ſocietatem Eccleſiæ triumphantis,
& Sanctorum, qui ante nos in fide Chriſti ob-
dormiuerunt, de quibus dicit Dominus: Ego
ſum Deus Abraham, Iſaac & Iacob, In quo
dicto Chriſtus argumentum fortiſſimum ve-
ræ conſolationis commonſtrat, Deus non eſt
Deus mortuorum, ſed viuentium: Ergo Abra-
ham, Iſaac & Iacob omnesq;, qui in fide Chri-
ſti ad ipſos collecti ſunt, non ſunt mortui, hoc
eſt, non interierunt, ſed viuunt Domino, qui
eſt Deus eorum, & non ſolum ſeruat in ſinu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſuo animas ipſorum, ſed etiam corpora eorum cuſtodit, & conſeruat, ad futuram reſurrectionem glorioſam, non aliter ac ſi vnum noctem in cubilibus ſuis dormiant. Eſt enim Deus non tantum animarum Deus, ſed etiam corporum Deus eſt, quia Chriſtus totum hominem ſuo ſanguine redemit, & à morte liberauit.

Exemplum huius conſolationis contra mortem violentam in perſecutionibus extat in verbis Chriſti, Matth. 5. Sic perſecuti fuerunt Prophetas, qui ante vos fuerunt.

Quarta conſolatio ſumitur ex collatione euentuum. Sicut Polyxena ſe conſolatur, Quid me oportet viuere, cui pater erat Rex Phrygum omnium, hoc mihi primum vitæ. Deinde nutrita ſum ſub ſpe optima, regibus ſponſa, æmulationem non paruam nuptiarum habens, ad cuius domum focumq́ aduentura eſſem, Domina vero eram inter Troianas mulieres, & virgines conſpicua, Sicuti Dea aliqua, propter mortem, nunc ſerua ſum, primum quidem hoc nomen inſuetum facit, vt mortem amem, Deinde fortaſſis Dominos ſæuos poſſem conſequi, quicunq́ me emet argento, adiget me ad panificium in ædibus, & domum verrere, radijſq́ textorijs totam diem aſſidere cogar, Lectum vero meum ſeruus

emphti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

emptitius quiſpiam contaminabit, quæ antea regibus digna iudicata fui. Non ita fiet: relinquam potius oculorum lucem, inferis meum corpus afferens: Tu vero mater non ſis mihi impedimento, ſed conſentias potius vt moriar, priuſq; turpia non pro dignitate conſequar. Quicunq; enim non conſueuit guſtare mala, fert quidem, ſed dolet cum collo ſupponit iugo.

Mortuus vero eſt felicior quam viuens,
Viuere enim inhoneſte magna eſt calamitas,
Præbebo itaq; ceruicem robuſto pectore.

Sic etiam inquit Thalthybius in eadem Tragœdia: ſenex quidem ſum, attamen mihi contingat mori potius, quam vt turpi implicer caſu aliquo. Et chorus in Aiace Sophoclis. Satius eſt mori, quam incurabili morbo teneri. Item, Antigone, Si aliquando citius moriar, lucrum hoc dixero, Nam qui in magnis malis, vt ego, viuit, huic mors pro lucro eſt, Sic & mihi, & hoc fato mori, nullus dolor eſt. Hæc conſolatio ſomnium tantum eſt in Ethnicis, ſed in Eccleſia valde eſt perſpicua, quia hæc ſola veram collationem inter ærumnas huius vitæ, doloreſq; mortis naturalis, & lætitiam æternæ vitæ intelligit, iuxta dictum ad Romanos 6. Exiſtimo, quod non ſint condignæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. De hac collatione in vera conſolatione loquuntur hæ ſententiæ ſcripturæ, Eccleſiaſt. 30. Melior eſt Mors, quam vita amara, & requies æterna, quam languor perſeuerans. Cap. 41. O mors bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui eſt cura in omnibus. Eſai. 26. Vade populus meus, intra in cubiculum tuum, claude oſtia tua ſuper te, adſcondere modicum, donec pertranſeat indignatio. Eſaiæ 57. Iuſtus perit, & nemo eſt, qui id corde accipit, viri pietate conſpicui colliguntur, & nemo eſt qui aduertit, à facie maliciæ colligitur iuſtus, hoc eſt, auocatur à Domino, ne videat malitiam & calamitates in hoc mundo. Sapientiæ 4. Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus eſt, raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam eius. Placita erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum, Paulus propter hanc collationem piorum mortem lucrum appellat ad Philippenſes 1. Mihi viuere Chriſtus, mori lucrum.

Quin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quinta conſolatio Philoſophorum eſt, quod mors ſit finis omnium malorum. In Hippolyto Euripidis inquit Chorus ad Phædram, quid facies ô paſſa inexplicabilia? Reſpondet Phædra, Neſcio niſi vnum mori, quod eſt malorum vnicum remedium. Caſſandra in Agamemnone Senecæ dicit, Mors mihi eſt ſecuritas. Quam vana ſit hæc Ethnicorum conſolatio, norunt omnes, qui ſciunt mortem impiorum non agnoſcentium Chriſtum, peßimam eſſe. Pſalm. 34. Quia non eſt malorum finis, nec eſt ſecuritas, ſed æternarum pœnarum & cruciatuum initium eſt, Sicut monet hiſtoria de diuite epulone. Lucæ 16. & Pſalm. 47. ſcriptum eſt. Sicut oues in inferno iacent, mors depaſcit eos. Sed in Eccleſia eſt hæc conſolatio veriſsima iuxta dictum: Hodie mecum eris in Paradiſo. Item, Lazarus portatus eſt ab angelis in ſinum Abrahæ. Item, Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Apocalyp. 14. Eſaiæ 67. Iuſtus venit ad pacem, & viri pij quieſcunt in cubilibus ſuis. Sapient. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tangit illos tormentum mortis, viſi ſunt oculis inſipientium mori, & æſtimata eſt afflictio exitus illorum, illi autem ſunt in pace.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sexta conſolatio ſumitur à ſimilitudine ſomni, in 1. Tuſcula: Somnus non eſt malus, ſed res ſuauis & dulcis, Mors eſt ſimilis ſomno, ſicut Poeta inquit: Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago? Ergo mors non eſt mala. Eadem eſt in hac conſolatione Philoſophica vanitas, quæ in præcedente, Nemo enim vnquam fuit inter Philoſophos, qui hanc conſolationem credidit eſſe veram, Nam ex ſomno homo refectis viribus animæ & corporis euigilat, & reſurgit, eã reſurrectionẽ ex mortis ſomno, & neſciunt & non credunt omnes, qui ſunt ignari verbi Dei. In Eccleſia vero hæc ſimilitudo, quæ aliquoties in ſcriptura repetitur, eſt dulcis & conſolatione plena, ſicut cum ſingulari ſenſu gaudij & conſolationis canimus, Mors ſomnus meus facta eſt.

Prima autem cauſa, Deinde rationes ſimilitudinis conſiderentur, Filius Dei Ieſus Chriſtus, qui peccatum, mortis aculeum, à credentibus abſtulit, eoſq; à morte & inferno liberauit, factus mors morti, & peſtis inferno, is mortem noſtram ſua morte & reſurrectione commutauit in ſomnum, quia ipſe eſt vita & reſurrectio noſtra. In appellatione illa dulciſsima ſomni hæ ſimilitudinis ſeu collationis rationes inſunt.

Prima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Prima, Homo dormiens quieſcit à laboribus, curis & moleſtijs, cum quibus per diem conflictatus fuit. Eſt autem tota hominis vita labor & dolor, Pſal. 90. Et tanquam dies mercenarij. Iob 7. Obdormiens autem in Chriſto, venit ad requiẽ & ad pacem. Eſa. 57. Iuſtus venit ad pacem, et viri pij requieſcunt in cubilibus ſuis.

Secunda, Cùm homo dormit, tunc corpore iacente ac ſi mortuum ſit, tamẽ anima ſeu ſpiritus viget. Sic corporibus noſtris dormientibus in ſepulchris, tanquam in cubilibus, animæ noſtræ viuunt apud Deum, quæ mori non poſſunt, ſicut inquit Chriſtus, animam occidere non poſſunt.

Tertia, Vadimus dormitum in ſpe euigilationis, quæ tamen ſpes eſt dubia, propterea quod incerta eſt hora mortis, Sed morientes in Chriſto obdormimus in ſpe euigilationis & reſurrectionis ad vitam æternam, quæ ſpes eſt certiſsima.

Quarta, Dormientes recenſentur in numero viuentium. Parentes tam amant & curant liberos dormientes quàm vigilantes, ſic Deus mortuos in fide Chriſti inter viuos numerat, amat & curat. Quemadmodum dicit Deus de patrib. olim mortuis: Ego ſum Deus Abraham, Iſaac & Iacob, Deus autem, in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quit Chriſtus, non eſt mortuorum Deus, ſed viuentium. Et Paulus idem de omnibus credentibus dicit ad Romanos: Siue viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, et reſurrexit, et reuixit, vt viuentibus & mortuis dominetur.

Quinta, In ſomno deponitur laſsitudo virium, & omnes vires animæ & corporis reficiuntur, euigilatq́ quaſi nouus homo, agilis ad omnes actiones: Sic etiam de morte & euigilatione, ſeu reſurrectione piorum dicit Paulus 1. ad Corinth. 15. Seminatur in corruptione, reſurgit in incoruptibilitate, Seminatur in ignominia, reſurgit in gloria, Seminatur in infirmitate, reſurget in potentia, Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale, quemadmodum geſtauimus imaginem terreni, ita geſtabimus etiam imaginem cœleſtis.

Sexta, Pater iubet liberos ſuos ex conuiuio ebrioſorum ire dormitum, ne malis exemplis inficiantur, aut incidant in aliquam calamitatē, Sic Pater cœleſtis dilectos ſuos ex turbis, periculis & calamitatibus huius vitæ per mortem auocat, ne corrumpantur contagio malorum exemplorum aut impiarum opinionum, neve implicentur communibus malis & pœnis, Eſa. 26. & 57.. Sapient. 4.

Has

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Has conſiderationes non nouerunt Ethnici, ſed Eccleſia illas nouit, itaq́; ſicut eſt in hac vita ſomnus dulciſsimus, quem homo non tantùm fatigatus laboribus & curis, ſed etiam voluptatibus expletus auidißimè appetit, tanquam fatigationis requiem, & complementum voluptatum: Ita cogitatio de obdormitione mortis, debet Chriſtianis eſſe iucunda, & dulcis, ſicut Simeoni fuit, cùm diceret: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace. Et Paulo dicenti: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et Dauidi Pſal. 4. In pace ſimul cubo, & dormio, quoniam tu Domine ſolus in ſpe conſtituiſti me. Pſal. 17. Ego in iuſticia tua videbo faciem tuam, cùm euigilauero ad ſimilitudinem tuam. Pſal. 118. Non moriar, ſed viuam, & narrabo opera Domini.

Septimam conſolationem ſumunt Philoſophi ex incerta & dubia cogitatione, vel de perpetua indolentia et ἐυδενίᾳ, vel de immortalitate, & felicitate animarum poſt hanc vitam ſiue in campo Elyſio, ſiue alio quouis loco. Sic enim ſe conſolatur Socrates in poſtrema Oratione ad Iudices, cùm mortis damnatus eſſet: Magna, inquit, me ſpes tenet, Iudices, benè mihi euenire, quòd mittor ad mortem, neceſſe eſt enim alterum ſit de duobus, vt aut

ſenſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſenſus omnes mors auferat, aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur, quamobrem ſine ſenſus extinguitur, morsq́; & ſomno ſimilis eſt, qui nonnunquam etiam ſine viſis ſomniorum placatiſsimam quietem adfert. Dij boni, quantum lucri eſt emori? Sin vera ſunt quæ dicuntur, mortem eſſe migrationem in eas oras, quas qui ex hac vita exceſſerunt, incolunt, id multo beatius eſt, locum ab his, qui ſe Iudicum numero haberi volunt, euiſeris, ad eos venire, qui verè Iudices appellantur, Minoem, Rhadamantum, Triptolemum, conuenireq́; eos, qui iuſtè vixerunt. Vt verò colloqui cum Orpheo, Muſæo, Homero, Heſiodo liceat, quanti tandem æſtimatis? Equidem ſæpe mori, ſi fieri poſſet, vellem, vt ea, quæ dico, mihi liceret inuenire, Quanta delectatione autem afficerer, cùm Palamedem, cùm Aiacem, cùm alios, iudicio iniquorum circumuentos, conuenirem, ne vos quidem Iudices illi, qui me abſoluiſtis, mortem timueritis? Nec enim cuiquam bono mali quicquam euenire poteſt, vel viuo vel mortuo, nec vnquam eius res à dijs immortalibus negligitur, nec mih ipſi hoc accidit fortuitò. Atq; ex Areopago diſcedēs ſic dixit: Iã hora eſt diſcedendi, mihi quidem morituro, vobis autem victuris, vtri verò noſtrum ad optabilius negocium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gocium eant, ignotū eſt omnibus, præterquam Deo. Cicero hanc conſolationem repetit in 1. Tuſcul. Eſt autem, ſicut Socrates ipſe fatetur, dubia in mentibus omnium Ethnicorum, quæ dubitatio per ſe vim conſolandi eneruat & extinguit. Omnis enim dubitatio anxietatem in animis efficit. Deinde prorſus eſt vana. Nam omnia, quæ ſapientia humana de felicitate animarum poſt mortem, ſine reuelato verbo Dei cogitat, ſomnia ſunt & figmenta poëtica, in quibus non maior ineſt ad conſolandum virtus, quàm in hilari ſomno, ſeu in phantaſia aut fabula iucunda. In ſola autem Eccleſia nouimus veram doctrinam, tùm de immortalitate animæ, tùm de reſurrectione corporum, & de vita, ac beatitudine æterna piorum. Itaq; etiam in ſola Eccleſia ſcimus, & fide in Chriſto apprehendimus hanc conſolationem, quæ poſita eſt in promiſſione, & ſpe immortalitatis atq; ſocietatis cum Deo, ſanctis angelis ac omnibus beatis in vita æterna ac cœleſti.

Recitaui Philoſophicas conſolationes contra mortem, & facta collatione cum conſolationibus Eccleſiæ, monſtraui diſcrimina, ex quibus manifeſtum fit, Philoſophorum conſolationes eſſe inanes nugas & ſomnia, earumq́; finem eſſe non mentis tranquillitatem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tem, ſed maximam anxietatem & indignationem in morte, ſicut Virgilius dicit:

Vitaq; cũ gemitu fugit indignata ſub vmbras.

Et Epictetus apud Arianum inquit: Non poſſum effugere mortem, metuendo quidem eam non effugiam, ac moriar lugens ac tremens. Similis eſt querela in verſibus Hadriani Imperatoris, qui fuit Philoſophus doctus:

Animula vagula, blandula,
Hoſpes, comesq; corporis,
Quæ nunc abibis in loca?
Pallidula, rigida, nudula,
Nec, vt ſoles, dabis iocos.

Contrà verò hæc collatio oſtendit, quanta ſit conſolationũ, quas Eccleſia ex verbo Dei colligit, illisq; confidit præcellentia, quarum virtus & potentia vt magis adhuc ſit conſpicua, ideo ſummam earum ſubiecta breuitate repetam. Fundamẽtum omnis conſolationis Euangelicæ contra mortem eſt obedientia, ſatisfactio, redemptio, mors & reſurrectio Ieſu Chriſti Domini noſtri. Ex hoc fundamento ſequuntur efficaces & potentes conſolationes: I. Per fidem in Chriſtum ſumus dilecti filij Dei, ſicut ad Epheſios 1. dicitur: Dilexit nos in dilecto Filio, Ergo impoſsibile eſt, vt ſine bona Dei voluntate ex hac vita euocemur,

& eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& eſt impoſsibile, vt mors nos à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, ſeparet, Rom. 8.

II. Filius Dei, qui nos emit proprio ſanguine & morte ſua, vt det nobis vitam æternam, eſt verus Deus cum Patre & Spiritu ſancto, Ergo neq; mors, neq; Diabolus nos ex ipſius manu eripient, ſicut ipſe dicit Iohan. 10: Ego æternam vitam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eos quiſquam de manu mea, Pater meus, qui dedit mihi, maior eſt omnibus, & nemo poteſt rapere eos ex manu Patris mei. Ego & Pater vnum ſumus.

III. Filius Dei contriuit caput ſerpentis, & deſtruxit opera Diaboli, peccatum, mortem & infernum, & credentibus meruit, donat in ſuo verbo, obſignat ſacroſanctis Sacramentis, oppignorat arra & pignore Spiritus ſancti remiſsionem peccatorum, vitam æternam & hæreditatem regni cœleſtis, Ergo credentes in Chriſtum mortem & infernum, à quibus eos Filius Dei liberauit, timere non debent.

IIII. Filius Dei redemit nos à maledictione, condonans nobis peccata noſtra, quæ erant aculeus mortis. Et mortem noſtram in dulcem ſomnum permutauit, ex quo nos eſt reſuſcitaturus in nouiſsimo die, Iohan. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

V. Filius Dei eſt noſtra vita & reſurectio, Ergo qui credit in eum, etiamſi mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit & credit in eum, non morietur in æternum, Iohan. 11.

VI. Filius Dei ad latronem in cruce commendantem ſe ipſi in fide, dicit: Hodie mecum eris in Paradiſo. Et de Lazaro Mendico ait, quòd in ſinum Abrahæ ab angelis portatus ſit, Ergo animæ noſtræ ſunt immortales, & in manu Dei conſeruantur vſq; ad reſurrectionem corporum, Sapient. 4. Et deinde vnà cum corporibus in æternum fruentur cœleſti beatitune & gaudio.

VII. Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, mortui obdormiuerunt in fide Meſſiæ Ieſu Chriſti, & promiſſionis Euangelicæ, quæ vitam æternam promittit omnibus credentibus. Ioh. 3. Sic Deus dilexit mundū &c. Ergo impoſſibile eſt eos interijſſe, ſicut impoſſibile eſt verbum Dei perire, de quo ſcriptum eſt: Verbum Dei manet in æternum. Manet itaq; in æternum, qui in fide verbi Dei aut viuit auc moritur.

VIII. Henoch & Elias viui rapti ſunt in cœlum, nos habemus cum ipſis idem verbum, eundem Meſſiam, eandem promiſſionem, Ergo noſtra quoq; ciuitas & manſio æterna in cœlo eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

IX. Deus dicit ſe eſſe Deum Abrahæ, Iſaac & Iacob, cum illi olim eſſent mortui, & Paulus ſimiliter de omnibus credentibus dicit, Roma. 14. Siue viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus, In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, & reuixit, vt viuentibus à mortuis dominetur, Deus autem non eſt Deus mortuorum ſed viuentium. Ergo Abraham, Iſaac, Iacob, Deo viuunt, & vna cum corporibus reſurgent, & nos ſimiliter, poſtquam obdormiuerimus, tamen Domino viuemus, & cum noſtris corporibus reſurgemus.

X. Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit à morte, aſcenditq́ ad cœlos aperiens nobis viam regni cœlorum, Ergo etiam nos, qui ſumus Chriſti membra, per fidem & inhabitationem Spiritus ſancti ipſi agglutinata, licet naturali morte obdormiemus, tamen in morte non manebimus, ſed ad vitam æternam reſurgemus, caput enim trahit poſt ſe, & ad ſe, membra ſua, vt vbi ipſe Chriſtus eſt, ibi & nos ſimus.

XI. Sumus cum Chriſto per baptiſmum mortui, & cum illo ſumus conuiuificati, & conreſuſcitati & concollocati in cœleſtib. Ergo mors noſtra non eſt mors, ſed ſomnus qui nobis ad vitam, quam in Chriſto Ieſu iam accepimus per fidẽ nihil poteſt nocere aut obeſſe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

XII. Chriſtus per afflictiones & mortem intrauit in gloriam, relinquens nobis exemplū, vt tollamus crucem noſtrum, & ſequamur illum, ſicq; illi conformemur in cruce, & liberatione, Sicut Paulus dicit, Si compatimur & conglorificabimur, momentanea enim & leuis afflictio noſtra, ſupra modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis, dum non ſpectamus ea quæ videntur, ſed quæ non videntur, Quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna.

XIII. Morientes in perſecutione ob confeßionem Chriſti conſolari ſe debent hac promißione: Confitebor eos coram patre meo cœleſti. Item, Qui perdiderit animam, ſeruabit eam. Deinde etiam cogitatione finium. Morientes in confeßione oſtendunt ſe non ſimulaſſe profeßionem, voluptatis aut lucri gratia, obſignant ſuam confeßionem, & oſtendunt ſe expectare Iudicium, & relinquunt poſteris exemplum conſtantiæ, Sicut ſenex Eleazarus dicit in hiſtoria Machabæorum.

XIIII. Totum Euangelium, hoc eſt, omnes promißiones Euangelicæ in Moſe, Prophetis, Euangeliſtis & Apoſtolis promittunt credentibus vitam æternam in Ieſu Chriſto. Eſt autem Euangelium Dei verbum, Dei veritas, Dei virtus & potentia ad ſalutem omni credenti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

credenti. Sit itaq; ea in nobis diligentia, vt præcipuas promiſsiones ediſcamus, & quotidiana meditatione fidei repetamus, ne mors inopinata inueniat nos imparatos.

CAPVT XXVII.

DE QVÆSTIONIBVS, AN LONGA VITA SIT expetenda, & an mors optanda ſit.

IN Philoſophorum ſcriptis extant contrariæ ſententiæ. Theognis dicit: Optimum eſſe non naſci aut natum quam primum mori. Sophocles inquit: Oportere natum deplorari, vt maxima ingreſſum mala, & mortuum efferre cum gaudio. Neoptolemus: O mors vtinam te capere noſtri eſſet arbitrij, vt te mihi ſumerem omnium primam, Quantumuis enim inimica, tamen gratiſsima mihi eſſes. Contraria ſunt hæc dicta apud Euripidem, Lux hominibus aſpectu ſuauiſsima eſt, apud inferos nihil eſt, Inſanit autem qui optat mori, malè viuere præſtat, quam benè mori. Item: vnuſquiſq; etſi fuerit ſeruus, lucis aſpectu gaudet, Mortalibus enim cunctis anima cara, miſericordiam mouet vbiq;, ſuauius eſt viuere, quam mori prudentibus. Et quidem huic ſententiæ de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vitæ optione, ipſe ſenſus naturæ aſtipulatur. Sicut Pheres ait in Alceſtide: Fruſtra ſenes mortem optant, culpantes ſenectam, & longum tempus vitæ, vbi vero propius mors acceſſerit, nullus vult mori, ætasq; non amplius grauis eſt. Et Lycophron: Quando procul adhuc mors abeſt, Orcus deſideratur ab infortunatis. Cum vero obrepit vltima vitæ vnda viuere cupimus, nulla enim viuendi ſaturitas. Apud Homerum 11. Odyſſeæ quidā inquit, ſe ruſtico pauperi malle ſeruire, quā omnibus vmbris mortuorum imperare. Speuſippum Philoſophum, vehementiſſimè crurum dolore laborantem, cum Diogenes hortaretur, vt ſeipſum vita priuaret. Reſpondit Speuſippus, Non cruribus viuimus, ſed mente. Iudicauit enim vitam cum dolore corporis meliorem eſſe morte. Quæ quidem Philoſophi reſponſio etiam illud monet. Quod interficientes ſemetipſos, vt Cato, non naturam, ducem ſequatur, ſed incitati à malis ſpiritibus, contra naturam, ac naturalis iudicij ſenſum faciant.

Ex his contrarijs ſententijs non poteſt certa reſponſio ad quæſtiones colligi, Sicut dubitatiuè Euripides dicit: Quis nouit, an viuere ſit, quod nos vocamus mori, Mors autem vita? Enimuero homines ægrotant viuentes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uentes, defuncti autem non ægrotant, nec mala experiuntur, Sed quid de quæſtionibus hiſce conſtituere dicitur homo Chriſtianus? Reſpondeo: Licet Chriſtiano vtrunq́, nimirum & vitam longiorem optare, & mortem, Modo ſuam optionem in vera fide, & humili obedientia voluntati Dei ſubijciat, iuxta exemplum Chriſti, petentis in agone mortis, vt ſi poſsibile eſſet, calix iſte tranſiret, ſed cum hac conditione, vt æterni patris voluntas fieret. Honorantibus parentes promittitur vita longa & felix. Ezechias laborans peſte, petiuit longiorem vitam, exauditaq́ eſt ipſius petitio, & vita eius annis quindecim prolongata eſt. Deus creauit herbas, aliasq́ res ad valetudinis conſeruationem, & morborum curationem vtiles, atq́ inſignem medicinæ artem, atq́ curationis dona addidit. Et Siracides inquit: Quod homo ſapiens medicum, & medicinæ ſcientiam, ac remedia à Deo data, non contemnit, ſed eis vtitur in neceſsitate. Exaudiuit Chriſtus preces Archiſynagogi, eiuſq́ Filiam mortuam excitauit. Miſertus eſt viduæ & ſororum Lazari, Illi filium vnicum, his fratrem ex morte reſuſcitatum reddidit. Cum Phariſæi conſiliū caperent de interficiendo Ieſu, ipſe ceſsione ſibi conſuluit, Matt. 12. Cum lapidibus eum Iudæi obruere vellent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

abſcondidit ſe, & exiuit de templo, Iohan. 8. Paulus vt vitam ſeruaret, in ſporta de muro vrbis Damaſci demiſſus eſt noctu, & aufugit, Acto. 9. Et ne quod medium, quo cum bona conſcientia vti poſſet, ſciens & volens negligeret, ad Cæſaris tribunal appellauit. Iacobus imminente vrbis Hieroſolymitanæ excidio, vna cum Eccleſia Pellam profectus eſt.

Hæc exempla clare docent, quod liceat Chriſtiano & ſibi, & alijs longam vitam petere, & quantum cum bona conſcientia piè fieri poteſt, conſeruationi vitæ conſulere, vſq; dum veniat hora noſtra, quæ nobis ignota eſt. Quod etiam mortem optare Chriſtiano liceat, id Eliæ & Pauli exempla docent. Elias enim cum Iezabelis tyrannidem fugeret, ſedens ſub arbore, ſufficit, inquit, Domine, tolle animam meam. Et Paulus ad Philip. 1. inquit: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Cum autem eo in loco Paulus totam diſputationem de his duabus quæſtionibus explicet, videlicet, quam ob cauſam & mortem, & vitam expetere Chriſtiano liceat, ideo integrum locum aſſcribam: Magnificabitur Chriſtus, inquit, in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Mihi enim viuere Chriſtus, mori lucrum. Quod ſi viuere in carne fluctuoſum eſt, & quid eligam ignoro, Coarctor enim ex duobus, deſiderium

habens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, id multo melius erat. Permanere autem in carne magis neceſſariũ propter vos. Et hoc confidens ſcio, quod manebo, & permanebo omnibus vobis, ad profectum veſtrum, & gaudium fidei, vt gratulatio veſtra abundet in Ieſu Chriſto per me, in meo aduentu iterum ad vos. Bonum eſt in Paulo deſiderium diſſolutionis & liberationis ex hac vita mortali, peccatis & malis multis obnoxia, et clari conſpectus Dei ac Filij eius Ieſu Chriſti in vita cœleſti. Bonum etiam eſt ipſius deſiderium diutius viuendi, vt ſeruiat Eccleſiæ. Hoc exemplum Apoſtoli in vtraq; optiõe, plus paterfamilias, Magiſtratus, concionator, aut alius quiuis pius ſine peccato, imitari poteſt, ſubijciens ſe voluntati Dei.

CAPVT XXVIII.

DE LVCTV FVNEBRI.

PRopinquorum ϛοργαὶ, & amicorum amor, etiam mortuos proſequitur, Ideo apud omnes honeſtas gentes vſitatum eſt, vt mortui cum luctu, & cæremonijs funebribus honeſtè, vel conburantur, vel ſepeliantur. Habeturq́; honor ſepulchris, quæ violare nefas eſſe iudicatur. Ac primum de luctu dicendum eſt, Enim Stoici reprehendunt, qui cum hominem omnibus affectibus exuunt, naturã hominis, quantum in ipſis eſt, in homine deſtru-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

unt. Deus fecit hominem φιλόστοργον, & ſi-cut dolorum ſenſus eſt in ipſa natura, Sic etiã Storgarũ ſenſus in natura eſt, quod etiam Ho-merus in hac diſputatiõe de luctu funebri dicit Iliados 24. Patientem hominibus fata dede-runt animum, hoc eſt, animus hominis ita for-matus eſt, vt luctus paſſionem ſeu affectum ſentiat. Ἀστοργία itaq; contra naturam eſt, & vel Diabolica quædam faſcinatio eſt, vel mentita & violenta diſſimulatio, eius, quod in ipſa natura ſentitur, qualis erat ἀπάθεια Stoici exclamantis. O dolor nihil agis. Fate-tur enim ipſa exclamatione, quod dolorem ſentiat, quantumuis eum diſſimulare velit. Solon etſi lege prohibuit lamentationes fune-bres, quia nihil prodeſſent, Tamen ipſe amiſ-ſo filio lachrymas retinere non potuit. Et cum quidam ei ex propria lege obiecisſet, quod flendo nihil efficeret, propter hoc ipſum ſe fle-re dixit. Qua reſponſione teſtatus eſt, ſe nunc ipſa re experiri, legem de ἀστοργίᾳ cum natu-ra hominis pugnare. Quamuis ego exiſtimem Solonis legem, non de luctu moderato, ſed de immoderatis eiulatibus & aliјs inhumanis ali-quorum Ethnicorum ritibus, qui etiam legi Dei expreſſe ſunt prohibiti, locutam eſſe. Atq; ſic etiam Platonis legem, lib. 12. in-telligo: Lacrymis mortuos decorare aut

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

non, turpe legumlatori cogere eſt, Plangere verò, et extra domum verſari, prohibitum eſt. Non puto duos ſapientiſſimos Philoſophos, Socratem et Platonem, in illa opinione Stoicorum fuiſſe, quòd mortui nequaquam deflendi ſint. Quæ opinio præterquam, vt dixi, quòd cum ipſa natura pugnat, etiam cõtraria eſt bonis moribus. Indecorum enim eſt, in funere parentum, propinquorum aut amicorum ridere, aut iocoſè (ſicut fatuus in Apologo fecit) cantillare. Ideoq; & ab Homero Philoſophorum patre opinio Stoicorum reprehenditur Odyſſ. 4:

Hic ſanè eſt miſeris mortalibus honor,
Tondere comã, et genis lachrymas effundere.

Et Iliad. 8. Patroclum defleamus. Hic enim honos eſt defunctorum. Si itaq; mortui honorantur luctu, Ergo contra bonos mores eſt non lugere, ſed ἄϛοργον eſt. Et quòd hæc interpretatio legum Solonis ac Platonis, de nimiæ & immoderatæ lamentationis prohibitione recta ſit, id eiuſdem Homeri verba Iliados 24. docent:

Suſtineas, inquit, neq; nimis in animo tuo lugeas.
Nihil enim proficies, vtcunq; grauiter ob filium dolens,
Nec excitabis eum.

Sic & Euripides dicit in Iuone:
Agnoſce res humanas, neq; ſupra modũ
Dole, non ſola enim malè affligeris.

Antiphanes:

Lugendi ſunt moderatè mortui,
Non enim mortui ſunt, ſed eãdem viam,
Quam ingredi omnibus neceſſarium eſt,
Præiuerunt, nos etiam in poſterum,
In idem cũ ipſis veniemus diuerſorium,
Communem vnà reliquam acturi vitam.

Hypierides ait: Res eſt forſan difficilis, illos conſolari, qui huiuſmodi affectibus laborant. Luctus enim neq; ratione neq; lege ſopitur. Verùm natura cuiuſq; & amicitia erga defunctum, lugendi terminum continet, animum tum erigi oportet, ac triſtitiam, quoad fieri poteſt, minuere, atq; meminiſſe, non ſolùm funeris defunctorũ, ſed etiam virtutis, quam reliquerunt: Non enim lachrymis digna paſſi ſunt, ſed magnis laudib. celebranda facta ediderunt. Quòd ſi mortalem ſenectam non attigerunt, immortalem tamen gloriam conſecuti ſunt, & per omnia felices euaſerunt.

Hæc, quæ recenſui de luctu, philoſophica ſunt. Nunc quid Chriſtianum hominem deceat, inquirendum eſt. Apoſtolus Paulus Chriſtianos de luctu funebri ita inſtruit 1. Theſſ. 4. Nolo vos ignorare fratres de illis,

qui

qui obdormierunt,ne doleatis, quemadmodum
cæteri ſpem non habentes. Nam ſi credimus,
quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ſic &
Deus illos, qui obdormiuerunt, per Ieſum ad-
ducet cum illo. Hoc enim vobis dicimus in
verbo Domini, quòd nos qui viuemus,& re-
liqui erimus in aduentu Domini, nequaquam
præueniemus eos,qui dormiunt, Quoniam ipſe
Dominus cum hortatu & voce Archangeli,
ac tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui in
Chriſto reſurgent primùm, deinde nos,qui vi-
uemus, ſimul cnm illis rapiemur in nubibus, in
occurſum Domin in aëra. Non prohibet Apo-
ſtolus Chriſtianis luctum, quia Spiritus ſan-
ctus non deſtruit in homine creatas στοργὰς,
ſed ſicut rectè dicit Lutherus, affectus ſtorga-
rum in pijs laudat & gubernat. Ideo in Scri-
ptura etiam non pauca exempla luctus ſan-
ctorum non vituperationis,ſed laudis ergò re-
citantur, ex quibus videre eſt, quòd quo quis
ſanctior eſt, eo longius abſit à delirio Stoico,
& eo excellentiores στοργὰς habeat, magisq́;
earum ſenſu afficiatur. De Abrahamo ſcribi-
tur Gene. 23. quòd mortua vxore venerit
domum, vt plangeret & fleret eam. Ac de
Iſaac ſcribitur 24. capi. quòd accepta vxore
Rebecca, adeò eam dilexerit, vt dolorem,
quem ex morte matris acceperat, temperaret.

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Non ergo Iſaac in funere matris riſit, aut iocoſè cantauit, nec Stoicam aſtorgiam finxit, ſed vnà cum ſancto patre fleuit & luxit.

Iacob exiſtimans filium Ioſeph à beſtijs deuoratum eſſe, ſciſsis veſtibus, & induto cilicio luxit longo tempore, Gene. 37. Ioſeph moriente patre Iacob, ruit ſuper faciem eius flens, & deoſculans eum, Gene. 50. Mortem Aaronis, Moſis, Samuelis, populus publico luctu aliquot diebus defleuit.

Hæc exempla oſtendunt, decere ſanctos, mortes propinquorum, amicorum, & eorum, qui fuerunt communi ſocietati vtiles, non tantùm lachrymis, ſed etam honeſtis ritibus funebribus, & lugubribus perſequi. Charitas enim dolet ob priuationem eius, qui fuit dilectus & vtilis, eoq; dolore oſtendit & gratitudinem & deſiderium, atq; ſicuti Chriſtus deflens mortem Lazari amici, proculdubio cogitauit de cauſa breuitatis & miſeriarum humanæ vitæ, ac mortis, quæ cogitatio eſt lamentabilis, quemadmodum Pſal. 90 docet: Ita homo pius videns ante ſe funera, & præſertim eorum, quos charos habuit, non poteſt non affici talibus cogitationibus, quibus ad lachrymandum commoueatur. Et tum ipſa triſtitia animi adfert ſecum non ſolùm triſtem vultum, ſed etiam abſtinentiam à cultura ve-

ſtium,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtium, conuiuijs, & alijs rebus, quibus delectantur illi, quibus animus eſt hilaris, tùm etiam honeſtas vitæ communis, quæ ſine cæremonijs eſſe, & coli non poteſt, aliquos ritus poſtulat, qui ſint teſtes & indices triſtitiæ & luctus in animo. Itaq; Apoſtolus luctum funebrem non prohibet, neq; dolorem ſeu triſticiam prorſus è natura abijcit Stoicè, ſed vult, vt Chriſtiani non ita doleant & lugeant, ſicut Ethnici, ſpem non habentes. Ethnici enim carentes ſpe reſurrectionis mortuorum, & vitæ æternæ, dolent ſine conſolatione vera. Etſi enim fingunt aliquas conſolationes, tamen, vt præcedente Capite dixi, ſunt illæ tantùm meræ nugæ, & quaſi ſomnia conſolationum, in quibus nulla virtus eſt ad conſolandum. Itaq; eorum dolor nulla alia re, quàm longinquitate temporis, paulatim deletur & extinguitur: Deinde Ethnici aliqui multis inhumanis ritibus in luctu vtuntur, qui ſunt expreſſa lege prohibiti, Num. 19. Super mortuo non incidetis carnes veſtras, neq; figuras aut ſtigmata facietis, Ego Dominus. Homo autem Chriſtianus, etſi verè ſentit in animo dolorem & triſtitiam, tamen viciſſim verè ſentit per fidem in Chriſtum, qui eſt piorum reſurrectio & vita, efficacem conſolationem, certæ ſpei reſurrectionis mortuorum, & vitæ æter-

næ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

næ. Quæ conſolatio dolorem moderatur & vincit. Seruat quoq; Chriſtianus modum in externis luctus ritibus, vt nihil contra pietatem fiat, & ipſa moderatione etiam fidem ſuam ac ſpem cordis, vincentem triſtitiam, oſtendit.

Sit itaq; notum dictum Syracidæ ca. 22. Modicùm deplora mortuum, quoniam requieuit. Et Chriſti dictum de mortuis: Non eſt mortuus, ſed dormit. Sed quid faciendum eſt, cùm propinqui aut amici impij moriuntur? Tunc enim ſpes nulla conſolatur? Reſpondeo: Hoc Dauid duobus exemplis docuit. Namq; ipſe etiam hoſtibus ſuis, Saule rege, & Abſolone filio, in impietate mortuis, fleuit & planxit, 2. Reg. 1. & 18. Equidem is dolor homini pio omnium eſt grauiſsimus, quem non ſpes æternæ vitæ, ſed cogitatio iuſti iudicij Dei finit.

CAPVT XXIX.

DE SEPVLTVRA ET SEPVLCHRIS.

VLtimum officium, quod corpori humano ab homine præſtari poteſt, eſt honeſta funeratio. Itaq; omnes gentes exiſtimant eum honorem mortuis deberi. Et morientes in Teſtamentis, ſeu vltimis voluntatibus

luntatibus eum expetunt. Neq; vnquam ſapiens aliquis Cynenum Diogenis dictum probauit: Perinde ſibi eſſe, humi ne an ſublimè putreſceret. Iuſsit idem corpus ſuum inhumatum abijci, inquiens: Si à canibus lacerabitur, Hircana ſepultura erit, ſi à vulturibus, Hybera, at ſi nullum animal acceſſerit, ipſum tempus pulcherrima mihi ſepultura erit, corpore à rebus precioſiſsimis, nimirum Sole et imbribus abſumpto. Imò verò ſepulturæ honeſtæ priuatio ignominioſa eſſe ab hominibus ſapientibus iudicatur. In Eccleſia etiam ſic ſentimus, Piorum corporibus honorem ſepelitionis honeſtæ præſtãdum eſſe, qua cùm aliquis vel Dei, vel Eccleſiæ, vel Magiſtratus iuſto iudicio priuatur, id maximum exiſtimatur eſſe probrum, maximaq; infamia. Iudicio Dei priuati ſunt ſepultura Ieſabel & Ioachim, de illa ſcribitur 3. Reg. 21. & 4. Reg. 9. Canes comedent carnes Ieſabel, Et erũt carnes eius ſicut ſtercus ſuper faciem terræ. De Ioachim verò Ieremiæ 22. Oculi tui & cor tuum non reſpiciunt, niſi commodum tuum, & vt effundas ſanguinem innocentem, atq; facias calũniam & oppreſsionem, Idcirco ſic dicit Dominus ad Ioachim filium Ioſiæ regem Iuda: Non plangent eum: væ frater & væ ſoror: Non, inquam, plan-

gent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gent eum. Heu Domine, & heu inclite. Sepultura aſini ſepelietur, proiectus & putrefactus extra portas Hieruſalem.

In hiſtorijs ſacris ſeu Biblicis, inſignia exempla honorificarum ſepelitionum deſcripta ſunt, quas etiam ſanctos ex hac vita diſcedentes piè deſiderare, Iacobi, Ioſephi & Tobiæ exempla docent. Abraham emit ducentis Daleris agrum, in quo ſepulchrum vxori Saræ fecit, quo in ſepulchro ipſe quoq; & filius Iſaac cum Rebecca ſepulti ſunt. Rachaeli fecit Iacob ſepulchrum in via Bethlehemitica, & ſtatuam ſupra ſepulchrum pro Epitaphio memoriæ ergò collocauit. Liam in ſepulchro Abrahæ ſepeliuit, & moriens filijs ſuis mandauit, vt ex Ægypto ad idem ſepulchrum reportaretur. Ioſeph quoq; vltima voluntate oſſa ſua rurſum in terram Canaan referri iuſsit. Et Tobias ſenior poſtremam ad filium admonitionem ita incipit: Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum ſepeli, & honorem habe matri tuæ. Cùm autem ipſa compleuerit tempus vitæ ſuæ, ſepelias eam apud me. Id exemplum iuſsionis de ſepultura ſolent Chriſtiani in Teſtamentis imitari.

Plura exempla ſepelitionum ex hiſtorijs veteris Teſtamenti non recito, quia ſunt vbiq; obuia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

obuia. In nouo Teſtamento Filius Dei Ieſus Chriſtus, Dominus & Saluator noſter, poſtquam in cruce, pro nobis expirauit, honorificentiſsimè in ſepulchro nouo eſt depoſitus. Atque de ipſius ſepulchro prædixerat Eſaias cap. 11. Sepulchrum eius erit glorioſum. Verè fuit glorioſum illud ſepulchrum, in quo iacuit, & ex quo reſurrexit tertia die à mortuis, Filius Dei Ieſus Chriſtus, Victor mortis, qui omnibus credentibus ſepulchra ſanctificauit. vt ſint glorioſa ipſorum cubilia, in quibus ipſi placidè requieſcunt, non ſolum liberati ab omnibus malis & miſerijs huius vitæ, ſed etiam tuti à vi mortis & potentia Diaboli, Et ex quibus glorioſe ad vitam æternam reſurgent, imò qui totam terram hominibus pijs ad glorioſum cubiculum ſanctificauit. Etſi enim multi non veniunt in ſepulchra ipſis facta, tamen omnes ad hoc cubiculũ terræ deuenimus. Hæc eſt noſtrorum ſepulchrorum gloria, qua illa omnem ſplendorem Ethnicorum ſepulchrorum ſuperant, videlicet, quod per ſepulturam Chriſti terra eſt ſanctificata, ad commune Chriſtianorum cubiculum, in qua ſepulchra ipſa ſunt cubilia corporum, à Chriſto redemptorum, in quibus ipſa vſq; ad glorioſam reſurrectionem tuta & ſecura ab omni moleſtia, iniuria, & vi non hominum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tantum, ſed etiam Diabolorum dormiunt, & quieſcunt. Eſtq́ dignum conſideratione Patrum conſiliũ, qui conſtituerunt, vt ſepulchra Chriſtianorum eſſent, vel in templis, vel iuxta templa, quæ loca Cœmiteria dulci nomine appellantur. Significare enim voluerunt, quod etſi mortui in Chriſto ex ſocietate vitæ huius emigrauerũt, tamẽ non ſint ſeparati ab æterna communione ſanctæ Eccleſiæ, Sicut dormientes in domo non ſunt ſeparati à ſocietate familiæ. Imò verò admonere etiam voluerunt viuos, cum ad ſepulchra mortuorum audiunt Euangelium, baptizantur, & Cœna Domini fruuntur, cogitent fieri hæc ad ſpem vitæ æternæ, ad quam mortui in Domino, & illic quieſcentes præceſſerunt. Scribit Cicero 1. Tuſculana, ex ſepulchrorum ceremonijs intelligi, eſſe in morte ſenſum, neq́ exceſſu vitæ ſic deleri hominem, vt funditus intereat, Quia homines maximis ingenijs præditi, eas tanta cura non coluiſſent, nec violatam tam inexpiabili religione ſanxiſſent, niſi hæſiſſe in eorum mentibus, mortem non interitum eſſe omnia tollentem ac delentem, ſed quaſi quandam migrationem commutationemq́ vitæ, quæ præclaris viris & fœminis dux in cœlum ſoleret eſſe, in cæteris humi retineretur & maneret tamen. Si gentes qua-

dam

dam ſine verbo Dei, ex antiqua ſepulturæ ac ſepulchrorum reuerentia, tales cogitationes, quamuis incertas & dubias hauſerunt: Quantò magis nos Chriſtiani, qui in verbo Dei ſepulturarum exempla legimus, & quotidie ea in Eccleſia conſpicimus, cogitatione & intuitu eorum, memoriam reſurrectionis mortuorum ad vitam æternam, quaſi alere debemus, & his cogitationibus occupati eſſe, præſertim cum funera, quæ cum pijs & ſpiritualibus canticis ad ſepulturam deferuntur, vel præcedimus vel ſequimur. Sicut monent verſus in hymno Prudentij, qui diligenti lectione & meditatione dignus eſt:

Nam quod requieſcere corpus
Vacuum ſine mente videmus,
Spacium breue reſtat, vt alti
Repetat collegia ſenſus.

Venient citò ſecula, cùm iam
Socius calor oſſa reuiſat
Animataq́ſanguine viuo
Habitacula priſtina geſtet.

Quæ pigra cadauera pridem
Tumulis putrefacta iacebant,
Volucres rapientur in auras,
Animas comitata priores:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hinc maxima cura ſepulchri
Impenditur, hinc reſolutos
Honor vltimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.

Quidnam ſibi ſaxa cauata
Quid pulchra volunt monumenta?
Res quod niſi creditur illis
Non mortua, ſed data ſomno.

Hoc prouida Chriſticolarum
Pietas ſtudet, vtpote credens,
Fore protinus omnia viua,
Quæ nunc gelidus ſopor vrget.

Pompa funebris & ſepulchrorum ornatus, nec nulli, nec immoderati eſſe debent: Quia Chriſtianos modus in omnibus rebus decet. Immoderatos ſumptus etiam Poeta Euripides reprehendit? Mentes, inquit, hominum inſaniunt, cum inutiles ſumptus pro mortuis expendunt. Socrates cicutam hauſturus cum interrogaretur, quomodo ſepeliri vellet, Eo inquit modo, qui vobis facilimus fuerit. Græci ſumptibus funebribus modum lege poſuerunt, ne quis maioris operæ ſepulchrum extrueret, quam quod decem homines triduo perficere poſſent. Romæ quoq; ſepulchrali lege cautum fuit, ne ampliori opere excitaretur ſepulchrum, quam quod tribus vel quinq; diebus ab-

ſoluere-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſolueretur, nec maiori lapide, quam qui lau-
des ſepulti & titulos honorum acciperet.

L. Scylla legem promulgauit, quo fu-
nebres impenſas ſeu ſumptus moderatus eſt.
Ægyptij tribus gradibus ſepulchra diſtingue-
bant. Sumptuoſa vno talento, hoc eſt, ſexcen-
tis coronatis. Mediocria viginti minis, quæ
faciunt coronatos ducentos. Humilima par-
uo ſumptu, pro facultatibus, & voluntate cu-
iuſq; conficiebantur. Artemiſia regina Hali-
carnaſſi, marito Mauſolo tam magnificum ſe-
pulchrum extruxit, vt à Plinio inter ſeptem
orbis miracula illud numeratum ſit, à quo de-
inceps, precioſa Regum & Principum monu-
menta Mauſolæa ſunt nuncupata.

Alexander Macedo, decies mille ta-
lenta Epheſtionis funus contuliſſe ſcribitur.
Licinus tonſor Romanus, vir ditiſſimus ſe-
pulturam maximis impenſis fieri ſibi voluit,
quæ ſepultura hominis ignobilis à Poeta de-
ridetur:

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato par-
Pompeius nullo, credimus eſſe Deos. (uo,

Parentalia & exequiæ funebres, cum
ſine ſuperſtitione fiunt moderatè, ad memori-
am eorum, qui perpetua laude propter egregi-
as & ſingulares virtutes & merita præclara
digni ſunt, & exhortationem viuentium, ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

antiquis toleratæ ſunt. Sed cum ſuperſtitio accedit Papiſtica, prorſus omittendæ & damnandæ ſunt.

Sepulchra petulanter violare, non ſolum à Chriſtianis, ſed etiam ab Ethnicis impium eſſe iudicatur. Itaq; Euripides dicit in Troadibus. Stultus eſt qui expugnata vrbe, templa, & tumulos, & ſacra mortuorum, vaſtat. Nam paulo poſt ipſe etiam perit.

Semiramis regina ſepulchro ſuo ſic inſcribi iuſſerat. Quisquis Rex pecunijs eguerit, aperto monumento, quantum volet accipiat. Darius vero Rex auiditate auri incitatus, cum ſepulchrum aperuiſſet, auri quidem nihil, ſed in altero lapidis latere, hæc verba inſculpta inuenit: Ni vir malus eſſes, & pecunia inexplebilis, haudquaquam mortuorum loculos mouiſſes.

In fine huius loci de morte & ſepultura addam quædam inſignia Auguſtini dicta, lib. 1. de ciuitate Dei capite 12. ſic ſcribit: Curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exæquiarum, magis viuorum ſunt ſolatia, quam mortuorum ſubſidia, Si aliquid prodeſt impio ſepultura precioſa, oberit pio vilis aut nulla. Libuit de hac re Poetæ Lucano dicere:

Cœlo tegitur qui non habet vrnam.

Et cap. 13. Non ſunt contemnenda &

da & abijcienda corpora defunctorum, maximeq; iuſtorum atq; fidelium, quibus tanquam organis, & vaſis ad omnia bona opera, ſanctus vſus eſt ſpiritus. Si enim paterna veſtis & annulus, ac ſi quid huiuſmodi, tanto carius eſt poſteris, quanto erga parentes maior extitit affectus. Nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ vtiq; multo familiarius, atq; coniunctius, quam quælibet indumenta geſtamus.

De luctu funebri libro 19. cap. 8.

Quorum nos vita, propter amiciciæ ſpecialis ſolatia, delectabat, vnde fieri poteſt, vt eorum mors nullam nobis ingerat mœſtitudinem, quam qui prohibet, prohibeat ſi poteſt, amica colloquia, interdicat animalem ſocietatem, vel intercidat affectum omnium humanarum neceſsitudinum. Quo pacto enim futurum eſt, vt eius mors nobis amara nõ ſit, cuius dulcis vita fuit. Hinc eſt enim luctus quidam in humano corde, quaſi vulnus aut vlcus, cui ſanando adhibentur officioſæ conſolationes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXX.

ORATIO FVNEBRIS DE SPLENDIDISSIMA

Familia, pietate, virtutibus, atq; pia in Chriſto obdormitione, ſereniſsimæ, potentiſsimæq; Principis & Dominæ, Dominæ Sophiæ, ſanctæ memoriæ, Reginæ Daniæ & Noruegiæ &c. Matris Illuſtriſsimorum, laudatiſsimorum Principum & Dominorum ac Dominarum hæredum Noruegiæ, Ducum Sleſuici, Holſatiæ, &c. Domini Iohannis Senioris, Domini Adolphi, Dominæ Elizabetæ, nuptæ Illuſtriſs. Principi Vlrico, duci Megapolenſi, & Dominæ Dorotheæ.

ILLuſtriſsimi Principes, Clementiſsimi Domini, ac Clariſsima, ampliſsimaq; nobilitatis congregatio, Cum ita Deo Opt. Max. viſum ſit, vt ſereniſsimam, potentiſsimam et laudatiſsimam Principem, ac dominam dominam Sophiam, Reginam Daniæ, & Noruegiæ, natã ex illuſtriſsima & antiqua familia Ducũ Pomeraniæ, Ducem Sleſeuici, Holſatiæ, Stormariæ, atq; Ditmarſiæ, Comitem Aldenburgenſem & Delmẽhorſtenſem, Dominam noſtram clementiſsimam, ex hac mortali vita ad cœleſtia

ſia & æterna gaudia euocaret. Et nunc Regiæ Maieſtatis ipſius ſepultura peragatur, decet nos omnes, qui ſumus huius Regiæ, & Chriſtianæ ſepulturæ ſpectatores, illis cogitationibus occupari, tùm quæ ad honorificam & gratam Regiæ Maieſtatis ipſius memoriæ conſeruationem faciunt, tùm quæ ad conſolationem & admonitionem ſuperſtitum ſunt vtiles. Hæc enim in funebribus orationibus fieri debere præcipiunt veteres, vt honorificæ memoriæ ergò commemorentur hiſtoriæ de genere, vita & moribus defunctorum, conſolatione adficiantur illi, quibus vel propter ſanguinis, vel propter amicitiæ coniunctionem, vel propter benefactorum merita, cari fuerunt, & vt poſteri ad virtutum imitationem inuitentur. Habent enim domeſtica exempla ſingularem quandam vim ad mouendum & incitandum animos, quam ob cauſam antiqui maiorum ſuorum, qui vita honeſtè & prælarè perfuncti erant, imagines ſtatuas-ve in familijs ſtudioſè conſeruabant, vt poſteri in eas intuentes, exiſtimarent, ſe ab illis, qui repreſentabantur, non aliter, quàm ſi adhuc in viuis eſſent, ad virtutum amorem & officia admoneri. Et primùm quidem non ſolùm honeſtum, ſed etiam pium eſt, defunctorum, qui fide & pietate ad Deum, et virtutum beneficiorumq;

Tt 5 *meritis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

meritis, ac laude, apud homines excelluerunt, memoriam cum obſeruantia & reuerentia conſeruare. Cùm enim Regius Propheta Dauid dicat: Sanctorum mortem in conſpectu Dei precioſam eſſe, debet certè etiam eorum, non ſepultura tantum, ſed perpetua quoq; memoria apud homines eſſe precioſa. Quia itaq; hoc officium nunc ſuſtineo, vt in hoc publico luctu Illuſtriſſimorum ac Clementiſſimorum Principum, ac Dominorum noſtrorum, ob amiſſam dilectiſſimam & pientiſſimam matrem, & totius magnificæ nobilitatis, omniũq; ordinum, ob amiſſam Reginam & Dominam, quæ propter multas Regias & Chriſtianas virtutes, multaq; præclara beneficia erga ſubditos, verè ac dignè illam auguſtam appellationem merita est, vt Mater patriæ nuncupetur, Orationem funebrem habeam, principiò commemorabo hiſtoriam antiquæ familiæ & generis, nec non vitæ, ac virtutum huius Sereniſſimæ ac ſanctæ Dominæ Reginæ, cuius funus in hoc præſenti luctu, vultibus triſtibus, & cum lachrymis omnes conſpicimus, & ad eam commemorationem, de reliquis partibus pauca quædam addam, & humiliter peto, vt, licet ego non poſſim dicendo aſſequi excellentiam virtutum, qua Regia eius Maieſtas prædita, & diuinitus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uinitus ornata fuit, tamen clementer & benignè audiar.

Eximia laus eſt, vt inquit Poëta Græcus, à bonis & præſtantibus originem ducere, & cum bonis & excellentibus connubia iungere. Vtraq; felicitas Sereniſſimæ Dominæ Reginæ contigit, Nam patrem habuit Bugislaum X. Illuſtriſſimum & laudatiſſimum Pomeraniæ Ducem, cuius memoria ob præclaras virtutes debet nobis eſſe grata. Cùm pater ipſius è vita decederet, & Bugislaus puer eſſet, Marchio adminiſtrationē Pomeraniæ petebat, quòd puer ad tantam Prouinciæ gubernationem non eſſet idoneus, Subditi verò petitione Marchionis non admiſſa, Bugislao puero iuramentum fidei & obedientiæ præſtiterunt. Quæ res argumento eſt, conſpectam fuiſſe in ipſius puerili ætate, indolem egregiam, & illarum virtutum ſemina, quæ in bono Principe requiruntur. Neq; feſellit ſubditos ea ſpes de Principe puero concepta. Nam multæ eius virtutes eximiæ prædicantur, ſapientia, iuſticia, clementia, ſtudium pacis, amor ſubditorum, & ſingularis magnanimitas, quam Deus etiam inſigni robore & fortitudine corporis ornauit, vt in Heroico corpore Heroicus animus, tanquam in ſpeculo, eluceret. Gubernatio eius, Deo dante, fuit

felix,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

felix, & longa, nam ſeptuageſimum annum ætatis attigerat, quando placida ac pia morte ex vita hac ad cœleſtem beatitudinem commigrauit, anno à reparatione ſalutis 1523. Quamuis autem maxima pars ætatis ipſius incidit in Papiſticas tenebras, niſi quòd in vltima ſenecta vidit ſancti Lutheri ſcripta, tamen non dubium eſt, eum fuiſſe inter veræ Eccleſiæ reliquias, retinentes inter ſtipulas humanarum doctrinarum & opinionum, verum & ſolidum fundamentū fidei, & agnitionis vnigeniti Filij Dei, Domini noſtri Ieſu Chriſti, vnici Mediatoris & Redemptoris, pro nobis crucifixi & reſuſcitati. Nam quòd nequitiam Papiſticorum, etiam diu, antequam ſanctus Dei Propheta Lutherus eam ſuis ſcriptis planè detexit, aliquo modo intellexerit, & zelo ac amore pietatis improbauerit, id ex vno facto, quod laude & recordatione dignum eſt, haud obſcurè poteſt colligi. Ferre enim non voluit, vt Romanus Papa, Pomeranis, quos vellet, Epiſcopos obtruderet, quorum mores ipſis ignoti, & religioni ac pietati non eſſent conformes. Sed omni ſtudio contendit, vt Epiſcoporum Pomeraniæ electio penes Principes ipſos, ac Proceres, Ordinesq́; eſſet, vt noti & idonei Eccleſijs poſſent præfici. Quod etiam nouo & laudabili exemplo, ſua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

conſtantia tandem apud Alexandrum Papam obtinuit. Id exemplum ſi plures & Principes fuiſſent imitati, melius multis in locis, & Eccleſijs, & Rebuſpublicis fuiſſet conſultum, Sed eò eſt hæc virtus Ducis Bugislai magis conſpicua & admirabilis, quôd iſto tempore rarum, imò rariſsimum exemplum fuit pietatis, & conſtantis zeli, contra Antichriſti Romani tyrannidem.

Mater ſereniſsimæ & ſanctæ Dominæ Reginæ, Anna, vxor ſecunda Bugislai, quam duxit mortua Margareta Marchica, fuit filia Caſimiri Poloniæ Regis, qui patrem habuit Iagellonem, Lituaniæ Ducem Magnum, quem Hedwigis Ludouici Regis filia, regni Polonici hæres, ea conditione ad connubium & regnum acciuit, vt cum ſubditis Chriſtianam religionem amplecteretur, & Lituaniam Maſſouiamq́; regno Poloniæ adiungeret. Quas conditiones cùm ipſe accepiſſet, baptizatus eſt ante nuptias, & coronationem Cracouiæ, cum tribus fratribus, multis nobilibus, & toto comitatu, anno 1387. & in Baptiſmo nomen Vladislai accepit. Moxq́; cum Regina vxore Lituaniam ingreſsus adductis ſecum pijs ſacerdotibus, idola Ethnica deſtruxit, religionem Chriſtianam, auxiliante Deo, plantauit, & non prius in Poloniam reuerſus eſt,

niſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

niſi omnes eius ſubditi baptizati, & Eccleſiæ in Lituania conſtitutæ eſſent. Ea Domina Anna, mater Sereniſsimæ & ſanctæ Dominæ Reginæ noſtræ, in Chriſto Ieſu nunc defunctæ, ex ſplendidiſsima familia duodecim Imperatorum Romanorum, ac multorum Regum & Principum fuit oriunda, cuius ſplendidiſsimæ auguſtiſsimæq; familiæ cognationem, ipſa filiæ, eaq; viciſsim hæredibus ſuis Illuſtriſsimis, & Clementiſsimis Principibꝰ et Dominis noſtris reliquit. Fuit enim neptis Imperatoris Romani Alberti II. ex filia Elizabetha, quæ poſt mortem patris Caſimiro Polono nupſit. Is Albertus proauus noſtræ Dominæ Reginæ, Imperator Romanus, fuit Archidux Auſtriæ, & habuit abauum paternum, Rudolphum Habsburgenſem Romanorum Imperatorem, proauum Albertum I. qui ducta vxore filia Comitis Tyrolenſis, & Carinthiæ, in Comitijs Auguſtanis à patre factus eſt Archidux Auſtriæ, & poſt mortem patris in Romanum Imperatorem eſt electus, Anno 1298. Auum verò habuit Albertum Archiducem Auſtriæ, à quo originem ducunt Fridericus III. Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I. & Maximilianus II. Imperatores Romani.

Collocauit autem Alberto II. Imperator Sigiſmundus, filius Caroli IIII. ex vxore

vltima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vltima Bugiſlai Pomeraniæ Ducis filia, Rex Vngariæ & Bohemiæ, filiam ſuam Elizabetham in vxorem, atq; dotis nomine Morauiam tradidit. Cùm verò moreretur Sigiſmundus ſocer, ſine maſcula prole, inſtituit generum Albertum hæredem duorum ampliſſimorum regnorum Vngariæ ac Bohemiæ, tribuens ei cum regnis hoc illuſtre & ſplendidum teſtimonium, vt diceret: Beatum fore illud regnum, cui Albertus eſſet imperaturus. Quod teſtimonium ſapientiſſimi ſoceri, tantam habuit etiam apud Electores Imperij Romani autoritatem, vt vnanimi conſenſu mox à morte ſoceri, Albertus in Cæſarem eligeretur. Sed non fuit mundus dignus tam excellenti felicitate, ideo Deus eum ſtatim altero anno è vita mortali euocauit. Electus enim eſt anno 1428. die Martis poſt Dominicam Reminiſcere: cùm Electores ipſi Dominica die primùm eſſent congreſſi, adeò vnanimis fuit omnium Electorum ad eam electionem inclinatio, quæ magnam admirationem virtutum, quæ in ipſo conſpectæ fuerunt, non obſcurè ſignificat: deceſſit autem è vita anno ſequenti, ſexto Calend. Nouembris.

Ex hac narratione conſtat, Sigiſmundum Imperatorem, ſocerum Alberti II. fuiſſe noſtræ Dominæ Reginæ, & agnatum à patre, & mater-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& maternum abauum. Is verò & fratrem habuit Venceslaum Imperatorem, & patrem Carolum IIII. qui Dominæ Reginæ atauus, & eius pater Iohannes Lucelburgenſis, qui cum nuptijs Elizabethæ Bohemiæ hæredis, regnum illud conſequutus eſt. tritauus Reginæ fuit, pater verò regis Iohannis Henrcus VII. Imperator fuit Dominæ Reginæ Tritauus magnus. Redeo ad Dominam Annam, Caſimiri regis filiam, huius Dominæ Reginæ noſtræ matrem. Ea fratres habuit ſex, & ſorores totidem, maximus natu Ladislaus, viuente adhuc patre, ab Vngaris & Bohemis in Regem eſt electus. Is reliquit filium Ludouicum Vngariæ Regem, maritum Mariæ reginæ, ſororis Caroli V. & Ferdinandi Imperatorum, & Annam Ferdinandi vxorem matrem Maximiliani II. qui nunc Imperium Romanum feliciter gubernat. Ex fratribus tres ſucceſsiuè præfuerunt regno Polonico, Iohannes Albertus, Alexander, & Sigiſmundus Magnus, pater Sigiſmundi Auguſti regis, qui adhuc eſt ſuperſtes. Ex ſororibus natu maxima Heduigis, Georgio Bauariæ Duci, Sophia Marchioni Brandenburgenſi, Elizabetha Lignicēſi Duci, Barbara Georgio Duci Saxoniæ nupſit, auo materno Illuſtriſsimæ ac Clementiſsimæ Principis ac Dominæ noſtræ, Dominæ

Chriſtinæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Chriſtinæ Illuſtriſsimi ac clementiſsimi Principis, ac Domini noſtri, Domini Adolphi, dilectiſsimæ cõiugis. Atq; de parentibus, maioribuſq; & auita familia Dominæ Reginæ hactenus. Quæ breuis commemoratio oſtendit, quàm ſplendidam, amplam, & auguſtam affinitatem ipſius Regia maieſtas ad Maritum, ſereniſsimum & potentiſsimum Principem, ac dominum, dominum Fridericum primum, Daniæ & Noruegiæ Regem, &c. cognationem verò ad hæredes illuſtriſsimos Principes & Dominos, Dominum Iohannem, & Dominũ Adolphum, eorumq; Celſitudinum illuſtriſsimas ſorores, clementiſsimos noſtros Dominos & Dominas attulerit, præter inclytam familiam Ducum Pomeraniæ, in qua nunc Dei beneficio viuunt, & feliciter regunt, Illuſtriſsimi Principes, & duces, pietatis, religionis, pacis, iuſticiæ, omniumq; virtutum amore clari, Dominus Barnimus ſenex, Reginæ frater, & Filij Ducis Philippi, Reginæ ex fratre Georgio nepotes.

Tantum verò familiæ, generis & cognationis ſplendorem plurimum auxit illuſtriſsimum, & auguſtum coniugium, ſicut in ſententia Græca dicitur. Eam quoq; eximiam laudem eſſe, cum bonis & excellentibus connubia iungere. Cum enim ſereniſsimus &

potentiſſimus Rex Fridericus primus, Sanctæ memoriæ, quando adhuc ſine regio titulo erat, Hæres Noruegiæ, Dux Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ atq; Ditmarſiæ, Comes Aldenburgenſis & Delmenhorſtenſis, per mortem amiſiſſet priorem coniugem, Marchionis Brandenburgenſis Filiam, matrem ſereniſſimi & potentiſſimi, ſanctiq; Regis Chriſtiani tertij, ac Illuſtriſſimæ Principis ac Dominæ Duciſſæ Boruſſiæ, cuius vtriuſq; pietas eximia, & virtutes præclariſſimæ fuerunt, & æternam laudis memoriam merentur, ſapientiſſimo conſilio ſibi hanc Dominam Reginam ad ſecundum matrimonium delegit. Fuit id matrimonium, Deo dante, vtriq; iucundum ac dulce, propter ardentem amorem mutuum, & vnanimem concordiam, quæ tam firma fuit, vt exemplis præclariſſimis eorum coniugum, qui ſe ſingulari dilectione ad admirationem vſq; cõplexi ſunt, adnumerari debeat. Ideoq; Deus author, & amator ſinceræ & piæ dilectionis, & concordiæ coniugij non ſolum fœcunditatis benedictione hoc coniugium ornauit: nam nati ſunt ex eo, illuſtriſſimi & laudatiſſimi Principes, ac Domini, Dominus Iohannes, & Dominus Adolphus, Domina Elizabetha, nupta illuſtriſſimo Duci Megapolenſi, Vlrico, Domina Dorothea, hæredes Noruegiæ, Duces ac

Duciſſæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Duciſſæ Sleſeuici, Holſatiæ, Stormariæ ac Ditmarſiæ, Comites et Comitiſſæ Aldenburgenſes, Delmenhorſtenſes, Clementiſſimi Domini ac Dominæ noſtræ, quod illuſtriſſimas Celſitudines, vt omnipotens Deus, ſuo ſancto Spiritu clementer gubernet, ac benignè defendat, diuq; ſuperſtites conſeruet, omnes vnanimiter totis pectoribus oramus, nec non piè in Chriſto defunctos, & requieſcentes dominam Annam, & dominum Fridericum Epiſcopum Hildesbemenſem, & Sleſeuicenſem, laudatiſſimæ & piæ memoriæ, cui ſi Deus longiorem vitam conceſſiſſet, ad ſummos dignitatis gradus inter Principes Germaniæ proculdubio celſitudo ſua fuiſſet euecta: non ſolum, inquam, tam eximia fœcunditate ornauit Deus, hoc ſanctum & concors coniugium, ſed etiam maxima felicitate, & ſplendore auxit. Cum enim Chriſtianus II. Rex Daniæ, Sueciæ et Noruegiæ, nepos Friderici ex fratre Iohanne Rege, propter internā diſcordiam, ſuo quodam conſilio regnis cederet, & propterea illis maximū periculum ab internis diſſenſionibus, et externis hoſtibus immineret, ita vt nulla humana ſapientia proſpicere poſſet, quomodo regnis conſuli rectè poſſet, vt & interna diſſidia componerentur, & externa vis propelleretur, tunc Deus Opt. Max. qui ſolus iuxta ſuam voluntatem &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

conſilium, regna ordinat, transfert & conſeruat, & quod ſapiens Poeta Pindarus dicit, ſolus motas, ac conturbatas reſpub. & imperia ad tranquillitatem adducit, ſedans ac compeſcens bella, tumultus & ſeditiões, tanquã ventorum tempeſtates, & maris procellas: Is, inquam, clemens & miſericors Deus, in tantis diſſidijs internis, & periculis vndiq; circumſtantibus, conſilia procerum gubernauit, & rexit, vt in tam turbulentiſſimo & periculoſiſſimo regnorum ſtatu, per ipſius inuocationem, vnanimi conſenſu, & electione, gubernationẽ duorum regnorum, Daniæ & Noruegiæ ad Fridericum I. deferrent, ſenectuti quidẽ propinquum, ſed non ſolum ſenili ſapientia, longa experientia, & rerum vſu confirmata, verum etiam alijs præclaris virtutibus regijs præditum, atq; diuinitus ornatum, ſingulari animi moderatiõe, pacis, iuſticiæq; ſtudio, nec non ſimul cum viribus corporis, etiam magno, forti, & inuicto animo, ſicut etiam ante de ſocero eius Bugislao Duce diximus, fuiſſe enim inter eos magnam, & heroicorum corporum, et animorum heroicornm ſimilitudinem conſtat.

Etſi autem ægrè potuit perſuaderi Fridericus, vt regnorũ gubernationem acciperet, propterea quod ſuis Ducatibus & prouincijs contentus eſſet, & tranquillitatem amaret: tamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

men perſuaſus precibus, & ſupplicationibus Legatorum, qui è regnis miſsi erant, & cogitatione miſeriarum, ac calamitatum imminentium, niſi per auxilium Dei ocyus rectè conſuleretur, atq; ſine omni dubio, à Deo motus, quem in hac graui deliberatione, vna cum dilectiſsima coniuge ſocia deliberationum omnium ardentiſsimè inuocauit, adminiſtrationē duorum regnorum, Daniæ & Noruegiæ, Deo ita volente, per legitimam electionem, & ordinariam coronationē cum hac regia coniuge ſua, commendari ſibi paſſus eſt. Fuiſſe eam electionem regis Friderici diuinitus gubernatā & appropatam, id multa admiranda teſtimonia diuinæ præſentiæ defenſionis, gubernationis & auxilij per totum curſum regiminis declarauerunt. Quantoperè autem Regiæ Maieſtatis ipſius ſapientiſsima, & omniū virtutū regiarum laude abundans gubernatio, cuius laudis ſocietas etiam ad hanc Dominam Reginam Conſiliorum ſociam pertinet, vtilis & ſalutaris fuerit regnis, id vna hora non poteſt pro dignitate dici. Nam regiam ipſius maieſtatem ampliſsimas res, tum pacis tempore in gubernatione, tum belli tempore in neceſſaria defenſione, cum ſumma ſapientia & magnanimitate geſſiſſe, & effeciſſe, hiſtoria eorum temporū luculenter teſtatur. Et adſunt in hoc auguſto cœtu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nobiles & præſtantes viri, qui res geſtas ipſius Regiæ maieſtatis, quarum vel ipſi, vel nobiles eorum patres pars magna fuere, adhuc recordantur, qui me in hac prædicatione virtutum Regiæ maieſtatis ipſius, non adulari, ſed verum dicere, imò ne quidem ipſam excellentiam virtutum non togatarum, quam bellicarum atq; regiorum benefactorum ac meritorum, hac mea tenui, & ieiuna oratione aſſequi norunt. Vt enim alia omnia nunc breuitatis gratia præteream, quis quæſo duas has virtutes & merita, quæ ex illis conſequuta ſunt, ſatis prædicare poteſt? Amorem pietatis, & veræ doctrinæ Euangelij, vereq; Chriſtianam reformationem Eccleſiarum, vtriuſq; Regni, Ducatus & Prouinciarũ, ipſius regiæ maieſtatis ſubiectarum, atq; ſtudium aureæ pacis, eiuſq; poſt longos & periculoſos tumultus, in regnis reſtitutionem & conſeruationem. De qua verè quidem poſt pietatis & verbi Dei donum dixit Poeta Italicus.

Pax optima rerum
Quas homini nouiſſe datũ eſt, pax vna triumphis
Innumeris potior:

Quis, inquam, de his virtutibus, & meritis regiæ Maieſtatis ipſius dignè ſatis dicere poteſt? Sed quia breuitati inſeruiendũ nunc eſt, ideò ad inſtitutũ præſentis orationis reuertor, ſicut Domina Regina auguſtiſsimæ atq; ampliſsimæ

ami-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

familiæ,& cognationis ſplendorē atq; decus ad
maritū attulit,ita ipſa viciſſim ab illius Regia
maieſtate, non tantum ſocietate regiæ Coronæ,
& dignitatis,quæ inter mundanos & honores
tantum vnico gradu dignitatis Imperatoriæ
vincitur,ſed etiā per ipſam cōiugij coniuncti-
onem ſummo familiæ ſplendore,eſt condecora-
ta. Fuit enim rex Fridericus natus patre Chri-
ſtiano I. rege,paterna origine ex antiquiſſima
familia Comitū Aldenburgenſiū oriundo, Ma-
terna vero ſtirpe ex illuſtriſſima Ducū Sleſui-
cenſiū domo, Habuit enim auunculū Dominū
Adolphum Sleſuici & Holſaciæ Ducem Ger-
hardi Filium, Principem optimū & præſtan-
tiſſimum, cui propter virtutū præſtantiā poſt
mortē regis Chriſtophori Bauari,à Proceribus
regnorum Daniæ & Noruegiæ adminiſtratio
Regia,per legitimā electionem eſt oblata, quā
ille excuſans ſenectutem ſuam,modeſtè recuſa-
uit,et de eligēdo nepote ex ſorore Chriſtiano I.
quem illi in aula ſua,à puero educauerat,con-
ſiliū dedit. Is itaq; ſuaſu Auunculi, à Proceri-
bus electus, ducta vidua Regina à Rege Chri-
ſtophoro relicta, filiæ Marchionis Brandēbur-
gēſis,genuit ex ea Olaum, qui in pueritia mor-
tuus eſt,Iohannē Regē,patrem Chriſtiani II.
& Fridericum I. patrem,de cuius regia maie-
ſtate in præſentiarū dico, Atq; filiam Margare-

 tam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tom, quæ in matrimoniũ data eſt Iacobo III. Scotiæ regi, & mater fuit Iacobi IIII. auia Iacobi V. proauia vero Reginæ, quæ Galliæ Regi Franciſco ante annos non multos copulata fuit, ſed eo mortuo in Scotiam redijt. Tempus me admonet, vt omiſſa longiore recitatiõe Regiarũ familiarũ, ad commemorationem virtutum ſereniſſimæ & ſanctæ dominæ Reginæ accedam. Nam rectè à Salomone dictum eſt, Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier autem timens Deũ ipſa laudabitur. Prima & præcipua virtus Chriſtianorum eſt, pietas ad Deum, quæ cõplectitur agnitionem Dei & Filij eius Ieſu Chriſti, mediatoris Dei & hominum, vnici redẽptoris ac ſaluatoris noſtri, cum vera fide, nitente promiſſione gratiæ, & remiſſionis peccatorũ, per & propter Chriſtum, et in hac fiducia Deum indeſinenter inuocante, & cum ardente dilectione Dei, qua præſtatur ei obedientia actionũ, & patientia in paſſionibus crucis, & cum vero timore Dei, quo vitatur ipſius offenſio, & lapſus contumaces, qui vocãtur peccata contra conſcientiã. Hæc eſt pietas, quam Apoſtolus cõmendat Chriſtianis, vt eam ſectentur, quia eſt vtilis ad omnia habens promiſſionẽ huius, & futuræ vitæ: Aſſiduè eã ſectata eſt ſereniſſima & ſancta Domina Regina. Cum .n. per ſingularẽ gratiam Dei, & illuminationẽ ſancti Spiritus, vna cum ſereniſ-

ſimo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſimo, et ſancto Rege, dilectiſſimo marito, ex tenebris Papiſticis, ad agnitionē Euangelij Ieſu Chriſti eſſet adducta cum tanto amore, gaudio & zelo, diuinā illā lucem veræ & ſalutiferæ doctrinæ eſt amplexa, vt tota mente, corde, auribus et oculis, mox à Papiſticis idolomanijs, ſuperſtitionibus, erroribus, fabulis, abhorruerit, & ſancto Regi ac marito, per eiuſdē ſancti Spiritus gratiā ſponte meditanti extirpationē earum, quas dixi, Papiſticarum idolomaniarū, & Eccleſiarū in regnis & ducatibus piā reformationem, per plantationem veræ & incorruptæ doctrinæ Euangelij, ſuis indefeſſis admonitionibus, die nocteq; fuerit cohortatrix et inſtigatrix. Habēt, n. in concordi coniugio, mutua piorum coniugum colloquia, & admonitiones, virtutem quandā ſingularē ad pietatis amorē accendendum, incitandum et confirmandum, propterea quòd Filius Dei talibus colloquijs, & mutuis admonitionibus pijs delectatur, et in ipſis cum Patre & Spiritu ſancto eſt præſens.

Eliſabetha, Vngariæ Regis filia, quæ propter eximium ſanctitatis ſtudium in hiſtorijs ſancta appellatur, vxor Ludouici Landgrauij, ſua pietate maritum etiam ad pietatis amorem adduxit, non aliter quàm de Monica Auguſtini matre ſcribitur, ſic noſtra Domina Regina, Regem maritum, per Dei gratiam, amantem pietatis, ſuis cohortationibus indeſinentibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in ea confirmauit. Et quantum ad eam confirmationem momentum adferat coniunctio precum & inuocationis in coniugio vnanimi, id inſigne & dulce dictum Filij Dei luculenter docet: Si duo conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis eſt. Vbicunq; enim duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Hæc itaq; coniuncta pietas, & vnanimis ac coniuncta inuocatio ad Deum mariti Regis & Reginæ vxoris, quantos fructus & vtilitates, ad plantationem Euangelij, & Eccleſiarum rectam reformationem regnis & ducatibus attulerit, res ipſa, nimirum præſens Paradiſus Eccleſiæ Dei, ab ipſorum Regijs Maieſtatibus, per Dei gratiam & auxilium plantatus, & per ſucceſſores ac hæredes, ſereniſsimos, potentiſsimos, illuſtriſsimos, pientiſsimosq; Reges & Duces, Dominos noſtros Clementiſsimos, vſq; ad hunc diem excultus, luce meridiana clarius oſtendit, vt hoc præclarum exemplum perſpicuè monſtret, verè ad ipſorum Regias Maieſtates pertinere dictum Eſaiæ: Reges erunt nutritores Eccleſiæ, & Reginæ nutrices.

Quod dictum cùm ſapientiſsimus Dux Elector Fridericus primùm vel legiſſet, vel audiuiſſet, tãto amore Eccleſiæ à Deo inflammatus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

matus eſſe dicitur, vt diuinitus excitatum reformatorem ſanctum Prophetam Lutherum, cum ſummo periculo vſq; ad vitæ exitum. contra totum Imperium, & omnem vim atq; inſidias & minas Romani Antichriſti conſtanter, & magno animo defenderit. Et quidem veriſſimum eſt, nullam poſſe maiorem laudem de Regibus & Principibus prædicari, quàm hæc eſt, quòd Eccleſiam nutriant, tanquam nutrix infantem nutrit.

Ad hanc itaq; laudem aſpirare & eniti omnes Reges et Principes debent, hæc æquantur ſanctiſſimis illis regibus, Dauidi, Eſechiæ, Aſſæ, item Conſtantino, Theodoſio, Carolo Magno, Ludouico Pio, quibus meritò adnumero ſanctos Reges & Principes, Fridericum I. Chriſtianum III. Daniæ & Noruegiæ Reges, Electores, Fridericum, eius fratrem Iohannem, & huius filium, Iohannem, Fridericum ſeniorem, Philippum Landgrauium Heſſiæ, Erneſtum Luneburgenſem, & ſimiles. Hæc laus non aboletur vlla obliuione, aut morte, ſed erit glorioſa, fulgens ac ſplendens corona in omnem æternitatem.

Prædicant omnes, qui Sereniſſimæ ſanctæ Reginæ ſeruierunt, quàm aſſiduè indeſinenter, & ardenter Deum inuocare ſolita ſit, quàm auidè, quantaq; cum attentione & ſpi-

rituali

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rituali voluptate verbum Dei et legerit ipſa, & in ſacris concionibus audierit, quàm libenter de verbo Dei fuerit loquuta. Hæc ſunt firmiſsima teſtimonia veræ fidei, per quam fuit et manet in omnem æternitatem filia electa Dei, & templum Spiritus ſancti, ouis dilecta Domini noſtri Ieſu Chriſti Filij Dei, imò habitatio totius indiuiduæ Trinitatis, quemadmodum Filius Dei dicit: Qui ex Deo eſt, verbum Dei audit, Oues meæ audiunt vocem meam, & ego vitam æternam do eis, & nemo rapiet eas ex manibus meis. Qui diligit me, ſermonem meum ſeruat, et Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

Et quanquam multi exiſtimant, has pietatis virtutes priuata bona eſſe: tamen nos ex verbo Dei ſcimus, eas nontantùm priuata, ſed etiam publica bona eſſe. Dixerunt ſapientes Philoſophi: Bonum virum publicum bonum eſſe, propterea quòd bonitas eſt communicabilis. At multo verius nos Chriſtiani ſic exiſtimare debemus, hanc ſanctam Dominam Reginam, verè fuiſſe bonum publicum, non ſolùm propter communicationem beneficiorum ad ſubditos, ſed in primis propter ipſius Regiæ Maieſtatis indefeſſam inuocationem, & deprecationem, pro tota ſocietate regentium

regentium & ſubditorum in regnis & ducatibus. Multum enim valet deprecatio iuſti ad Deum, quemadmodum Iacobus inquit: Helias homo erat, ſimiliter obnoxius afflictionibus, vt nos, & oratione precatus eſt, ne plueret, & non pluit ſuper terram annis tribus, & ſex menſibus: rurſum autem inuocauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra produxit fructus ſuos. Ita non dubitemus precationes ſanctæ Dominæ Reginæ multa bona à Deo impetraſſe regnis & ducatibus, & multa imminentia mala auertiſſe, multasq́; pœnas mitigaſſe. Et quid aliud dicere poſſumus? Sæpe maxima & præſentiſſima pericula ante oculos conſpeximus, quæ admirando & miraculoſo beneficio Dei, tanquam nubeculæ, euanuerunt. Hæc miracula impetrauit ſanctorum inuocatio.

Pugnante Ioſua in deſerto contra Amalechitas, manifeſto ſigno oſtenſum eſt à Deo, maiorem virtutem profligandi hoſtes eſſe in oratione Moſis, quàm in robore exercitus. Nam extendente Moſe manus ſuas, ſuperiores erant Iſraelitæ, at illo remittente manus, etiam robur illorum remittebatur, & ad hoſtes inclinabat victoria. Itaq; Aaron & Hor brachia eius vſq; ad ſolis occaſum ſuſtentabant, & oratione ipſius victoria obtenta eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſt. Sic in conſideratione illorum inſignium miraculorum, quibus aliquoties præſentia mala diuinitus ab his terris, imò à ceruicibus noſtris depulſa ſunt, de inuocatione huius ſanctæ Dominæ Reginæ cogitare nos conuenit.

Interpoſuit ſe Moſes inter Deum & Iſraëlitas oratione ſua, quando ipſi Deum peccatis ſuis ad iuſtam iram concitauerant, vt de perditione ipſorum cogitaret: ſic procul dubio hæc ſancta Domina Regina, ſuas preces fiducia Filij Dei, ſæpe inter Deum & has terras, tanquã murũ, interpoſuit, vt pœnæ meritæ aut condonarentur, aut mitigarentur.

Quàm inſignis & præclara fuerit Sereniſſimæ Dominæ Reginæ patientia, quæ crucem paterna voluntate Dei, ſecundum Angeli dictum ad Thobiam: Quia acceptus eras Deo, ideo neceſſe fuit, vt tentatio tribulationis probaret te, Item iuxta illud: Quos Deus diligit, caſtigat, impoſitam portauit, tuleritq́; id prædicari ſatis non poteſt.

Cùm obdormiret in fide Ieſu Chriſti Saluatoris, dilectiſſimus Rex Fridericus, ſanctæ & laudatæ memoriæ, eamq́; cum Illuſtriſſimis Principibus, filijs & filiabus, ætatis adhuc teneræ & infantilis, viduam ac orphanam relinqueret, nullum in ea vel viſum vel auditum fuit impatientiæ ſignum, ſed humiliata ſub

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſub potenti manu Domini, & ſe & teneros Dominos ac Dominas commendauit curæ & defenſioni benigni & omnipotentis Dei, qui eſt viduarum maritus, & orphanorum pater aßiduis gemitibus, & voce repetens Iobis dictum: Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum, & ſe fide ac cogitatione conſolationum, quæ in verbo Dei abundè propoſitæ ſunt, ſuſtentãs. Atq́, quod eſt officij materni, Illuſtrißimos et carißimos liberos ab ineunte ætate ad Dei agnitionem & inuocationem, pietatisq́ amorem ſanctißimè & educauit ipſa, & educari ac inſtitui ſolicitè curauit, pro quo beneficio & Deo gratias agere, et gratam ſanctæ Dominæ Reginæ memoriam conſeruare debemus, quoties Illuſtrißimos Principes, Clementißimos Dominos noſtros, tam ſanctè ad verum cultum, & inuocationem Dei, dilectionem verbi diuini, ſtudium pietatis, Eccleſiarum curam, pacis iuſtitiæq́ amorem, enutritos, educatos & inſtitutos intuemur, ac orare, vt Deus ea præclara & diuina dona, in ipſorum Celſitudinibus, per ſanctum Spiritum ſuum confirmet, augeat & conſeruet.

De clementia Regiæ Maieſtatis ipſius erga ſubditos, & eximia beneficentia & liberali-

tate

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tate in pauperes, egenos, ægrotos, & miſeros, ſi pro dignitate dicere aut vellem aut poſſem, dies me deficeret. Eam laudem prædicant, & prædicabunt ad poſteros omnes regnorum & ducatuum incolæ. Nec dubium eſt, quin egenorum & miſerorum hominum, quibus non pro Regina, ſed pro matre eſſe ſolebat, ad Deum precationes & gemitus tam longam vitam Regiæ Maieſt. ipſius, in corpore adeò tenero & imbecilli, inq; multis curis & ægritudinibus impetrauerint. Atq; in Reſurrectione mortuorum ipſe Filius Dei erit huius laudis præco & teſtis, coram Patre ſuo cœleſti, et cœtu ſanctorum Angelorum, ac omnium beatorum, quando dicet: Venite benedicti Patris mei, poßidete regnum paratum vobis ab exordio mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi cibum, Sitiui, & dediſtis mihi potum, Hoſpes eram, & collegiſtis me, Nudus eram, & veſtiuiſtis me, Infirmus eram, & viſitaſtis me, In carcere eram, & veniſtis ad me, Amen dico vobis, quæ feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tam piam & ſanctam vitam, etiam pia & ſancta mors, ſeu potius obdormitio in Chriſto Ieſu eſt ſequuta. Eſt enim omnibus hominibus conſtitutum, vt ſemel moriantur, & beati ſunt illi, qui in Domino moriuntur.

Lon-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Longiſſimam vitam vixerunt Adam, Seth, Mathuſalem, ſed quid dicit ſcriptura? Et mortui ſunt, dicit. Hæc enim eſt via omnis carnis, quam viam vnigenitus Filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſua morte & reſurrectione credentibus ſanctificauit, vt via ſit non ad perditionem & interitum, ſed ad æternam vitam in cœleſti patria, & cœleſtibus manſionibus, quas ipſa in hac via nos præcedens nobis parauit, vt ſequentes eum paratum locum inueniamus.

Fuit sereniſſima & ſancta Domina Regina imbecilli corpore & afflicta valetudine multis annis prædita, in qua cruce, vt in alijs omnibus, admodum fuit patiens, ſæpè Pauli vocem cum gemitibus fidei repetens, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sciebat enim non habere nos hic manentem ciuitatem, ſed veram patriam noſtram in cœlis eſſe. Cum itaque hoc poſtremo ſemeſtri infirmitas ingraueſceret, ita vt quaſi tabe cõſumeretur, etſi medicinæ donũ non eſt aſpernata ipſius regia Maieſtas, propterea quod nouit Syracidæ dictum, Medicinam à Deo creatam eſſe, & ſapientem eam non contemnere, tamen omni ſolicitudine quæſiuit vnicum & verum medicum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & fide ſumpſit, ſibi applicauit ipſius veram & vi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uificam medicinam, conſolationem promiſſionum atq; abſolutionis Euangelicæ, & viaticum Sacramenti corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti. Hac medicina ſalutari, & hoc viuifico cibo ac potu ſe refocillauit & ſuſtentauit, per gratiā ſancti Spiritus, in qua medicina, cibo & potu, eſt æternæ vitæ virtus, & participatio, ſicut Chriſtus dicit, Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, ſi quis ederit de hoc pane, viuet in æternū. Et panis quem ego dabo, Caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo, & habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum, in nouiſſimo die. Cum itaq; accederet hora, quam miſericors, Deus & Pater, eius Regiæ maieſtati præfiniuerat, vt ex hac miſeriarum valle, ad cœleſtia gaudia emigraret, commendauit ſe voce & gemitibus æterno Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum fiducia eam precationem repetens, quam ipſe Filius Dei pro nobis in cruce moriens, dixit: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Et cum amplius præ imbecillitate loqui non poſſet, tamen complicatis manibus, gemitibus, nec non oculorum in cœlum ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, redemptorem & mediatorem, ſubleuatione, fiduciam & conſolatio-

latio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lationem cordis teſtificata eſt. In qua fiducia, placidiſsima morte, qualem omnes nobis à Deo petimus expirans, obdormiuit in Chriſto Ieſu, in ſenectute bona, reſurrectura in nouiſsimo die, cum omnibus ſanctis ad æternam gloriam, atq; dilectiſsimis hæredibus, & liberis illuſtriſsimis Principibus, Dominis ac Dominabus noſtris reliquit ſanctam hæreditatem, pientiſsimæ, laudatiſsimæq; memoriæ, vna cum hæreditate auguſtiſsimæ Familiæ & cognationis multorum laudatiſsimorum Cæſarum, Regum & Principum, Et cum præclaro exemplo omnium virtutum Chriſtianarum, præcipuè verò fidei & pietatis ad Deum, & amoris, clementiæ, ac benignitatis ad ſubditos. Cuius exempli imitatio, Celſitudinibus ipſorum erit apud Deum & homines glorioſa, tum in hac, tum in futura vita, Eam orationis partem, quæ ad conſolandum accommodari debebat, ideo omittò, quia volente Deo, in craſtina concione, conſolationes audituri ſumus. Vnanimi itaq; inuocatione orationem hanc concludamus.

Æterne, omnipotens & miſericors Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro

nobis crucifixi, & reſuſcitati, cum Filio, & Spiritu ſancto, vnice & vere Deus, tibi ex intimis cordibus gratias agimus, quod per verbum Euangelij, & ſacroſancta Sacramenta, plantas & colligis inter nos Eccleſiam ſanctam Catholicam, cui ſubinde ſingulari beneficentia donas pios Reges, Principes & Magiſtratus, nutriiores & nutrices. Tibi etiam gratias agimus, pro immenſis beneficijs tuis, quæ nobis per ſereniſſimum, potentiſſimum, & ſanctum Regem, Dominum Fridericum primum, Eiuſq́ ſereniſſimam, potentiſſimam, & ſanctam coniugem, Dominam Sophiam, Reginam ſanctæ & laudatæ recordationis, nec non per eorum regiæ Maieſtatis ſucceſſores & hæredes, ſereniſſimum, potentiſſimum, ſanctum Regem, Dominum Chriſtianum tertium, ſimilis recordationis, ac ſereniſſimum, potentiſsimum, illuſtriſſimos, pientiſsimosq́, Regem & Principes, Dominos noſtros clementiſsimos, hactenus clementer & benignè communicaſti, & quotidie communicas, in gubernatione & defenſione, Eccleſiarum & Rerumpublicarum & œconomiarum. Ac tibi noſtris precibus commendamus vitam & ſalutem clementiſsimorum noſtrorum Dominorum

norum & Dominarum, & nos omnes. Teq́ obnixè rogamus. vt ipſorum Regiam Maieſtatem, & illuſtriſsimas Celſitudines, longa & felici vita, bona valetudine, & proſpero, in omnibus rebus bonis & vtilibus, ſucceſſu dones, in tui agnitione, vera fide, & virtutibus pietatis confirmes, donaq́ tua in ipſorum Maieſtate, & celſitudinibus, ad propriam, atq́ ſubditorum vtilitatem augeas: Conſerues apud nos incorruptam doctrinam verbi tui, Sereniſsimo Regi victoriam, aut vtilem conciliationem largiaris: Concedas pacem & tranquillitatem Eccleſiæ tuæ, quæ in his terris colligitur, & regnis & Ducatibus: ſucceſſum quoq́ addas nouæ Scholæ noſtræ, tua prouidentia, ad vtilitatem Eccleſiarum, & totius patriæ, clementer & ſapienter conſtitutæ, & apertæ: Et quia omnes ad eandem metam, quam ſereniſsima, & ſancta Domina Regina Sophia, ſaluifica fide attigit, tendimus, vt nos quoq́ omnes ad extremum vſq́ vitæ halitum, ſimiliter per Sancti Spiritus gratiam, in vera fide, & agnitione tui, & Filij tui vnigeniti Ieſu Chriſti, Domini noſtri conſerues, ſimilemq́ obdormitionem, ad glorioſam & lætam reſurrectionem largiaris, per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtum, qui eſt noſtra ſalus, reſurrectio & vita, Amen.

DIXI.

CAPVT XXX.

DE MISERIIS VITÆ HVMANÆ ET patientia.

HOminis vita non ſolum breuis, ſed etiam multis eſt obnoxia calamitatibus, & miſerijs, quemadmodum Dauid dicit, Pſalm 91. Dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, aut ad ſummum octoginta, è quibus quod optimum eſt, moleſtia eſt & dolor. Et Iob cap. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs, qui quaſi flos egreditur & conuertitur, & fugit ſicut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Nec in hac doctrina de humanæ vitæ miſerijs demonſtratione vlla eſt opus, ſiquidem nemo eſt hominum tam felix, qui miſeriarum ſit expers, vt rectè à Sotrate dictum ſit, vnus dies ſi ſine moleſtia contingat, id magnum lucrum eſſe.

Cùm autem Philoſophi ſapientes, diligen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ligenter quæſiuerint cauſas, cur præſtantiſſimum animal, nimirum homo, ſit omnium animalium calamitoſiſsimum, nec tamen aliam cauſam inuenire potuerint, quàm eam de qua Apollo Delphicus Homero reſpondit. Felix atq; miſer te ſors ad vtrumq; parauit, Quamobrem ipſe poſtea in poemate finxit Iouem habere duo dolia, vnum bonorum, alterum malorum, ex quibus bona & mala hominibus diſtribuat. Idcirco operæ precium eſt, vt huic inquiſitioni ex fontibus ſacræ ſcripturæ operam demus.

Sciamus itaq; vniuerſalem cauſam calamitatum omnium in genere humano, eſſe lapſum primorum parentum, & peccatum hærens in natura. Niſi enim peccatores facti eſſent homines, in Paradiſo beatitudinis manſiſſent. Propter pecc tum autem ex Paradiſo excluſi, & in hanc vallem miſeriarum coniecti ſumus. Accedunt deinde in tali vitioſa natura aliæ cauſæ, multiplices errores, & in voluntatibus multa horrenda ſcelera, quæ attrahunt ſingulares pœnas, & Diabolus impellit homines odio Dei ad omnis generis flagitia, & auget calamitates varijs modis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæc vniuerſaliter de cauſis calamitatum, quibus genus humanum affligitur, ſciri ſatis eſt. Sed prolixius eſt dicendum de cauſis, cur Eccleſia durius prematur quàm reliqua pars humani generis, iuxta dictum: Iudicium à domo Dei incipit.

Sunt autem octo præcipuæ cauſæ.

Prima. Peccatum hærens in natura, quod cum contemnat mundus, Deus in Eccleſia vult conſpici iram ſuam aduerſus interiora & exteriora peccata, ideo vt eam agnoſcamus, & nos ſubijciamus iudicio ſuo, commonefacit nos varijs modis. Dicitur ergo Hieremi. 46. Noli timere ſerue meus Iacob, ait Dominus, quia tecum ſum ego, quia ego conſumam cunctas gentes ad quas eieci te, te verò non conſumam, ſed caſtigabo te in iudicio, nec quaſi innocenti parcam tibi.

Sic Iob afflictus fatetur ſe coram Deo iniuſtum eſſe, etiamſi afflictionum ſuarum non ſint cauſa actualia ſcelera, ſicut amici diſputant.

Secunda cauſa eſt, quia Diabolus magis odit Eccleſiam quàm alios.

Tertia, Vt in cruce exerceantur, & creſcant pœnitentia, fides, inuocatio & tota noui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nouitas, iuxta dictum: Bonum eſt mihi Domine, quòd humiliaſti me. Pſal. 119. Item: Vexatio dat intellectum, Eſa. 28. Item: In anguſtia quærune te Domine &c.

Quarta cauſa, Quia plurima ſunt in Eccleſia etiam actualia peccata, vt Dauidis adulterium & ſimilia, quæ punit Deus propter ſuam iuſtitiam, et propter exemplum, vt multos ad pœnitentiam reuocet. Propter hanc cauſam plurimæ calamitates vagantur per vniuerſam Eccleſiam, & paulatim tota hominum natura fit deformior et languidior. De hac dicitur Micheæ 7. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. 1. Corinth. 11. Cùm iudicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.

Quinta cauſa, Vt ſanctorum afflictiones, ſicut & ipſa mors, ſint teſtimonium de futuro iudicio, & beatitudine vitæ æternæ.

Sexta cauſa, Vt afflictiones ſanctorum, & præcipuè illorum, qui docent Eccleſiam, ſint teſtimonium de doctrina, quòd verè ſic ſentiant, nec ſui commodi cauſa circumferant fictam doctrinam.

Septima cauſa, Vt fiamus conformes imaginis Chriſti, eumq́; ferendo crucem noſtram quotidie ſequamur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Octaua cauſa, Vt liberationes in calamitatibus, quæ non ſunt extricabiles humano conſilio, ſint teſtimonia præſentiæ Dei in Eccleſia, vt precatur Moſes Num. 14. Ne deleas nos, vt ſciant Ægyptij, quòd ſis in hoc populo. Et 1. Reg. 17. Vt ſciat omnis populus, quòd ſit Deus in Iſrael. Eſa. 37. Libera nos, vt ſciant omnia regna terræ, quòd in Iſrael ſit Deus. Et Ioh. 9. reſpondet Chriſtus diſcipulis interrogantibus de cæco, Vt manifeſtentur opera Dei in illo.

Hæc doctrina de cauſis, propter quas Eccleſia cruci & calamitatibus ſubiecta eſt, ſemper ſit in conſpectu, ne offenſi ærumnis Eccleſiæ, exiſtimemus cœtum hunc deformem negligi à Deo. Atq; ex his cauſis partim impulſiuis partim finalibus ſumitur hæc diſtinctio quatuor generum calamitatum: Aliquæ ſunt τιμωρίαι, vt exilium Dauidis, Aliquæ ſunt δοκιμασίαι, vt carcer Ioſeph, Quædam μαρτύρια, vt interfectio Baptiſtæ, Eſaiæ, Ieremiæ, Pauli, & aliorum, Solius verò Chriſti paſſio & obedientia eſt λύτρον pro peccatis noſtris.

Poſtquam cauſas calamitatum & miſeriarum conſiderauimus, etiam cogitandæ ſunt conſolationes, ne in calamitatibus animum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mum deſpondeamus aut deſperemus, ſed vt eas patienter & forti animo perferamus. Dicit enim Chriſtus: Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus,

Philoſophi non poſſunt monſtrare veras conſolationes, ſicut etiam in loco de morte dictum eſt. Sunt autem hæ præcipuæ ipſorum conſolationes.

Prima, Neceſsitas, ſicut in Tragœdia dicitur: Fatales caſus oportet ferre mortalem. Omnes Deo volente vel rident vel dolent. Fatum aliâs alium agitat, modô reddit exiguum detractum ab alio, modò erronem facit beatum. Non eſt fas homini effugere fatum. Et notum eſt dictum: Feras, non culpes, quod mutari non poteſt.

Secunda, Dignitas virtutis, vt, melius eſt pauperem eſſe, quàm furẽ aut proditorem. Huc pertinet dictum: Tamen per ipſas lucet ærumnas decus.

Tertia, Bona conſcientia, ſicut in verſu dicitur: Eſt aliquid magni crimen abeſſe malis.

Quarta, Exempla, ſicut Chorus dicit ad Electram apud Sophoclem: Non tibi ſoli filia ex omnibus hominibus triſtia acciderunt.

Quinta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quinta, Spes læti exitus, iuxta illud:
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis,
O paßi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.
Horat: Non ſi male nunc & olim ſic erit &c.
Et in Electra Sophoclis inquit Chryſotemis:
O ſoror, bono animo ſis, non iiſdem enim ſemper adeſt Deus,
Qui nobis antè aduerſus fuit, hæc autē forſan
Dies certū auſpicium erit multorū bonorum.

Sexta, Cauſæ finales, vt miles patienter fert militiæ moleſtias, vt defendat patriam.

Septima, Collatio euentuum, vt, Melius eſt ægrotare, quàm accedere ad conuiuium, & incidere in tumultum.

Octaua, Expectatio mortis, ſicut Macaria virgo apud Euripidem dicit: Mors ipſa videtur multorum maximorum malorum remedium. Itaq; Plato in Axiocho, poſtquam enumerauit calamitates, quibus homo ordine per ſingulas ætates, ab ipſa vſq; natiuitate conflictatur, eam orationem ſic concludit: Dij ergo propter hoc ipſum (vt quibus notiſsimæ ſunt res humanæ) quos plurimi faciunt, eos citius auferunt è vita. Agamedes & Trophonius igitur cùm Pythij Apollinis templum ædificaſſent, orantes ſibi dari quod eſſet optimum, cùm obdormiuiſſent, nunquam deinde ſurrexerunt.

Hæ ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæ ſunt Philoſophicæ conſolationes. Sed homo Chriſtianus in afflictionibus Euangelicas conſolationes, quæ ſunt certæ, veræ & efficaces, intueri, illiſq; animum confirmare debet, quarum fundamentum, vt in loco de Morte dixi, eſt reconciliatio noſtri cum Deo, facta per Ieſum Chriſtum, in quo credentes ſumus dilecti filij Dei. Hoc fundamentum qui firma fide tenet, ille cum Apoſtolo confidenter dicit ad Rom. 5. Gloriamur in afflictionibus, cuius gloriationis catalogum recitat 2. ad Corint. 11. Item, ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita etiam per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Et Rom. 8. Quis nos ſeparabit à charitate Dei, tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? ſicut ſcriptum eſt: Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis, Sed in his omnibus ſuperamus per eum qui dilexit nos. Certus ſum enim, quòd neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; creatura alia, poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Ieſu Chriſto Domino noſtro.

Hinc ſequitur altera conſolatio, videlicet afflictones imponi à Deo Chriſtianis paterno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

terno animo, ſicut ad Heb. 11. ſcriptum eſt: Quos diligit Dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. In diſciplina perſeuerate, tanquam filijs vobis offert ſe Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, ſpurij, & non filij eſtis.

Huc pertinet etiam dulciſſimum dictum Pſalmi 89. Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, ſi ſtatuta mea prophanauerint, & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, Miſericordiam autem meam non auferam ab eis, neq; mentiar in veritate mea.

Poſito hoc fundamento de reconciliatione per Chriſtum, quæ complectitur etiam peccatorum remiſſionem, de dilectione Dei & de paterno eius erga nos animo, ſequuntur alij conſolationum loci, nimirum:

Primus, Neceſsitas, hoc eſt, mandatum Dei, quod præcipit, vt flectamus animos ad obedientiam, in tolerandis aduerſis, ne iraſcamur Deo iuxta dictum: Humiliamini ſub potenti manu Dei. Item: Subditus eſto Deo, & ſpera in eo. Pſal. 36.

In meditatione huius loci ſæpe repetenda ſunt dicta Chriſti de cruce Matth. 16. Si quis

vult

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Qui non baiulat crucem ſuam & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus, Matth. 10. Luc. 14.

Sciamus itaq́, obedientiam in afflictiobus etiam tunc, cùm ſunt pœnæ certorum delictorum placere Deo. Non tantùm placuit illi obedientia Iobis, ſed etiam Dauidis patienter ferentis exilium & alias pœnas. Item, Latronis in cruce patienter ferentis ſupplicium meritum.

Secundus locus, Dignitas virtutis anteferenda dolori. Saul non rectè facit, quòd ſibi mortem conſciſcit propter infelicem pugnam.

Tertius locus, Bona conſcientia, vt Laurentio fit leuis cruciatus propter optimam conſcientiam. Sic Dauid afflictus Pſal. 7. bonam conſcientiam in illa cauſa allegat: Domine Deus, ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manu mea &c. Et Paulus dicit 2. Corin. 1. Gloriatio noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate cordis & ſinceritate Dei verſati ſumus in hoc mundo. Item Petrus: Nemo patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum cupidus, ſi autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in nomine iſto.

Quartus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quartus locus, Quia verò ſæpiſſime mala conſcientia dolores addit, ideo oſtenditur in Euangelio conſolatio prorſus ignota Philoſophiæ, ſcilicet, remiſſio peccatorum, quæ eſt purgatio conſcientiæ per ſanguinem Ieſu Chriſti Filij Dei, ſicut Heb. 9. dicitur: Sanguis Chriſti mundat conſcieniam noſtram ab operibus mortuis ſeu peccatis morte dignis.

Quintus locus, Agnitio præſentiæ Dei in ærumnis, accepta remiſſione, ſicut dicitur: Deus habitat in afflictis. Item: Cum ipſo ero in tribulatione, ſicut Filius Dei oſtendit manifeſtè, ſe cum ſocijs Danielis eſſe in fornace.

Sextus locus, Spes vltimæ liberationis & æternæ ſalutis, quemadmodum Iob dicit cap. 19. Scio, quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die reſurrecturus ſum. Et Paulus Rom. 8. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Item 2. Corin. 4. Mortificationem corporis Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, mirè ſupra modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis, dum non ſpectamus ea, quæ videntur, ſed ea, quæ non videntur,

nam quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nam quæ videntur temporalia ſunt, quæ autem non videntur æterna ſunt.

Septimus Locus. Exempla omnium ſanctorum, quemadmodum Chriſtus dicit: Sic etiam perſecuti ſunt Prophetas, qui ante vos fuerunt, Matth. 5. Et Elias dicit: Non ſum melior patribus meis. Inter exempla autem prælucet exemplum filij Dei, de quo Petrus dicit: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt ſequamur veſtigia eius: Et Paulus Hebr. 12. Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in autorẽ fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atq; in dextera Dei ſedet.

Octauus. Cauſæ finales. Hic locus admonet etiam de vtilitatibus afflictionum. Sancti ferentes crucem patienter, glorificant, vt Petrus inquit, Deum in nomine iſto. Et Paulus vocat ſuas afflictiones in miniſterio Euangelij ſacrificium, atq; notum eſt omnibus dictum ipſius Roma. 5. Gloriamur in afflictionibus, ſcientes quòd afflictio patientiam parit, patientia probationem, probatio ſpem, Spes vero non confundit. Item, 2. Corinth, 4. Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpitur: tamen is qui intus eſt, renouatur de die

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in diem. Conſideranda etiam eſt hæc cauſa finalis, vt alij confirmentur, ſicut Eleazar dicit, ſe relicturum poſteris exemplum conſtantiæ. Et omnes morientes in confeßione fidei, teſtimonium perhibent doctrinæ, quia oſtendunt ſe non ſimulaſſe profeßionem voluptatis aut quæſtus gratia, oſtendunt item ſe expectare venturum iudicium & vitam æternam.

Nonus. Collatio euentuum præcipuè in Eccleſia conſideranda eſt, Quia ibi oſtendit Deus & teſtimonia iuſtitiæ ſuæ, quod iraſcatur peccatis, & exempla miſericordiæ, quod pœnas tamen mitigat iuxta dicta: Miſericordia Dei quòd non conſumpti ſumus. Item, Non accendens Deus totam iram ſuam. Item, Non faciam furorem iræ meæ, quia Deus ego ſum, non homo, Oſeæ 11.

Decimus. Deſiderium clari conſpectus Dei, et liberationis à toto peccato. Hæc conſolatio propriè ad mortem pertinet, ſicut Paulus dicit: Cupio diſſolui et eſſe cum Chriſto.

Hæc itaq; de afflictionibus et miſerijs humanæ vitæ, atq; de cruce cogitantes ſciamus requiri à nobis patientiam, quemadmodum dicit Dauid, Pſalm. 36. Subditus eſto Deo, & ſpera in eo. Et Eſaias: In ſilentio et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tio et ſpe erit fortitudo veſtra. Et Iacobus cap. 5. Patientes eſtote et confirmate corda veſtra, quoniam aduentus Domini appropinquabit. Paulus Hebr. 10. Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes reportetis promiſsionem.

Semper autem in afflictionibus repetamus dictum Iobis: Etiamſi occiderit me, tamen ſperabo in ipſo: Veruntamen vias meas in conſpectu ipſius arguam, et ipſe erit ſaluator meus.

CAPVT XXXII.

DE LENITATE MANSVETVDINE & ἐπιεικεια.

COGnatæ ſunt virtutes. Lenitas, manſuetudo & ἐπιείκεια ſeu æquitas.

Lenitas eſt conſtans quidam patientia, offenſiones & iniurias diſsimulans.

Manſuetudo eſt moderatio iracundiæ & cupiditatis vindictæ, atq́; condonatio offenſionum & iniuriarum tum priuatæ, tum publicæ tranquillitatis cauſa. Ariſtoteles dicit: Manſuetudinis eſt, poſſe ferre moderatè obiecta crimina, & contemptum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nec celeriter rapi in vltiones, nec facilè moueri ad iras, eſſe autem moribus comem, ac mitem, & ingenio quieto & ſtabili.

Ἐπιείκεια eſt virtus, quæ in perſequendis iniurijs remittit aliquid de ſummo iure, & infirmitates multas in alijs tolerat.

Hæ virtutes in humana conuerſatione omnibus hominibus ſunt neceſſariæ. Frequentes enim accidunt in vita offenſiones, propterea quod & nos ſumus homines non perfecti, & cum hominibus non perfectis conuerſamur, qui multis erroribus & infirmitatibus ſunt obnoxij, Itaq; ſi quis in vita offenſiones, & iniurias. aut omninò non pati, aut ſummo iure perſequi ſemper velit, is ſocietatem colere non poterit, ſed in ſocietate humana erit tanquam leo aut vrſus.

Sciamus itaq; has virtutes quibus multæ cædes, pugnæ, iurgia, rixæ, inimicitiæ præcauentur, in quinto Præcepto requiri, de quibus etiam nota ſint hæc dicta: Eccleſ. 10. Fili mi, per manſuetudinem, gloriam animæ tuæ concilia. Pſalm. 37. Manſueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multa pace. Prouerb. 16. Melius eſt humiliari cum mitibus, quam diuidere ſpolia cum ſuperbis. Eſtq; illuſtris illa ſententia: Quis neſcit diſsimulare, neſcit imperare, imò vero qui diſsimulare neſcit

ſcit, viuere neſcit. Apud Matth. cap. 11. dicit Chriſtus ad Diſcipulos ſuos, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Et Matth. 5. Beati mites, quoniam ipſi poßidebunt terram. Et Lucæ 9. cum diſcipuli offenſi malitia Samaritanorum, nolentium Chriſto præbere hoſpitium, cuperent vrbem illam cœlitus inflammari, ſicut Sodoma, obiurgauit eos Chriſtus, inquiens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis vos.

Monet itaq; Chriſtianos hac cogitatione affectus iracundiæ reprimendos eſſe, quia non furoris ſpiritum, quales Poetæ furias fingunt, ſed manſuetudinis ſpiritum accepimus. Recitari ſolet pulchrum dictum: Pillulæ & iniuriæ deglutiendæ ſunt, non maſticandæ, maſticatæ enim bilem, & vomitum cient nobis noxium. Baſilius multa patienter & manſuetè ab Euſebio paſſus eſt, tandem etiam ceßit, vt paci Eccleſiæ Cæſarienſis conſuleret. Socrates ad miraculum vſq; tulit moroſitatem vxoris Xantyppes, ne domeſticam pacem quotidianis rixis turbaret.

Plinius iunior dicit: Tunc præcipua manſuetudinis laus eſt, cùm iræ cauſa eſt iuſtißima, & diſtichon omnibus notum eſt.

Quo quiſq; eſt maior, magis eſt placabilis iræ,
Et faciles motus mens generoſa capit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Seruilia ingenia ſunt inquieta & rixoſa, quia cum vera virtute emergere non poßint, calumnijs rixis, & altercationibus emergere ſtudent, vt ſibi æternum nomen in mundo acquirant, ſicut ille, qui Templum incendebat.

CAPVT XXXIII.

DE MISERICORDIA.

Miſericordia eſt virtus, quæ dolore afficitur in aliena calamitate, & miſeris opitulatur, ac probabili ratione lenit & mitigat pœnas. De hac dicit Chriſtus, Matth. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Luc. 6. Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter cœleſtis miſericors eſt. De immiſericordia dicit Iacobus Cap. 2. Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam. Multi per immiſericordiam homicidæ fiunt, propterea quòd proximo indigenti ſuccurrere nolunt, aut quòd pœnas crudelitate exaſperant. Scriptum eſt autem Eccleſiaſt. 34. Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum. Ambroſius dicit: Si non pauiſti, occidiſti. Et de mitigatione pœnarum in Eccleſiaſte dicitur. Ne ſis nimium iuſtus.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXXIIII.

DE SOBRIETATE, ET CONTRARIIS VItijs, crapula & ebrietate.

PLures occidit crapula quàm gladius, Quia crapula multorum morborum cauſa eſt. Præceptum itaq́, Non occides, crapulam prohibet, & ſobrietatem præcipit.

Eſt autem ſobrietas temperantia ſeruans modum in vſu cibi & potus, qui cum per intemperantiam exceditur, voracitas et ebrietas eſt.

Vox crapula etſi propriè poſtriduanam nauſeam ſignificat, tamen vſitatè pro ipſa ingurgitatione ſeu immoderato vſu cibi ac potus accipitur.

Sobrietatem à Deo ordinatam eſſe ipſa natura docet, amat enim temperantiam cibi & potus, ſicut dicitur: Natura paucis eſt contenta, & per intemperantiam vim ſibi fieri, tanquam ſi vulnus infligeretur, non tantum virium corporis & animæ infirmitate, ac perturbatione, ſed etiam nauſea & dolore teſtatur. Accedit etiam in illis, qui non prorſus ſunt Epicurei, Aſoti, etiamſi Chriſtiani non ſint, triſtitia conſcientiæ, quæ dictat legẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

de ſobrietate naturæ impreſſam eſſe diuinitus, cuius violatio cum virtutis & officij ratione pugnet. Sobrietatem atq; omnes ſapientes commendant & amant, Intemperantiam verò oderunt & vituperant. Verè enim ita eſt, hominem, tunc eum eſſe, qui dicitur, cùm eſt ſobrius. Ebrius verò forman quidem hominis retinet externam, ſed mente amiſſa beluæ quam homini eſt ſimilior.

Nos verò Chriſtiani, qui præter ſenſum & legem naturæ, verbo Dei inſtructi ſumus, hanc admonitionem de cibo & potu, eorumq; vſu ſcire debemus. Deus vt alia media ſuarum operationum, ita cibum & potum ad humanæ vitæ ſuſtentationem creauit & ordinauit, atq; non tantum appetionem eſuriei & ſitis, ſed etiam virtutem concoquendi & extrahendi, diſtribuendi, atq; applicandi nutrimentum vtile naturæ indidit, Quæ Dei dona & opera reuerenter agnoſcere homo pius debet.

Itaq; de vſu cibi & potus, ſemper ſint in conſpectu hæc dicta: Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terrã, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam. Gen. 9. Omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibũ, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.

Pſal.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Pſal. 104. *Produces fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum, vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis, vt exhilaret faciem eius in oleo, & panis cor hominis confirmet.*

Acto: 14. *Deus non ſine teſtimonio reliquit ſemetipſum, benefaciens de cœlo, dans pluuias & tempora frugifera, implens cibo & lætitia corda eorum.*

Hæc dicta oſtendunt, duos eſſe vſus cibi & potus, neceſſitatem nutricationis & lætitiam. Cum nutricatione etiam coniungitur neceſſitas conſeruandæ valetudinis, ſicut Paulus præcipit Timotheo, vt modico vino vtatur, propter ſtomachum, & crebras infirmitates. Neceſſitatem monſtrat ipſa natura, quæ niſi alimentis ſuſtentetur, breui tempore fame & ſiti conſumitur.

De lætitia etſi Diogenes Cynicus & Monachi melancholici diſputare poſſint, quòd ille vſus ſit ſuperfluus, tamen potius conſideremus benigni Patris cœleſtis conceſſionem, de qua dicitur Pſal. 104. *Acto.* 14. *& in Eccleſiaſt. cap.* 9. *Comede in læticia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia placent Deo opera tua. Prouerb.* 31. *Date merum mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt corde.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Opponitur autem lætitia melancholicæ triſtitiæ & ſollicitudini, de qua dicitur Prouerb. 17. Spiritus triſtis exiccat oſſa. Et 25. Sicut tinea veſtimentum, & vermis lignum conſumit, ita triſtitia cordi nocet. Eccle. 25. Miſerere animæ tuæ, & contine ac congrega cor tuum in ſanctitate eius, & triſtitiam longè expelle à te, multos enim occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa.

Significatq; lætitia hilaritatem & tranquillitatem bonæ conſcientiæ acquieſcentis in Deo, & contentæ rebꝰ præſentibus, de qua dicitur ad Philip. 4. Gaudete in Domino ſemper. Et Pſal. 37. Delectare in Domino. In Eccleſiaſte cap. 3. Vidi, quòd nihil ſit melius, quàm lætari hominem in operibus ſuis, quia hæc eſt pars eius. Itaq; ſimul etiam dictum illud, Comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, conceſſionem modeſtorum conuiuiorum complectitur, quorum exempla in Scriptura ſine reprehenſione recitantur.

Abraham fecit conuiuium ablactationis filij Iſaac, Gene. 26. Ioſeph conuiuio excepit fratres, Gene. 43. Thobias ad conuiuium pios inuitauit, & iunior Thobias in nuptiali conuiuio vxorem duxit. Atq; exemplum Chriſti, qui nuptias in Cana ſua præſentia vnà

mcu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cum ſanctiſsima matre Maria virgine, & diſcipulis ſuis, atq; vini donatione per primum miraculum exornauit, inſignem commendationem addit illis conuiuijs, quæ ad conſeruationem piæ honeſtæq; coniunctionis, honoremq; ordinationum diuinarum, cum pietate & moderatione celebrantur ſecundum præceptum Eccleſiaſt. 9. Viri iuſti ſint tibi conuiuæ. Cum quo conſentit mandatum Thobiæ cap. 2. ad filium: Vade, & adduc aliquos de tribu noſtra, timentes Deum, vt epulentur nobiſcum. Sed non approbat dictum ex Eccleſiaſte citatum luxurioſa, guloſa & pomposa conuiuia, quæ non conuiuia, ſed commeſſationes & beluationes appellari debent, ſuntq; non tantùm inutiles profuſiones, ſed etiam occaſiones multorum horrendorum peccatorum, de quibus certò ſtatuendum eſt, quòd Diaboli in ipſis ſint præſentes, quemadmodum operibus ſuis manifeſtè declarant.

Talia itaq; conuiuia impia, prophana, hominibus pijs ſeuerè ſunt prohibita, non tantùm vt ea non parent, ſed etiam ne illis interſint. Sic enim Prouer. 23. ſcriptum eſt: Noli eſſe in conuiuijs potatorum, nec in commeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur. Rom. 13. Abijciamus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, tanquam in die compoſitè ambulemus, non in commeſſationibus & ebrietatibus, & carnis curam ne agatis ad concupiſcentias. Lucæ 21. Videte, ne corda veſtra grauentur crapula & ebrietate.

Sæpe etiam cogitetur de ea quæ extat Exod. 32. repræhenſione, in qua imago luxurioſorum conuiuiorum, quæ (proh dolor) noſtris temporibus nimis ſunt vſitata, proponitur: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexit ludere.

Redeo ad propoſitum: Lætitia itaq; in Eccleſiaſte non debet intelligi de luxuria & ebrietate, quam etſi vulgus prophanum exiſtimat eſſe lætitiam, tamen verè nihil eſt minus quàm lætitia. Eſt enim voluntarius & violentus morbus mentis & corporis, ſicut res ipſa ſatis demonſtrat, quòd ebrietas animæ & corporis, ſenſus ac vires perturbet, & extinguat, vt nec mens, nec ſenſus, nec membra, officium ſuum facere poſſint. Rectè itaq; dici poteſt, ebrietatem eſſe voluntariam inſaniam ſeu amentiam mentis, & voluntariam παράλυσιν corporis. Adde etiam, quòd ſit voluntaria ſeruitus Sathanæ, qui ebrij hominis mente, ſenſibus ac membris pro ſuo libitu vtitur ad omnis generis peccata & turpitudines

malarum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

malarum cogitationum, dictorum & actionum.

Vt itaq; adoleſcentes in amorem ſobrietatis, & odium crapulæ ac ebrietatis inducantur, ideo Antitheſin addam, cuius conſideratio ſæpe repeti debet.

Sobrietas naturæ conuenit, ebrietas eſt contra naturam. Sobrietas naturæ vires & valetudinem conſeruat, ebrietas naturam deſtruit, & multorum morborum cauſa eſt. Sobrius homo ad omnia humana officia, quæ vel mente, vel corporis viribus perficiuntur, eſt idoneus, ebrius, cùm mentis impos ſit, & errantes habeat ſenſus, titubantiaq; membra, ad nulla humana officia aptus eſt. Ideo Chryſoſtomus dicit: Ebrioſo aſinus melior eſt. Et Plato: Temulentus bis puer eſt. Sobrietas à Deo eſt præcepta, ebrietas à Deo eſt prohibita, cum comminatione æternæ damnationis. Sobrius vtitur donis Dei iuxta ipſius ordinationem, cum inuocatione & gratiarum actione, ebrioſus impiè abutitur donis Dei ad blaſphemiam & Deum & proprias pœnas. Sobrietas eſt mater & cuſtos pudoris, modeſtiæ & virtutum, ebrietas eſt mater impudentiæ, crudelitatis, & multorum flagitiorum. Etiam ſanctus Noah, cùm ebrius eſſet, turpiter iacuit, & à filio deriſus eſt. Loth ebrius

inceſtum

inceſtum cum filiabus commiſit. Alexander Magnus ebrius in tantam incidit crudelitatem, vt fideliſſimos amicos, conſiliarios & duces interficeret, Clitum, Philotam, Parmenionem & Caliſthenem Philoſophum. Sobrius Deum rectè inuocare, colere, ſeq; Deo commendare pijs precibus poteſt, ebrius non poteſt Deum inuocare, colere, aut ſe Deo commendare. Sobrius in fide expectat aduentum Ieſu Chriſti ad iudicium, ebrius periculoſiſſimam agit vitam, quia ſemper ad Filij Dei aduentum eſt imparatus.

Cum hac Antitheſi coniungatur meditatio dictorum Scripturæ, quæ ebrietatis & crapulæ peccatum repræhendunt. Eccleſiaſt: Diligentes in vino noli prouocare, multos enim exterminauit vinum. Ignis probat ferrum durum, ſic vinum corda ſuperborum arguit in ebrietate potatum. Æqua vita hominibus in ſobrietate, ſi bibas moderatè, eris ſobrius, Vinum in iucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem, ſanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus, Vinum multum potatum irritationem & iram, & ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinum multum potatum. Ebrietatis animoſitas imprudentis offenſio, minuens virtutem, & faciens vulnera. Cap. 38. Noli auidus eſſe in omni epulatione, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ne, & non effundas te ſuper omnem eſcam, in multis enim eſcis eſt infirmitas, & auiditas appropinquabit vſq; ad Choleram. Propter crapulam multi obierunt, qui verò abſtinens eſt, adijciet vitam. Prouer. 13. Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? Nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, aut ſplendet in vitro color eius, Ingreditur blandè, & poſtea mordet vt coluber, & ſicut regulus venena diffundit. Tunc oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa, & eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dices: Verberauerunt me, ſed non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi. Pouerb. 31. Nullum ſecretum, vbi regnat ebrietas. Eccleſiaſt. 19. Vinum & mulieres apoſtare faciunt ſapientes.

Eſaiæ 5. Væ, qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſq; ad veſperam, vt vino æſtuetis, cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs veſtris, & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Væ qui potentes ad bibendum vinum, & fortes ad miſcendam ebrietatem.

Luc.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Luc.21. Videte, ne corda veſtra graventur crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos repentina dies illa.

Ephe.5. Nolite inebriari vino, in quo eſt ἀσωτία, *hoc eſt, luxuria, diffundens ſe in omnes mores, & faciens eos diſſolutos, impudicos & immodeſtos, quia, vt Seneca dicit: Conſuetudine inſaniæ durata vitia, vino concepta, etiam ſine vino valent.*

Cicero aſotos deſcribit 2. de Finibus: Nolim, inquit, mihi fingere aſotos, vt ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conuiuijs auferantur, crudiq́ poſtridie ſe rurſum ingurgitant, qui ſolem, vt aiunt, nec occidentem vnquam viderint, nec orientem, qui conſumptis patrimonijs egeant.

Omnes autem contra ebrietatem comminationes vincit vnicum dictum 1. Corin.6. Ebrioſi regnum Dei non poſsidebunt. Quo quidem dicto, qui ab ebrietate non deterretur, næ ille nimis negligenter ſalutem ſuam curat.

Auguſtinus dicit: Ebrietas eſt voluntarius & blandus dæmon, dulce venenum, ſuaue peccatum, flagitiorum omnium mater, culparum materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tem-

pestas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

peſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis, amiſsio temporis, inſania voluntaria, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, animæ corruptela. In ebrijs non ratio vlla, non vllum vitæ gerendæ conſilium, nec vlla artium, nec geſtorum aut lectionum aut induſtriæ prouidentia eſt.

Pudeat verò nos Chriſtianos, quòd cùm quotidie & legamus & audiamus ebrietatis repræhenſiones ex ſacra ſcriptura, tamen ad eam ſimus multis alijs gentibus procliuiores.

Philoſophi multi diſcipulos ſuos monitis, multi legumlatores maximas ſocietates legum ſuarum comminatione cohercere potuerunt, ſicut etiam hodie Turcicus Imperator tot gentes lege Mahometica cohercet, vt ebrietatem fugiant.

Fuerunt, qui adoleſcentiam monſtratis ebriorum ſeruorum exemplis, abſterrerent. Quanta itaq; impietas eſt in multis, qui Chriſtianum nomen gerunt, & huic vitio ſic ſunt addicti, vt nec exemplis, nec legibus, nec monitis, imò verò nec omnipotentis Dei prohibitionibus abſterreri poſſunt, ſequuntur itaq; & quidem meritò pœnæ: quarum ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

exempla in quotidiana experientia cernimus, & in hiſtoriјs legimus.

Samſon ebrius à meretrice turpiter vexatus & tandem hoſtibus traditus eſt.

Balthaſar ebrius iuſsit afferri ſacra vaſa in conuiuium, vt ex illis potaretur, cumque blaſphemi eſſent omnes in Deum, & laudarent idola, apparuit manus in pariete inſcribens pœnam, quæ ſecuta eſt, & Balthaſar eadem nocte eſt interemptus, Daniel. 5.

Alexander Magnus, qui per ebrietatem multa peſsimè fecerat, cùm in conuiuio alicui duas choas, id eſt, quatuor menſuras noſtrates præbibiſſet, mox inflammatus ægrotare cepit, & poſt paucos dies extinctus eſt.

Non eſt neceſſe plura exempla congerere, cûm nimis multa quotidie conſpiciamus.

Pytthicus Mitileneus ebrios, ſi quid peccaſſent, duplici pœna afficiendos eſſe dixit. Eadem ſententia eſt apud Ariſtotelem, ebriј peccatum dupliciter puniendum eſſe, quia dupliciter peccauit, tum quia ebrietate voluntariam inſaniam ſibi accerſiuit, tum quia malum facinus perpetrauit.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXXV.

DE MEDICINA ET MEDICIS.

DOctrina & ars medica ad præceptum quintum pertinent, quia conſeruationi valetudinis ſeruit, Ideoq́ præcipit Deus, vt in honore habeatur, Omnes enim hunc honorem corporibus noſtris debemus, vt valetudinem & ſobrietate, & vſu medicinarum conſeruare ſtudeamus, quam qui volens negligit, ſui ipſius mortis cauſa aliqua eſt. Inquit itaq́ Siracides cap. 38. Honora medicum propter neceſſitatem, etenim illum creauit altiſſimus, à Deo eſt enim omnis medela, & à rege accipiet donationem, Diſciplina medici exaltabit caput ipſius, & in conſpectu magnatum collaudabitur. Altiſſimus creauit medicinam de terra, & vir prudens non abhorrebit illam.

Coniungat autem & ægrotus & medicus inuocationem Dei cum medicinæ vſu, ſicut Iacob cap. 5: admonet: Infirmatur quis, accerſat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluum reddet infirmum, & Dominus eriget eum, & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Habeant medici in conſpectu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

admonitionem Meſuæ in capite de dolore ſtomachi. Medicamẽ quod hunc morbum deſtruit, alteri morbo cui ſimilis videtur, vires addit. Sunt enim diuerſæ hominum complexiones operationi ſubiectæ: Quis enim medicorum omnia quæ requiruntur ad veram curam, aſpectum, naturam temporum, diuerſitatem regionum, cauſam morbi, complexionem propriam, quam conſeruare & non alterare medicum oportet, ætatem quæ de vinculo complexionis eſt, conſuetudinem quæ natura inductu temporis longiſsimo efficitur, inueſtigabit ſine parte diuinæ clementiæ?

Roga igitur Deum largitorem ſanitatis, vt ipſe annuat inter medicamina, tibi eligere fideliora, & propriè contra ægritudinem, cuius curam ſuſcepiſti, & impleat animam tuam, qui vniuerſa huius ſcientiæ volumina relegiſti.

Et in capite de indigeſtione ſtomachi: In prouiſione periti & timentis Deum medici maior pars huius ſcientiæ relicta eſt: Deum diligenti omnia benè ſuccedunt, ab ipſo omne incolume & ſanatiuum eſt. O tu, qui curam humanorum corporum gerere vis, à Deo non recedas, & ne dilateris ſcientia philoſophica

natura-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

naturali: Ille enim autor naturæ & eam ſtabiliuit, & ſine ipſius influentia, defecit omnis motus naturæ.

Mali, indocti, & infideles medici, peccant contra quintum præceptum, quia ſunt homicidæ eorum, quorum valetudinem ſua inſcitia deſtruunt, aut indiligentia negligunt.

CAPVT XXXVI.

DE ALIIS VIRTVTIBVS ET PECCATIS ſeu vitijs quinti Præcepti.

AD quintum Præceptum pertinent etiam omnes aliæ virtutes & officia dilectionis, quibus aliorum vel propria vita, valetudo, ſanitas, defenditur & cuſtoditur. Pugnant autem cum hoc Præcepto omnia peccata, vicia & ſcelera, quibus propriæ vel aliorum valetudini & vitæ nocetur &c.

FINIS QVARti libri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ETHICÆ DOCTRI-
NÆ D. PAVLI AB EITZEN
PARS AL-
TERA.

CONTINENS QVIN-
QVE LIBROS PO-
ſteriores.



VVITEBERGÆ
ANNO M. D. LXXIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

AMPLISSI-
MIS ET MAGNI-
FICIS VIRIS SAPIEN-
tia, eruditione, virtute & pietate
præſtantibus Dominis Conſulibus &
Senatoribus Reipublicæ Hambur-
genſis, Dominis & amicis
ſuis reuerenter co-
lendis.

CERTVM EST Reſpublicas præcipuè ideò conſeruari à Deo, vt ſint hoſpitia Eccleſiæ & cuſtodiæ virtutum. Itaq́ pij Magiſtratus omnia officia, omnemq́ curam gubernationis ad has duas res conferunt, vt doctrina Eccleſiæ purè ſine corruptelis doceatur, & vt ſint inter homines

A 2 ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tia virtutum. Quas quidem ad res ampliſsimi & ſapientiſsimi Patres conſcripti veſtra quoq; ſtudia in mea cariſsima patria eſſe directa optime ſcio, in qua pia & recta voluntate, vt Deus V. Ampl. ſuo ſancto Spiritu cõfirmet toto pectore oro. Magna eſt hoc tẽpore hominũ petulãtia in doctrinis & in moribus, quæ vt coerceatur, non ſolũ doctorum Eccleſiæ, ſed etiam Gubernatorum diligentia requiritur. Multum autem eam vtrorumq́; diligentiam adiuuat bona inſtitutio Iuuentutis. Quare cùm ita benigniſsimo Deo viſum ſit, vt poſtremam ætatis meæ partem ſimul Eccleſiaſticis & Scholaſticis laboribus impendã, atq; ſic conteram, Exiſtimo me officium Deo gratũ & hominum ſocietati vtile facere,

quod,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quod, quantum per Dei gratiam & auxilium poſſum, in hoc incumbo, vt Iuuentutem in hac noua Schola Sleſuicenſi, vnà cum meis Collegis & fratribus, fideliter in neceſſarijs doctrinis, de vera Religione & fide, & de veris virtutibus erudio. Vtq; toti mundo notum ſit, me in hac Scholaſtica inſtitutione, eò omnem conferre operam, vt, quemadmodum eſt in Epitaphio veteris Ludimagiſtri Epicharmi, pueris vtilia dicam, ſcilicet talia, quæ non nunc tantum illis proſunt, ſed etiam ſunt profutura quoad vixerint, in quouis vitæ genere et ordine, Idcirco decreui paulatim aliquid de laboribus Scholaſticis in lucem emittere. Et quia nunc Typographus ſecundam partem Ethicæ doctrinæ, continentem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quinq; libros poſteriores impreſſit, exiſtimaui id à me & patriæ dulciſſimæ amorem, & erga V. Ampl. obſeruantiã poſtulare, vt hoc opus V. Amp. hoc eſt cariſſ. patriæ meæ Gubernatoribus & Patribus dedicarem. Quod officiolum ex animo veſtras Ampl. reuerenter & officioſe colente profectum, vt à V. Ampl. cum beneuolentia accipiatur obnixè peto. Dominus Ieſus Chriſtus V. Ampl. ſuo ſancto Spiritu regat, vt veſtra Gubernatio ſit Deo grata & Reipublicæ ſalutaris. Ex Schola publica Slesuicenſi, Anno 1571. 22. Iulij.

V. Ampl.
Studioſiſſ.
Paulus von Eitzen artium & Theologiæ Doctor.

ETHI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ETHICÆ DOCTRINÆ LIBER QVINTVS:

DE PRÆCEPTO Sexto.

CAPVT PRIMVM.

DE SVMMA SEXTI PRÆCEPTI.

SEXTA LEX DEcalogi, *Non mœchaberis, præcipit caſtitatem, ſeu pudicitiam, prohibetq́ impudicitiam, & immundiciam, atq́ coniugium, ſocietatemq́ coniugalem ſancit & approbat, Contra verò vetat & damnat omnes vagos concubitus, vna cum impuris concupiſcentijs, et incendijs amoris, ſicut Chriſtus hanc legem interpretatur Matth. 5. Ego dico vobis, quod omnis qui viderit Mulierẽ ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Et Paulus 1. ad Theſſ. 4.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Summam huius legis ſic recitat: Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis à fornicatione, & ſciat vnuſquiſq; vas ſuum poßidere in ſanctificatione, & honore, non in paßione deſiderij, ſicut gentes, quæ ignorant Deum. Adoleſcentes in meditatione huius præcepti ſemper repetant Diſtichon Philippi Melanthonis:

Caſta Deus mens eſt, caſta vult mente vocari
Et caſtas iußit pondus habere preces.

Item Tetraſtichon eiuſdem, in quo recitatur ſententia veteris Poetæ Bacchilidis.

Vt cum de ſtatua facies formoſa reuulſa eſt
Non decus in reliquo corpore truncus habet:
Sic reliqui mores ſpreti, & ſine honore iacebunt,
Ni ſint ornati laude pudicitiæ.

CAPVT SECVNDVM.

DE CASTITATE SEV PVDICITIA.

Caſtitas eſt virtus, ſeruans puritatem ſeu mundiciam animi, & corporis, incontaminatam libidinibus. Vocatur etiam pudicitia. Quia in hac virtute præcipue pudor conſpicitur. Eſtq; Caſtitas triplex, vtpote, vitæ cœlibis, quæ virginitas ſeu virginalis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ginalis caſtitas dicitur, & coniugalis & vidualis. Hæc recitatio ſpecierum caſtitatis tenenda eſt, ne decipiamur Diabolicis clamoribus Pontificum, Cardinalium, Epiſcoporum, Monachorũ, qui cum tetris libidinibus polluant totam terram, tamen impudenter clamant, coniugalem vitam eſſe impuritatem, tantum cœlibatum ſeu vitam virginalem eſſe caſtitatem.

Extant autem hæ tres ſpecies caſtitatis, habentq; bona teſtimonia in ſacra ſcriptura, & in ſcriptis ſanctorum Patrum, ſicut poſtea demonſtrabimus. Chryſoſtomus de duabus ſpeciebus dicit: Primus gradus caſtitatis eſt, ſincera virginitas. Secundus, fidele coniugium.

CAPVT TERTIVM.

DE CASTITATE VIRGINALI SEV vitæ cœlibis.

CAſtitatem vitæ cœlibis, quæ virginitas dicitur, ita deſcribit Apoſtolus, quod ſit puritas ſeu ſanctitas corporis & animæ, 1. Corinth. 7. Non itaq; exiſtimemus Virginitatem tantum in monachali profeßione aut externa ſimulatione & habitu conſiſtere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtere. Nihil enim ad virginitatem facit illa externa profeſsio, aut ſimulatio ſine vera pudicitia. Nam virginitas ſeu cœlibatus debet eſſe ſyncerus et purus. Ideoq; de hac caſtitatis ſpecie dicit Chriſtus Mat. 19. Nō omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datū eſt, ſunt enim Eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt, Et ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus. Et ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter Regnum cœlorum, qui poteſt capere capiat. Tria hominum genera eſſe inquit, qui ad cœlibatum ſeu Virginitatem ſunt idonei.

Primum genus eſt eorum, qui ſic nati ſunt, vt non ſint apti ad vitam coniugalem, vel natura abhorrent ab alio ſexu.

Secundum eorum, qui aut ferro, aut ſimili violentia caſtrati, vel inepti facti ſunt.

Tertium eorum, qui ſingulare donum habent, vt ſine immunditia poſsint cœlibem vitam viuere, vt vterq; Iohannes, Baptiſta & Euangeliſta.

His itaq; tribus hominum generibus conuenit perpetua virginitas, ſeu vita cœlebs, Alijs hominibus perpetua ad cœlibatum coactio, ſiue propter ſtultum votū, ſiue propter

alias

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

alias cauſas, occaſio eſt multarum impudicarum tentationum & peccatorum.

Idcirco non ſolum Ethnici improbè fecerunt, qui Virgines veſtales, non idoneas ad perpetuam virginitatem conſeruauerunt, ſed multo magis impie fecerunt, & faciunt Papiſtici, qui, cum hac de re legunt admonitionem Apoſtolicam, quæ extat 1. Corint. 7. Tamen Ethnicos non Chriſtianè ſed Ethnicè imitantur, cum vtriuſq; ſexus homines, nec natura, nec dono idoneos ad perpetuam virginitatem ſeu cœlibatum impia, ſuperſtitioſa ac idolatrica religione promittendum vafrè alliciunt, & poſt ſtulta & impia vota, tyrannicè in illa impoßibili obſeruatione inuitos retinent, quæ obſeruatio aliter, quam immunda & impura eſſe non poteſt, cum perſonæ ad illam obſeruationem non ſint idoneæ, ſicut nimis multa exempla impuri cœlibatus Papiſtici docuerunt.

Sit itaq; nota Apoſtolica admonitio de vita cœlibe, ſeu Virginali: Velim, inquit, omnes homines ſic eſſe, ſicut meipſum, ſed vnuſquiſq; proprium donum habet ex Deo, vnus ſic, alius verò ſic. Dico autem non nuptis & viduis, Bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego, Quod ſi non continent

ſe, nu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſe, nubant, melius eſt enim nubere quam vri.

Item, De Virginibus præceptum Dei non habeo, conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceßitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem non peccaſti, & ſi nupſerit virgo, nō peccauit. Qui ſine vxore eſt, curat quæ Domini ſunt, quomodo placeat Domino. Qui autem cum vxore eſt, curat, quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diſtractus eſt. Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu, quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. Porro ad vtilitatem veſtram hoc dico, non vt laqueum vobis inijciam, ſed vt quod decorum eſt ſciatis, vt adhæreatis Domino aßidui, non diſtincti. Si quis autem indecorum virgini ſuæ putat, ſi prætereat nubendi tempus, & ita oportet fieri, quod vult faciat. Non peccat ſi nubat, nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceßitatem, poteſtatem autem habens voluntatis ſuæ, & hoc decreuit in corde ſuo,

ſer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſeruare virginem ſuam, bene facit, Igitur & qui Matrimonio iungit Virginem ſuam, bene facit, & qui non iungit, melius facit.

Hæc admonitio nullam facit mentionem præcepti, multo minus impij & ſuperſtitioſi voti, & tyrannicæ poſt votum coactionis. Imo vero expreſſe dicit Apoſtolus, ſe tantùm conſilium dare, cuius obſequium eſt liberum, non proponere præceptum Domini, quod ſe non habere dicit, de perpetua Virginitatis aut cœlibatus neceſſitate. Etſi enim virginitas ſit quidem commoda ad ſeruiendum Deo, propterea quod eſt vacua curis, & moleſtijs, quas ſecum adfert coniugium, tamen electionem eius, in qua eligentis donum conſiderandum eſt, liberam eſſe debere, quæ libertas non tantum de vno momento temporis ante votum intelligatur, ſicut Papiſtæ calumniantur: Sed debet hæc libertas intelligi de tota vita, ſeu tota obſeruatione. Semper enim cum cœlebs ſentit ſe dono continentiæ deſtitui, liberum habet acceſſum ad vitam coniugalem, ſicut ſine exceptione temporis aut voti dicitur: Qui non continent nubant, Melius eſt enim nubere quàm vri. Item, Si acceperis vxorem, non peccaſti, Et ſi nupſerit virgo, non peccauit.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sic intellexit vetus Eccleſia Apoſtolicam admonitionem.

Neq; mihi obijciat quiſquam diſputationem de virginitate & cœlibatu in Eccleſia eſſe peruetuſtam, inq; Synodis ac inter doctos tractatam eſſe diu, antequam primatus Papæ conſtitutus fuit. Nam neq; vetuſtas, neq; perſonæ alicuius dignitas errori patrocinatur. Maior eſt enim Spiritus ſancti, dicentis per Apoſtolum, quod prohibitio coniugij ſit doctrina Dæmoniorum, quàm vllius, quamuis antiquiſſimæ ætatis, aut hominis autoritas.

Teſtantur hiſtoriæ apud Aſſyrios, Templum Dianæ Ecbatanæ fuiſſe, cuius Sacerdotes fuerunt virgines, quæ perpetuæ virginitatis votum fecerant. Æneam ſcribunt eandem religionem ex Troiana terra in Italiam apportaſſe, eiuſq; filium Aſcanium Deæ Veſtæ primum Templum Albæ poſuiſſe. Deinde Numa Pompilius, ſecundus rex Romanorum, qui regnare cœpit, Anno ante Chriſtum natum ſeptingenteſimo, vndecimo, Veſtales virgines ex Alba Romam tranſtulit, eiſq; ſtipendiũ ex publico ærario conſtituit, lege perpetua virginitatis hac ratione mitigata, Ordinauit enim, vt non minor annis ſex, nec maior annis decem, in ſocietatem il-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lam reciperetur, iiſq; non perpetuam, ſed triginta annorum virginitatem præſcripſit, vt TRIMO decennio religionis ritus & cæremonias diſcerent. SECUNDO decennio officia Religionis obirent. TERTIO decennio alias viciſsim docerent. His annis 30. elapſis liberum erat depoſito Sacerdotio ex ſocietate egredi, & vel nubere, vel apud amicos viuere. Quod ſi vero ante illud tempus aliqua perpetratæ ſcortationis conuicta eſſet, ea circa Collinam portam viua in ſubterraneum ſpecum demittebatur, terraq; obruebatur.

Romulus Romanæ vrbis conditor, collegium fratrum vndecim, ſeu Monachorum arualium conſtituit, quorum inſigne fuit alba corona ſpicea & infula, His Numa Flaminum & Saliorum Sacerdotum collegia addidit, ex quibus Pontificem magnum creari iuſsit, cuius poteſtati omnia ſacrorum iura ſubiecit. His vero Sacerdotibus vnum matrimonium conceſſum fuit, nec licuit eis ſecundam vxorem ducere, itaq; mortuis vxoribus Sacerdotio ſe abdicabant.

Si quis cum his Ethnicorum conſtitutionibus conferat leges Papiſticas, haud obſcure cernet has ex illis eſſe natas, & vnum eſſe Autorem illum, qui multis talibus Ethnicis

ſuper

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſuperſtitionibus Religionem veram contaminare ſemper ſtuduit. Aucta eſt autem indies impiarum legum Tyrannis, vt illa ſeueritas ſuperſtitionum augeret reuerentiam.

Fuêre vero ſemper in Eccleſia, qui iuxta doctrinam Apoſtoli leges illas de obſeruatione perpetui cœlibatus ſeu virginitatis, ſingularis Religionis, & diuini cultus ergô reprehenderunt. Montanici, Marcionitæ, Taciani, & Encratitæ, antiquitus nuptias damnauerunt, vt ſimulatione continentiæ religioſæ alios impios errores ornarent, & ſeſe venditarent. Verum hos Eccleſia declarauit Hæreticos. In Clemente lib. 3. Stromatum extant hæc verba de Martionitis: Volunt abſtinere, vxores ducere nolunt, Et malam dicunt eſſe generationem. Addit autem expreſſe Clemens, quod illam impietatem didicerint à Philoſophis, & ex malo intellectu verborum in Apocrypho Euangelio ſecundum Ægyptios, in quo ſcriptum fuit, Chriſtum dixiſſe ad Salomen, Veni ad diſſoluendum opera fœminæ, quod ipſi de generatione interpretati ſunt. Epiphanius narrat ipſorum horrenda ſcelera, quæ mentita illa puritate tegere voluerunt. Et de Marcione præcipuo illorum magiſtro ſcribit, Eum exceptum hoſpitio à quodam Diacono in Cypro, abduxiſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ab hoſpite vxorem ipſius deceptam ſpecie nouæ religionis, ſed cum abductam ſtupraſſet, miſera mulier aliquanto poſt ad maritum rediit, deplorans ſuum erratum, & veniam petens.

In Synodo Nicena cum aliqui Sacerdotibus vellent coniugium interdicere, ſanctus ſenex Paphnutius qui erat cœlebs conſtantiſſime contradixit, affirmans coniugalem conſuetudinem caſtitatem eſſe. In decretis Synodi Gangreſſis ſcriptum eſt, Nos virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum caſtitate & religione Deo acceptiſſimam dicimus, Et nuptiarum vinculũ quod ſecundũ caſtitatẽ perdurat honoramus. Hieronymus qui aliquoties nimis iniquus eſt nuptiis, tamen motus autoritate Apoſtoli, etiã poſt votũ concedit poteſtatem eligendi cõiugiũ illis qui dono cõtinentiæ carent. Ita. n. ſcribit in fine Epiſtolæ ad Demetriadem de ſeruanda virginitate. Sanctũ virginũ propoſitum, & cœleſtis angelorumq́; familiæ gloriam, quarundam non bene ſe gerentium nomen infamat, quibus aperte dicendum eſt, vt aut nubant ſi ſe continere non poſſunt, aut contineant, ſi nolunt nubere. Conſentit Auguſtinus in libro de bono coniugali, & citatur diſtinctione 27. Quidam, inquit, nubentes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

poſt votum aſſerunt Adulteros eſſe, Ego vero dico vobis, quod grauiter peccant, qui tales diuidunt. Hæc etiam fuit Cypriani ſententia, quæ extat Epiſtola 11. Si ſe ex fide Chriſto dicauerunt virgines pudicæ & caſtæ ſine vlla fabula perſeuerent, ſi autem perſeuerare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt vt nubant, quam vt in ignem delitijs ſuis cadant.

Sit itaq; ſumma huius tractationis de virginitate ſeu vita cœlibe, eam quidem eſſe ad ſeruiendum Deo, & tranquille viuendum commodam, ſed caſtè obſeruari ab his, qui corpore ſano & integro ſunt non poſſe, ſine ſingulari dono Dei: Cum itaq; nulla (vt Paulus dicit) Lex Domini extet, quæ neceſſitatem perpetuæ virginitatis, ſeu cœlibatus imponat, imo vero cum coniugium, tum procreationis, tum etiam vitandæ ſcortationis gratia, pro his qui non continent ſit inſtitutum, Ideo nulla humana autoritas ſeu poteſtas Leges ferre debet de coactione ad perpetuam vitam cœlibem, ſed debet manere libertas, quam Deus conceſſit. Omnium autem maximè cauendum eſt, ne vel legibus de perpetua continentia, vel electione eius addatur opinio ſuperſtitioſa ſingularis meri-

ti, au

bi, aut prærogatiuæ apud Deum, præ coniugibus, in acquiſitione æternæ ſalutis, quæ opinio impia in Papiſticis collegijs Monachorum, Monacharū et Sacerdotum prædominatur, atqui è diametro cum vera Chriſtiana religione, ac fide, eaq́ quam per Chriſtum liberati ſumus libertate, pugnat. Plura de hac materia dicenda erunt in capite de Sacerdotum coniugio.

CAPVT QVARTVM.

DE COLLEGIIS COELIBVM, QVÆ MONAſteria ſeu clauſtra appellantur.

NOn dubium eſt multos Imperatores, Reges, Principes, & alios Magiſtratus, aut homines diuites admonitos à doctis, bono conſilio inſtituiſſe, & prouentibus ad vſus neceſſarios donaſſe collegia, non tantum Sacerdotum liberorum, quos Canonicos & Vicarios vocauerunt, ſed etiam concluſarum perſonarum, vtriuſq; ſexus, quas Monachos & Monachas, à ſolitaria vita appellamus, & antiquitus Laicis ſunt annumeratæ, idq́ Patrum ſcripta oſtendunt, in quibus Mona-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

chi, à Clericis, hoc eſt, Sacerdotibus & illis
qui officia Eccleſiaſtica tenent, diſtinguun-
tur. Clariſsimè autem illud demonſtrat Ca-
non quartus Concilij Chalcedonenſis, quo
cautum eſt, ne Monachi Eccleſiaſtica officia
tractent. Fuit autem illud inſtitutorum con-
ſilium, vt Sacerdotes quidem miniſterijs fun-
gerētur Eccleſiaſticis, monaſteria vero Scho-
læ eſſent, quemadmodum quoq; Philo & So-
zomenus ſcripſerunt, Monachos antiquos
fuiſſe philoſophatos, aut eſſent honeſta, tran-
quilla & pia hoſpitia earum perſonarum
quæ ad ciuilis vitæ ſocietatem non eſſent ido-
neæ, aut alioqui ab ea abhorrerent, ſeq; ad
tranquillitatem componere vellent. Ideoq;
ne otio & deſidia allicerentur ad vitia (eſt
enim otium Satanæ puluinar, & multa mala
docet) addita ſunt exercitia, & moderato-
rum laborum, & piarum lectionum, cantio-
num & precum, vnà cum vtilibus, & non
ſuperſtitioſis exercitijs abſtinentiæ ad morti-
ficationem carnis. Et ſicut Patres, ac Matres-
familias domeſticā diſciplinam regunt, ita in
his collegijs ſeu domibus perſonæ ætate gran-
des, & pietate, prudentia ac grauitate præ-
ſtantes, pro familiarum illarum patribus &
matribus electæ ſunt, ab illis pia & honeſta
diſciplina, iuxta Decalogum, & certa ſtatuta

non

non pugnantia cum Decalogo, obſeruata fuit. Talia fuerunt vetera monaſteria, ſine Idolomania, & impijs ſuperſtitionibus. Sed non diu manſit hæc Monaſteriorum pietas & ſimplicitas. Nam antiquus ſerpens, qui primos parentes in Paradiſo tentauit & decepit, is etiam ſuæ tentationis, illius ſcilicet (Eritis tanquam Dij) virus abunde in hæc monaſtica hoſpitia, ſeu collegia effudit, eaq; in officinas omnium Idolomaniarum, impietatum, ſuperſtitionum, aliarumq; multarum abominationum conuertit. Aliud enim nihil ſunt Papiſtica illa Monaſteria, ſub imperio Antichriſti, in quæ Monachus & Monacha cum impietate & ſuperſtitionibus ingrediuntur, & niſi à Domino luce Euangelij illuminentur, cum impietate & ſuperſtitionibus totam vitam tranſigunt, non Deo, ſed Dæmonijs ſeruientes, & cum impietate ac ſuperſtitionibus moriuntur, et ſepeliūtur. Quicquid enim in illis monaſterijs Papiſticis eſt, et agitur, omne id impijs & contra filium Dei blaſphemis ſuperſtitionibus & idolomanijs plenum eſt. Templa, domus, cubicula, idolis & idolatricis cultibus abundant, Comæ, veſtes, calcei, ſermones, geſtus, impietatem & hypocriſin profitentur, cum impia hypocriſi editur, ieiunatur, accipitur, datur, inceditur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſedetur, iacetur, vigilatur, dormitur, & quod horrendiſsimum eſt, etiam oratur. Non refero alia peccata multa, quæ ſine pudore recenſeri non poſſunt. Hæc cauſa fuit, cur ſanctus Propheta Lutherus monaſticam vitam tantopere arguit, & cur pij Reges, Principes & Magiſtratus, iſta impietatis delubra euacuerunt, & ad alios pios vſus pleraq; conuerterunt, quæ ſi in antiqua manſiſſent ſimplicitate, in ſanctimonia mutationis illius occaſionem non præbuiſſent. Vt autem ſciant iuniores non noſtra tantum ætate ſuperſtitiones illas reprehenſas eſſe, ſed olim etiam, cum hæ impietates primum in illis Collegijs creſcere inciperent, ideo aliquot decreta Synodi Gangrenſis, celebratæ in Paphlagonia anno Chriſti 333. cuius autoritas ab antiquis facta eſt plurimi, recitabo, quæ ſunt è diametro oppoſita ſuperſtitionibus Sacerdotum & Monachorum Papiſticorum, Capitulo primo, Si quis vituperat nuptias, Anathema ſit.

Capitulo 3. Si quis ſeruum alienum occaſione religionis doceat Dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium relinquere debere, ac potius non docuerit ſuo Domino bona fide, & cum omni honorificentia deſeruire, anathema ſit.

Capi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Capitulo 4. Si quis diſcernit Presbyterum coniugatum tanquam occaſione nuptiarum offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo ſe abſtineat, anathema ſit.

Capitulo 12. Si quis virorum putauerit ſancto propoſito continentiæ conuenire, vt pallio vtatur, tanquam ex eo iuſticiam habiturus, & reprehendat vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris vtuntur, & alia veſte communi, quæ in vſu eſt, anathema ſit.

Capitulo 15. Si quis dereliquerit proprios filios ſuos, & eos non aluerit, & quod pietatis eſt, neceſſaria non præbuerit, ſed ſub occaſione continentiæ negligendos putauerit, anathema ſit.

Capitulo 16. Si qui filij parentes, maxime fideles, deſeruerint, occaſione Dei cultus, hoc iuſtum iudicantes eſſe, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, anathema ſint.

Capitulo 17. Quæcunq; mulier religioni iudicans conuenire, comam ſibi amputauerit, anathema ſit.

In Concilio Ancirano damnata eſt ſuperſtitio abſtinētiæ à carnibus, & expreſſe dicitur: Si quis carnes immundas & abomi-

nandas exiſtimauerit, ceſſare debet ab ordine ſuo.

CAPVT QVINTVM.

DE CONIVGIO ET CONIVGALI CAſtitate.

Honorabile apud omnes coniugium, & thorus immaculatus, fornicatores autẽ & adulteros iudicabit Dominus, Hebræorum 13. Hoc ſanctum & Apoſtolicum Encomium vitæ coniugalis diligenter obſeruandum eſt. Vocamus autem coniugium legitimam, & perpetuam vnius viri, & vnius fœminæ coniunctionem, diuinitus inſtitutam, generationis cauſa, & ordinatam ad vitandas libidines, vt in ea ſocietate coniuges Deo conditori morem gerant, obtemperent eius ordinationi, vitent ne polluantur contra eam ordinationem, complectantur ſe mutuo & vero amore, procreent & educent liberos, eiſq́; tradant veram Dei notitiam, vt agnitio Dei propagetur & conſeruetur, & vt ſocietati humanæ relinquant ſucceſſores bonos, qui ſint futuri vtiles. Hæc Definitio omnes cauſas recitat, & ſimul

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mul etiam complectitur eum finem, de quo Philoſophi & Legumlatores locuti ſunt, nimirum vt Respublicæ non deſtituantur hominibus, ad earum conſeruationem vtilibus, in omni vitæ genere, Hanc Rerumpublicarũ vtilitatem vocat Metellus ſalutem ipſarum perpetuam. Si (inquit) ſine vxoribus eſſe poſſemus, omnes ea moleſtia careremus, ſed quoniam ita natura tradidit, vt nec cum illis ſatis commodè, nec ſine illis vllo modo poßit viui, ſaluti perpetuæ potius quam breui voluptati conſulendum eſt. Vt vero Encomion Apoſtolicum, quo coniugium ornat, appellans illud honorabile, rectè intelligatur, conſideranda eſt accuratè eius vocis ſignificatio. Honorabile dicitur, quod honore dignum eſt, tum honorificæ exiſtimationis, tum reuerentiæ in vſu. Primum itaq; quod ad honorificam exiſtimationem attinet, debet coniugium apud omnes homines eſſe honorabile, propterea quod eſt bona & ſancta ordinatio, creata ſeu facta à Deo in creatione generis humani, ſicut ſcribit Moſes, Dixit Deus, Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, Faciamus ei adiutorium, Et ædificauit coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, hoc eſt, Deus fecit ex coſta Adæ mulierem, vt eſſet Adæ coniux ſeu auxilium, ſeu ſo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tia domeſtica. De ſexuum etiam creatione dicitur Geneſis 1. Et repetitur à Chriſto, Matth. 19. Qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos. Addita eſt creationi ſexuum ad ſocietatem coniugalem reuerenda & ſancta benedictio: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Sicut autem alijs rebus manet non tantum ſubſtantia creata, ſed etiam perpetua quædam vis naturæ inſita & ſancita benedictione creatoris, Terra, arbores, plantæ, animantia retinent vim benedictionis ad propagationem & conſeruationem ſpecierum, quæ vis naturæ admirabilis, eſt teſtis ſapiẽtiſsimæ creationis, ac Creatoris: Ita in humano genere, etiã poſt lapſum manet in vtroq; ſexu ſingularis quædã naturæ vis, potentia & inclinatio, quæ in omnibus gentibus teſtatur, ſexuum creationem & mutuam ad ſe inclinationem, cum virtute propagationis ſpeciei, eſſe opificium diuinum. Et teſtatur conſcientia omnium hominum, quod ea ſexuum potentia & inclinatio, etiam certa lege naturæ conſtricta ſit, ne ſit vaga, ſed pudica, iuxta ſextum præceptum Decalogi, Non mœchaberis. Omnes enim homines, qui huius præcepti ordinationem transgrediuntur in propria conſcientia ſentiunt, ſe cæco (vt Poeta dicit)

ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

verbere cædi, & admoneri, quod contra ordinem diuinum agant, & inhoneſtè ac turpiter faciant. Accedit in hiſtoria creationis etiam alia commendatio, quæ coniugium apud omnes homines facere debet honorabile. Etſi tantum vnus tunc eſſet vir, & vna fœmina in Paradiſo, nec plures eſſent in toto mundo homines, tamen noluit Deus illos ſine certa lege, & ordine committere, ſicut alias pecudes, ſed voluit vt ſocietas ſexuum in humano genere eſſet diſtincta à cõmixtionibus aliorum animantium, Ideoq; non vaga aut illegitima, ſed certa lege circumſcripta eſſet. Idcirco cum Adam & Eua parentibus & amicis carerent, qui ſponſalia curarent, nec vllus eſſet homo, qui ipſos coniugij lege connecteret, Ipſe quidem cœleſtis & æternus Deus, ordinator coniugij, id quoque officij in ſeſe recepit. Duxit enim Euam ad Adam, ſicut Sponſa adducitur Sponſo ad Aram, & Spiritu ſuo ſancto ſponſum mouit, vt Sponſam adductam cum læto conſenſu, & approbatione acciperet, ad perpetuam & indiſſolubilem ſocietatem, promulgata ad omnes poſteros perpetua lege, de coniugali ſocietate: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. De qua lege

Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Chriſtus inquit Matth. 19. Quod à Deo dicta, hoc eſt, decreta & lata ſit, quia Adam pater humani generis, per Spiritum ſanctum eam promulgauit, & quod verba illa legis ſint cum effectu, vt Iureconſulti loqui ſolent, intelligenda. Ideo additur: Itaq; iam nō ſunt duo, ſed vna caro. Mirifice auget coniugij honeſtatem, quod filius Dei Ieſus Chriſtus (Iohan. 2.) vna cum ſancta matre Maria virgine, & diſcipulis, ad nuptias in Cana Galilææ acceßit, eaſq; primo miraculo, nimirum, conuerſione aquæ in vinum honorauit, & quod à Filio Dei, ac Spiritu ſancto in deſcriptione coniunctionis ſanctißimæ, quæ eſt inter Chriſtum & Eccleſiam, allegatur imago ſancti coniugij. Chriſtus appellatur ſponſus Eccleſiæ, Eccleſia Sponſa Chriſti vocatur. Coniunctio & ſocietas, quæ fit in verbo & Sacramentis per fidem, ad æternam communionem omnium bonorum Chriſti, vitæ æternæ, & hæreditatis cœleſtis, appellatur deſponſatio, Oſeæ 2. Et 2. Corinth. 11. Item, Nuptiæ, hoc eſt, Coniugium, Matth. 22. Apocaly. 19. Et accommodantur ad ſanctißimam illam coniunctionem, etiam verba matrimonialia Adæ, Hoc nunc os de oßibus meis, & caro de carne mea. Item, Erunt duo, in carnem vnam. Sic enim inquit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Apoſtolus ad Epheſ. 5. Sumus membra corporis eius, de carne, & de oßibus eius.

Hæc de reuerentia coniugalis ſocietatis ſæpe cogitanda ſunt, Quod enim Deus ſanctificauit & honorauit, eſtq́; coram Deo honorabile, de eo ſancta & honorifica debet eſſe omnium hominum exiſtimatio, iudicium, ſermo.

Secundo, Quod ad honorificum vſum coniugij pertinet, ſciamus ſanctæ & honeſtæ ordinationis Dei, ſanctũ & honeſtum vſum eſſe oportere, in quo ſemper prælucere debet reuerẽtia honorificæ exiſtimationis. Vt enim in alijs rebus honeſtus vſus reuerentiam Iudicij ſignificat, inhoneſtus abuſus vero contemptum: Sic etiam illi, qui coniugio cum honeſtate vtuntur, reuerentiam erga Dei creationem, & ordinationem præ ſe ferunt, qui ſecus faciunt, illi ſatis declarant eum, quem in corde & cogitationibus alunt, diuinæ creationis, & ordinationis contemtum. Præſcriptus autem eſt honeſtus coniugij vſus, & prohibitæ ſunt libidines omnes, quæ ſunt inhoneſtus abuſus creatæ potentiæ generatiuæ, per verba præcepti ſexti (Non mœchaberis) cuius aliquam noticiam etiam lex naturæ, teſte cuiuſq́; hominis conſcientia dictat, ſed in ſacra Scriptura multis inſignibus ſententijs

& ex-

& exemplis honeſtus & ſanctus vſus coniugij eſt declaratus, cuius quidem primus gradus ab inuocatione Dei & pietate incipit. Salomon dicit Prouerbiorum 19. Vxorem prudentem à Domino dari. Quod dictum de toto coniugio intelligi debet, quod & maritus bonus, & vxor bona, & bonum coniugium, ſint dona Dei, quæ per inuocationem Dei petenda, & cũ pietate, eis vtendũ eſt, ſine inuocatione .n. Dei & abſq; pietate nihil homini bonũ, fœlix & ſalutare eſt, pijs vero & innocantibus Deum omnia ſanctificantur, vt ſint ipſis bona, & ſalutaria. Vt itaq; cõtingat & maneat bonum coniugium, omnis de coniugio cogitatio, & totus ipſius vſus, regatur & gubernetur inuocatione cum pietate coniuncta. Abraham cogitans de filij Iſaac coniugio, cum eius gratia ſeruum Eleaſarum ablegat, admonet eum de prouidentia Dei, qua coniugia gubernantur. Hæc admonitio ſicut oſtendit præclaram fidem, ita ſine inuocatione ſenis Abrahæ & filij Iſaaci non eſt facta, Et quidem ſeruus Eleaſar mandati accepti executionẽ ab inuocatione incipit, qua ſibi ſponſam herilis filij, à Domino præparatam monſtrari orat. Tobiæ hiſtoria huius admonitionis gratia etiam à Spiritu ſancto deſcripta, & Eccleſiæ propoſita eſt, vt ad eius imitationem

nem

nem componant ſe omnes, qui de coniugio cõtrahendo cogitant,& in eo viuunt. Repeti enim quotidie in precibus coniugum debent orationes Tobiæ & Saræ, ac ſemper debet cogitari admonitio Angeli Raphaelis cap. 6. Audi me, et oſtendã tibi, qui ſint quibus præualere poteſt Dæmonium. Hi namq; qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à mente ſua excludant, & ſuæ lididini ita vacent, ſicut Equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet Dæmonium poteſtatem ſuper eos. Tu vero cum acceperis Sponſam, orationibus vacabis cum ea. Itẽ accipies virginẽ cũ timore Domini. Vbi .n. timor Domini, ſeu pietas eſt in coniugio, ibi etiã Domini adeſt benedictio, ſicut Pſalmus 128. docet, qui præcipuè coniugibus ſcriptus eſt, Beatus vir qui timet Dominum, & qui ambulat in vijs eius. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit, Vxor tua ſicut vitis fœcunda circa latera domus tuæ, filij tui ſicut plantulæ Oliuarum, circa menſam tuam. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus ex Zion, vt videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ, & videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael.

Secundus gradus honeſti vſus coniugij eſt legitimus eius vſus ad fines ordinatos,

gene-

generationem, & vitationem fornicationis. de hoc vſu admonet Apoſtolus 1. ad Theſſ. 4. Quod debeat vnuſquiſq; vas ſuũ poßidere in ſanctificatione & honore, Et 1. Cor. 7. inquit: propter fornicationẽ vitandam vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, & vnaquæq; ſuum maritum. Mulier ſui corporis poteſtatẽ non habet, ſed vir. Similiter & vir corporis ſui poteſtatem non habet, ſed mulier.

Tertius gradus eſt ſincerus amor coniugum inter ſe, præſtans mutuam beneuolentiam, & officia cum reuerentia diuini ordinis. Maritus cum reuerentia ordinationis Dei, ſincero animo complectatur coniugem, ſociam vitæ, & alteram partem ſui ipſius, modeſtè & prudenter ei cohabitet, tanquam inferiori, honorem impertiens, vt cohæredi gratiæ & vitæ, non ſit erga ipſam amarus ſeu Tyrannus, ne preces interturbentur, diligat eam, ſicut Chriſtus Eccleſiam, & tanquam proprium ſuum corpus amet, nutriat, foueat. Vxor viciſſim cum reuerentia ordinationis Dei, Maritum tanquam caput, & Dominum ſuum honoret, diligat, timeat, reuereatur, eiq; cum ſpiritu quieto, & modeſto obediat, Et ſubiecta ſit, ſicut Eccleſia Domino, & capiti ſuo Ieſu Chriſto. Et ſicut Sara obediuit Abrahæ Dominum eum vocans. Hæ præceptiones traditæ ſunt, 1. Pet. 3. Epheſ. 5. Coloſ. 3.

Quar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quartus gradus eſt, vt coniuges patienter in fide ferant coniugij cruces & moleſtias, exhibentes eum honorem Deo & diuinæ ordinationi, ne propter aduerſitates maledicant ordini ſancto Dei, aut eum ordinem turpiter, & impiè deſerant. Propter peccatum primis parentibus ſtatim crux coniugij impoſita eſt, Ad Adamum enim dixit Deus: Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vitæ tuæ, Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. Ad Euam vero dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & ſub poteſtate Viri eris, & ipſe Dominus tuus erit. Hæ ſunt cruces, moleſtiæ & ærumnæ vtriuſq; ſexus, in coniugio, quæ manent ad omnem poſteritatem, & magis magisq;, creſcentibus peccatis mundi augentur. Vere experitur, omnis maritus ſeu Paterfamilias in ſua cura œconomica, terram maledictam eſſe propter peccata hominum, ſicut in verſu dicitur:

Plena malis terra eſt, vndaq; plena malis.

Verè experitur terram ſpinas & tribulos proferre non tantum illos, qui in agris naſcuntur, ſed ſpinas & tribulos moleſtiarum, afflictionum, curarum, dolorum, ærumnarum omnis ge-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

neris. Verè itaq́ non tantum laboris, ſed etiam doloris panem comedit. Sic vere quoq; experitur omnis Materfamilias eaſdem cum marito moleſtias, & alias quoq; quæ ſunt eius ſexus propriæ, Atq; hæc quidem omnia non illi tantum experiuntur, qui ſunt infimæ conditionis & abiectæ fortunæ, ſed etiam illi, quos iudicamus eſſe ſplendidiſsimos & fœliciſsimos, ſicut rectè inquit Dauid, Pſalm. 91. Quod etiam cum optima vita eſt, tamen labor & dolor eſt. Sciant vero coniuges pij in his ærumnis & moleſtijs Deo in fide per patientiam obediendum eſſe, & hanc reuerentiam in illa ſancta ordinatione deberi Deo, quemadmodum Pſalm. 37. ſcriptum eſt, de patientia in omni vocatione: Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & victum quære honeſte. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Subditus eſto Deo, & ora eum. Qui ſic faciunt, illis cruces & ærumnæ iſtæ à Deo ſanctificãtur, vt ſint ſalutaria exercitia pietatis, quæ ipſis ad bonum operantur. Ita enim de cruce pij mariti dicit Dauid Pſalm. 128. Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Et de Mulierum ærumnis inquit Paulus, 1. Timoth. 2. Saluabitur mulier per liberorum generationem, ſi permanſe-

4

manſerint in fide & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate.

CAPVT SEXTVM.

DE CAVSIS CONIVGII.

PRima cauſa efficiens coniugij eſt Deus, huius ordinis, vt dictum eſt, Creator & Conditor, qui ſuam voluntatem quoq; de huius ordinis conſeruatione inſeuit mentibus humanis, atq; lege, verboq; ſuo reuelauit, & ſemper horribilibus pœnarum exemplis declarauit apud omnes gentes, quod huius ordinis ſui cuſtos ſit.

Secunda cauſa à prima, ordinata eſt Lex, ſeu verbum Dei, in Eccleſia reuelatum, & apud omnes gentes Lex naturæ, & aliæ honeſtæ leges, cum lege reuelata, & lege naturæ conſentientes. Hoc teneri neceſſe eſt, vt ſciamus etiam eſſe coniugia legitima apud Ethnicos, qui ordinem legis naturæ obſeruant.

Tertia cauſa efficiens eſt legitimus conſenſus perſonarum, quæ iungi debent, & quæ ad legitimum illum conſenſum, vt ſit ſtabilis, ſecundum leges & honeſtas conſuetudines requiruntur, nimirum conſenſus parentum, ſponſalia, ſeu deſponſationes, vna cum ordinata copula-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tione iuxta ritum Eccleſiæ, aut aliarum gentium honeſtas & vſitatas Ceremonias.

Materialis cauſæ ſunt duæ perſonæ, vnus Mas, & vna Fœmina, & non plures, quæ legitimè iungi poſſunt. Scriptum eſt enim, Maſculum & Fœminam creauit eos. Item, Erunt duo, non erunt tres aut quatuor, aut plures, in carnem vnam.

Forma coniugij, eſt ipſa coniugalis ſocietas, & coniunctio perpetua, legitima & indiſſolubilis, quæ omnia officia coniugalia complectitur. In cogitatione de cauſis finalibus coniugij, ſemper reſpiciamus ad dictum in Geneſi, dixit Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium, quod coram ipſo ſit. Hæc ſapientiſſima Trinitatis deliberatio & decretū admonet de cauſis finalibus. Deus.n. nihil fecit fruſtra. Sunt autē expreſſæ hæ cauſæ finales coniugij, ante lapſum. Prima, vt ſit ſocietas coniugū, et mutua communicatio officiorū quæ domeſtica ſocietas coniugū vt eſt fundamentū, ita etiā exemplum debet eſſe omniū ſocietatum in vita. Hanc cauſam finalem præcipuè monſtrant ſignificationes verborum illorum, Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, ſeu qu od coram ipſo; aut apud ipſum ſit. Item, ædificauit coſtam in Mulierem, hoc eſt, creauit eam ad ſocietatem œconomicam. Secunda cauſa finalis eſt huic annexa, nimirum, ordinata propagatio &

con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

conſeruatio generis humani, conditi ad imaginem Dei, & æternam ſocietatem cum Deo. Hoc in benedictione dicitur: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Hæ duæ cauſæ finales manent etiam poſt lapſum, & quidem expreſſe repetuntur, Geneſ. 4. In dolore paries filios tuos. Item, ſub poteſtate viri eris, & ipſe Dominus tuus erit. Noluit enim Deus generationem omitti, ſed eam voluit, & vult manere propter Eccleſiam, cui promiſit, & donauit vnigenitum Filium redemptorem, quæ Eccleſia ex genere humano omnibus temporibus colligitur, vt per Spiritum ſanctum regenerata ac renouata bene agnoſcat, inuocet, & ſancta obedientia colat Deum, eiuſq; agnitionem in hac vita docendo propaget & conſeruet, & poſt hanc vitam in ſocietate cœleſti ipſum in omnem æternitatem intueatur & celebret. De hoc fine obſeruentur verba in oratione Tobiæ Iunioris. cap. 8. Domine tu ſcis, quia non luxuriæ cauſa accipio coniugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſecula ſeculorum.

Acceßit autem poſt lapſum tertius finis, de quo Apoſtolus ſcribit, 1. Corinth. 7. propter fornicationem vitandã, vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, & vnaquæq; ſuum Maritum. In Scholis dici ſolet coniugium ante lapſum eſſe

inſtitutũ ad officiũ. poſt lapſum ad officiũ & remedium. Addã pauca Philoſophorum dicta, quæ etiã de cauſis coniugij admonent, Et vel ex lege naturæ, vel ex doctrina patrũ ſumpta ſunt. Muſonius in libro: An philoſophũ impediãt nuptiæ, ſic inquit: Nuptiæ ſunt ſecundum naturam, ſi quid aliud, quam enim aliã ob cauſam opifex hominum in duas partes primum diuiſit genus noſtrum, & deinde cupiditatem vehementem vtriq; iniecit conuerſationis, & coniunctionis cum ingenti deſiderio mutuo, nonne inde fit euidens, quod vtrũq; ſexũ coniungi voluerit, & communi opera vitã inſtituere, ſeq; mutuo iuuare, & gignere ſimul, ac educare liberos, vt genus noſtrum perpetuũ eſſet? Hierocles libro de nuptijs, Nuptiæ viro prudenti, ceu bonũ proponuntur, nimirum nobis conueniens, niſi quid impedimenti prohibeat. Videtur autem ipſa natura multo prius quam vir ſapiens, vtpote quæ & ipſum ſapientem ad nuptias inſtigat, nos admonere. Non enim ſociabiles ſolum, ſed vt bini cohabitemus fecit, & huic ſocietati vnum communeq; opus, liberorum procreationem, & vitæ ſtabilis conuerſationem propoſuit. Probe itaq; ipſa natura nos docet, quod ex ipſius conſtitutione ea quæ facere decet eligi oporteat. Plato 6. de legibus: In coniugio hæc conſolatio propoſita ſit, quod coniuges oporteat

n atu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

naturæ humanæ perpetuitati ſtudere, vt liberos liberorum relinquentes, ſemper Deo cultores in ſuum locum ſubſtituant. Item, Oportet parentes gignere & educare liberos, qui vitam tanquam lampadem poſteris tradant, vt ſemper ſint aliqui colentes Deum, iuxta legem. Eadem ſententia eſt in verſibus Euripidis, de liberorum generatione in coniugio, qui citantur à Lycurgo.

Cauſam quare procreamus liberos
Hanc eſſe præcipuã putandum eſt, vt Dei
Noticia luceat futuris ſeculis,
Semperq́; cuſtodes ſint ſuperſtites
Cæleſtium legum, atq; templorum Dei,
Qui in patria tueantur has res optimas,
Et diſciplinam ciuium, & mores bonos
Non impia feritate deleri ſinant.

Lectione dignæ ſunt prolixæ orationes Hieroclis & Antipatri, de commodis nuptiarum apud Stobæum.

CAPVT SEPTIMVM.

DE PERSONIS, QVÆ CONIVGIVM LEGITIME inter ſe poſſunt contrahere.

IN omni actione de duarum perſonarum coniugio prima conſideratio eſſe debet, an legi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

timè connubium inter ipſas contrahi poſſit, An vero copulatio earum ſit aliqua lege prohibita. Intelligitur autem omnes perſonas legitimè coniungi poſſe, quarum coniunctio non eſt legibus prohibita. Debent itaq; prohibitiones vulgo notæ eſſe. & laudanda eſſet conſuetudo, ſi tabula prohibitionum publicè in ciuitatibus propoſita eſſet, aut quotannis populo tam in Pagis, quam in Vrbibus prælegeretur, Ita minus accideret errorum, qui poſtea cum factis imprudenter ſponſalibus innoteſcunt multas intricatas difficultates pariunt.

CAPVT OCTAVVM.

DE ARBORE CONSANGVINITATIS.

IN explicatione prohitionum Coniugij ſæpe fit mentio graduum conſanguinitatis & affinitatis, Ideo arborum, vt Iureconſulti vocant, tam conſanguinitatis quam affinitatis declaratio ad prohibitionum intelligentiam eſt neceſſaria: Primum itaq; conſanguinitatis, poſtea affinitatis arborem, quam breuiſſimè declarabo.

Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum, quæ propterea quod ab eodem ſtipite ortæ ſunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſunt, ſanguinis & naturæ ſocietate propius iunctæ ſunt.

Et tales perſonæ vocantur communi nomine conſanguinei, ac in duas ſpecies diuiduntur.

Alij vocantur Agnati, qui ad lineam maſculinam ſeu paternam pertinent.

Alij Cognati, qui pertinent ad lineam fœmininam ſeu maternam.

Obtinuit tamen vſus, vt ſæpe cognatio in genere conſanguinitatem, & cognatus conſanguineum ſignificet.

Stipes vocatur eà perſona, à qua aliæ de quarum coniunctione agitur, traxerunt originem, vel ad quam earum refertur coniunctio.

Arbor conſanguinitatis vocatur tabula, quæ conſanguineorum diſtantias lineis & gradibus diſtinctas ob oculos ponit.

Arbor conſanguinitatis duplex eſt, Ciuilis vel Legalis & Canonica.

Arbor ciuilis ſeu legalis ad ſucceſsiones & tutelas ſpectat.

Arbor Canonica ad Matrimonia ſpectat.

Sunt autem vtriuſq; arboris partes, Linea & Gradus.

Linea vocatur collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens & numeris diſtinguens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur, quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe diſferant.

Linea in vtraq; arbore triplex eſt: aſcendentium, deſcendentium, & collateralium.

Linea aſcendentium eſt, quæ ſtipitis aut perſonæ maiores, à quibus deſcendit, continet & numerat, vt Patrem, Auum, Proauum & vltra.

Linea deſcendentium eſt, quæ continet & numerat perſonas à ſtipite deſcendentes, vt Filium, Nepotem, Pronepotem & vltra.

Linea collateralium eſt, quando numeramus Fratres, Sorores & vlteriores. Hæc etiam transuerſalis linea dicitur, ſicut linea aſcendentium & deſcendentium etiam recta linea vocatur.

Linea collateralium duplex eſt, Æqualis & inæqualis.

Linea æqualis eſt, quando perſonæ æqualiter ſeu æqualibus gradibus diſtant à communi ſtipite, vt Frater & Soror, Patrueles & Conſobrini.

Linea inæqualis eſt, quando perſonæ inæqualiter ſeu inæqualibus gradibus diſtant à communi ſtipite, vt Frater, & alterius fratris filius.

Hæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæ ſunt definitiones, quæ ad intellectum vtriuſq; arboris ſciri debent. Sequuntur Regulæ.

Ius ciuile vnicam habet regulam de linea recta & trãſuerſali, hoc eſt, de aſcendentib. & deſcendentibus, & collateralibus: Videlicet, Quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus dempto ſtipite. *Cuius Regulæ fundamentum eſt, quod Ius ciuile in ſucceßionibus et tutelis, ſingulares perſonas tantum reſpicit, Ideoq; vnaquæq; perſona nouum gradum facit.*

Ius Canonicum in linea recta aſcendentium et deſcendentiũ eandem habet regulã cum Iure ciuili, videlicet: Quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus dẽpto ſtipite. *Propterea quod in ea linea nullæ perſonæ matrimonio iungi poßũt. Sed in linea transuerſali duas proprias regulas habet, quæ ideo à legali numeratione graduũ differunt, quia in collateralibus perſonis matrimonia reſpicit, quæ ſunt duarum perſonarum coniunctiones, oſtenditq; qui gradus ad illam coniunctionem legitimè admittantur, qui non admittantur.*

Eſt autem hæc prima regula Canonica, de collateralibus in linea æquali: Quoto gradu in linea æquali altera perſona à communi ſtipite diſtat, toto gradu perſonæ inter ſe diſtant.

Secunda regula eſt de collateralibus in linea inæquali. Quoto gradu in linea inæquali re

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

li remotior diſtat à ſtipite tali gradu inter ſe perſonæ diſtant.

CAPVT NONVM.
DE ARBORE AFFINITATIS.

AFfinitas dicitur quaſi ad vnum finem, hoc eſt, ad vnas nuptias vnitas ſeu reſpectus, propterea quod cognationes diuerſæ per vnas nuptias duarum perſonarum copulantur. Affines itaq; vocantur, qui etſi ab vno ſtipite propinquo non deſcendunt, tamen propter vnas nuptias coniunctionem acceperunt, vt Socer & Gener, etſi ſunt ſanguine alieni, tamen propter nuptias vnas affinitate iunguntur. Et quanquam in Iure ciuili de tutelis & ſucceſſionibus affinitas tantum ſignificat coniunctionem, quæ ex legitimis nuptijs prouenit: Tamen in diſputationibus matrimonialibus affinitas etiam de illegitimis mixtionibus conſummatis intelligitur, ſicut expreſſe in Iure dicitur ex fundamento Apoſtolico, 1. Corinth. 7. Qui adhæret meretrici, vna caro cum illa efficitur. Sunt autem tria genera Affinitatis.

Primum eſt, quod mediante vna perſona contrahitur. De ea affinitate primi generis hæc eſt regula, Quoto gradu quiſpiam eſt mihi con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

conſanguineus, toto gradu vxor eius eſt mihi affinis, & econtra, Quæ regula etiam ſic recitari ſolet.

Perſona addita perſonæ mutat genus attinentiæ, ſed non mutat gradum.

Exempli gratia.

Fratres ſunt iuncti ſecundum Ius ciuile, ſecundo gradu. Iuxta Ius vero Canonicum primo gradu conſanguinitatis. Ergo ipſorum vxores ſunt iunctæ ſecundum Ius ciuile ſecundo. Iuxta Ius vero Canonicum, primo gradu affinitatis.

Secundum genus affinitatis eſt, quando primo generi eſt addita alia perſona. Vt Maritus ſororis meæ, eſt mihi iunctus primo genere affinitatis. Sed quando maritus ille mortua ſorore mea aliam ducit, tunc illa iungitur mihi in ſecundo gradu affinitatis. Sic Socer & Gener primo gradu affinitatis iunguntur. Sed ſi Gener mortua priore vxore, filia ſoceri, aliam ducit, tunc illa iungitur Socero iſti in ſecundo genere affinitatis.

Tertium genus affinitatis eſt quod conſtituitur mediantibus tribus perſonis. Perſona enim ſecundo generi adiecta, conſtituit tertium genus. Vt relicta fratris, ſi rurſum nubit, ille maritus iunctus eſt mihi ſecundo genere affinitatis. Sed ſi ille mortua vxore aliam ducit,

Tunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Tunc illa noua Vxor ſit mihi affinis tertio genere. Etſi autem dicitur, prohibitionem coniugij ratione affinitatis, tantum valere in primo genere: tamen extat expreſſa lex, Vxorem quondam, Digeſtis de ritu nuptiarum, quæ ad ſecundum genus pertinet, & in omnibus iudicijs obſeruatur. Ea prohibetur, ne Vitricus priuigni vxorem accipiat, aut Nouerca Priuignæ marito nubat. Quæ prohibitio etiam vice verſa ſic intelligitur, ne Priuignus cum vxore Vitrici, aut Priuigna cum Nouercæ marito contrahat.

CAPVT X.

IN QVIBVS GRADIBVS CONSANGVINITATIS & Affinitatis coniugium ſit prohibitum.

DVplex eſt prohibitio graduum, in quibus non debet coniugium contrahi. Vna eſt Legis diuinæ ſcriptæ, & naturæ impreſſæ. Hæc extat Geneſis 2. Propter hoc relinquet homo Patrem & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Qua lege prohibita eſt coniugalis ſocietas omnibus aſcendentibus & deſcendentibus, vſq; in infinitum. Quare recte dicitur, Quod ſi Adam hodie viueret, non poſſet ducere vxorem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rem. Quia omnes homines recta linea ab ipſo deſcendunt. Repetitur ea lex Leuitici 18. cum additione primi & ſecundi gradus collaterali-um, tum conſanguinitatis, tum affinitatis in linea inæquali. Nominatim autem ſunt in Leuitico expreſſæ aliquot perſonæ, de quibus eſt retinenda communis ſententia, quod ſint exempla graduum, ſicut dici ſolet, Prohibitio in Leuitico intelligenda eſt, de gradibus, & non tantum de perſonis. Attamen exiſtimo prudentem Iudicem in pœnis inceſtus nominationem iſtam conſiderare debere. Dixi autem prohibitionem diuinam etiam eſſe Iuris naturæ, Sicut rectè quoq; dicitur: l. Adoptiuus ff. de ritu nuptiarũ. In contrahendis nuptijs naturale Ius & pudor inſpiciendus eſt, Nam Deus hanc legem omnibus gentibus impreſſit, & naturali pudore, ac verecundia ſanciuit, vt ab aſcendentibus & deſcendentibus, ac proximis collateralibus abſtineant, & inceſtas commixtiones contra naturæ legem in omnibus gentibus etiam ignaris legis Moſaicæ puniuit, Sicut in Leuitico ſcriptum eſt: Cananæos propter inceſtas libidines punitos eſſe.

Pindarus inter cauſas pœnarum Ixionis apud Inferos, hanc primam ponit, quod dolo miſcuerat cognatum ſanguinem. Et nota eſt dete-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

deteſtatio inceſtarum nuptiarum Oreſtis, cum matre, in Tragœdijs, & deploratio horribilium pœnarum, tum publicarum in Regno, tum priuatarum in perſonis & familia. Doſitheus ſcribit propter ſtuprum Cianes, à patre Cianippo Syracuſano ebrio illatum, Siciliam peſte punitam eſſe.

De Papilio Romano ſcribitur, quod cum reſciuiſſet de inceſta conſuetudine filij & filiæ, miſerit vtriq; gladium, vt ſe interficerent.

Herodotus autor eſt, quod Cambyſes Perſarum Rex illicito amore ſororis æſtuans, conuocatis Iureconſultis interrogauerit eos, num legibus conceſſum eſſet ſororem vxorem ducere, & Iureconſultos reſpondiſſe, nullam ſe legem inuenire, quæ ſinat ſororem fratri nubere, ſed aliam inuenire legem, quæ Regi Perſarum concedat licentiam faciendi, quidquid libeat. Eius reſponſionis pars prior honeſtiſsima poſterior turpiſsima fuit. Vituperantur etiam in hiſtorijs, qui ſe cum fratrum vxoribus, aut vxorum ſororibus commiſcuerunt. Extant quoq; in vetuſtiſsimorum poetarum præceptis, certorum graduum prohibitiones, Vt apud Phocilidem & Heſiodum, qui quidem & hanc prohibitionem continent, ne quis fratris vxorem contingat.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæc exempla ſunt teſtimonia iuris naturæ, quod allegatur in digeſtis dicta lege.

Secundo prohibitio eſt legum humanarum. Vt enim prohibitiones Iuris diuini ſcripti & naturæ inſiti, maiore cum reuerentia obſeruentur, ideo additæ ſunt, tanquam ſepes, ab hominibus ſapientibus plurium graduum prohibitiones, de quibus tamen leges & Canones aliquantum diſſentiunt. Nam Imperator in inſtitutionibus expreſſe concedit, vt duorum fratrum liberi coniungantur, qui eſt ſecundus gradus collateralium in linea æquali, iuxta Canones. Etſi autem Canones antiquitus vſque ad gradum ſeptimum, prohibitionem extenderunt: Tamen poſtea ea reſtricta eſt, ad gradum quartum incluſiuè.

Noſtra ætate ſapientes Principes & Magiſtratus de conſilio Theologorum, & Iureconſultorum, in Eccleſiaſticorum Conſiſtoriorũ conſtitutionibus prohibitionem graduum illam, quæ eſt Iuris humani, ſic moderantur, vt aliquibus in locis tertius gradus conſanguinitatis & affinitatis in linea æquali, In aliquibus, vt in hiſce Ducatibus Schleſuicenſi & Holſatienſi, quartus gradus conſanguinitatis & affinitatis in linea inæquali, Ita tamen vt in altera parte tres gradus ſint, concedatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Propinquiores gradus & conſanguinitatis & affinitatis ſunt prohibiti.

Sciri autem debet diſcrimen prohibitionum diuinarum & humanarum. Diuinæ nequaquam ſolui humana autoritate poſſunt, ſed interdum probabilis ratio incidere poteſt, quare prohibitiones humanæ laxentur per diſpenſationem, quod tamen circumſpectè fiat, per Paſtores & Magiſtratus, non priuata autoritate.

Regulæ ſequentes, quæ ad prohibitionum intelligentiam pertinent, diligenter conſiderandæ ſunt.

Prima, Nuptiæ conſiſtere non poſſunt inter eas perſonas, quæ in numero parentum, liberorumue ſunt, ſiue proximi, ſiue inferioris gradus, vſq; ad infinitum, lege nuptiæ conſiſtere ff. de Ritu nuptiarum, & §. Ergo non omnes Inſtit. de nuptijs.

Secunda Regula, Conſanguinitas intelligitur non modo inter eos, qui ab eodem patre, eademq; matre, ſed etiam, qui ex altero eorum progeniti ſunt, § ſane enim inſtitutis de Nuptijs.

Tertia Regula. Nihil intereſt ex iniuſtis Nuptijs cognatio deſcendat, An vero non. Nam & vulgo quæſitam ſororem quis vetatur vxorem ducere.

Qua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quarta, Affinitas etiam per illicitum concubitum contrahitur, ſicut ſupra dictum eſt.

Quinta, Iure gentium inceſtum committit, qui ex gradu aſcendentium vel deſcendentium vxorem ducit.

Addantur autẽ etiam gradus collaterales, qui lege Dei ſunt prohibiti, in quibus non debet fieri diſpenſatio. Eas autẽ Nuptias, quæ per diſpenſationem concedi poſſunt, inceſtas vocare nimis durum eſt. Quare Lex (ſi quis ex his quas legibus aut moribus prohibemur, vxorem duxerit, inceſtum dicitur committere) benigna interpretatione opus habet, quæ ex diſcrimine diuinarum & humanarum prohibitionum ſumi debet.

Sexta regula, Quia Vir & Vxor ſunt vna caro, Ideo alter ab alterius conſanguineis ita abſtinere debet ſicut à proprijs. Ex hac regula ſequitur, affinitatem primi generis in iiſdem gradibus cũ conſanguinitate eſſe prohibitam.

Septima. In ſecundo genere affinitatis valet prohibitio L. Vxorem quondam ff. de ritu nuptiarum. Vxorem quondam priuigni coniungi matrimonio vitrici non oportet, neq; in matrimonio conueniri nouercam eius, qui priuignæ maritus fuit, de qua lege etiam in fine præcedentis capitis dictum eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Octaua, Vbi par gradus & eadem ratio eſt, ibi etiam par prohibitio, & ſimilis conſtitutio eſt.

Nona. Quæ prohibitio in perſonis maſculini ſexus facta eſt, eadem etiam perſonis muliebris ſexus conſtituta intelligatur.

Decima, Qui gradus in linea aſcendente prohibetur, idem etiam in deſcendente prohibitus intelligatur.

Vndecima, Cuicunq; me mortuo vxorem meam ducere non licet, eiuſdem vxorem ipſo mortuo ego quoq; ducere prohibeor.

Duodecima, Cuius quis vxorem ducere prohibetur, nec eius Sponſam ducere permittitur, quia Sponſa in ſacris literis habetur pro vxore, Matth. 1. Deut. 22. In hac regula, aliquando fit diſpenſatio.

Decima tertia. Cuicunq; Soror mea propter conſanguinitatem prohibetur, eius vxorem propter affinitatem ego prohibeor ducere.

Decima quarta, Mariti filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel econtra matrimonium contrahere poſſunt, licet habeant fratrem Sororemue ex matrimonio, poſtea contracto natos, §. mariti, inſtitutis de Nuptijs, l. generali. §. Inter priuignos ff. ibidem.

Decima quinta, Quam quis mortuo ipſius marito prohibetur vxorem ducere, cum eadem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dem etiam ſoluto matrimonio, & viuente ipſius marito, nuptiæ conſiſtere non poſſunt.

Decima ſexta, Si in remotiori gradu facta eſt prohibitio, multo magis in propiori.

Decima ſeptima, Neminem qui ſub ditione ſit Romani nominis binas vxores habere poſſe vulgo patet. L. Neminem C. de inceſtis nuptijs L. cum qui duas C. ad legem Iuliam de adulterijs & ſtupris.

CAPVT XI.

DE CONSENSV CONIVGALI, ET QVOD PArentum ac Tutorum conſenſus requiratur ad legitimum coniugium.

DIctum eſt in definitione, Coniugium eſſe legitimam copulationem. Hæc reſtrictio in voce legitima primum docet diſcrimina perſonarum eſſe, deinde ordinat conſenſum. Eſt autem regula Iuris. Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, Cuius regulæ ſenſus eſt, coniugia mutuo conſenſu iungi. Intelligatur autem conſenſus, de legitimo conſenſu, perfecto, non coacto, & non errante, ſicut per antitheſes optime poteſt declarari. Primo enim legiti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gitimus conſenſus non debet eſſe furtiuus & clandeſtinus, hoc eſt, non debet fieri clam & neſcientibus illis, quorum intereſt, Rectè itaq; dicitur in Digeſtis: Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, hoc eſt, & qui coeunt, & quorum in poteſtate ſunt.

Manifeſtum ergo eſt ad legitimum coniugium, non ſolum contrahentium, ſed etiam parentum vel Tutorum conſenſum requiri. Cum autem in Conſiſtorijs Papiſticis contrarium pronuncietur, ideo hanc ſententiam aliquot argumentis confirmabo, quæ oſtendunt conſenſum parentum & Tutorum non tantum honeſtatis, ſed etiam neceſſitatis cauſa ad liberorum coniugia accedere debere, ſicut dicta Lex (Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes) expreſſe dicit Digeſtis, de ritu Nuptiarum lege 2.

Primum Argumentum.

Cùm Adam & Eua ſoli eſſent in Paradiſo, ſine parentibus mortalibus, noluit Deus vt clam Coniugium contraherent, ſed ipſe verus Pater vtriuſq; duxit Euam ad Adam, qua adductione oſtendit ſuam eſſe voluntatem & conſenſum, vt Adam Euam acciperet vxorem, & Eua Adamo nuberet, qua voluntate

cogni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cognita ipſi quoq; conſentiunt. Hæc Dei actio debet eſſe omnium hominum inſtructio, ſicut ea fuit inſtructio ſanctorum Patrum, qui hoc exemplum ſecuti ſunt, ita vt expreſſè reprehendantur (Geneſ.6.) illi, qui hoc exemplo neglecto propria voluntate, ſine parentum conſenſu vxores ſibi acceperunt, quæ inobedientia ſeu peccatum numeratur inter cauſas Diluuij.

Secundum Argumentum.

Ius itaq; naturæ dictat ad parentes eam pertinere curam, vt de liberorum coniugijs piè ſint ſolliciti, & liberos eum honorem parentibus debere, vt ſine ipſorum conſenſu matrimonia non contrahant. Idq; ex lege naturæ ſapienter etiam admonet Euripides in Andromache, Cum enim Oreſtes peteret connubium Hermiones, ipſa honeſtè & verecundè reſpondet.

Deſponſationis meæ pater meus
Curam habebit, & non eſt meũ ſtatuere hoc.

Id exemplum etiam Ambroſius ad eandem probationem citauit in hiſtoria Rebeccæ.

Tertium Argumentum.

Quartum præceptum Decalogi immutabile eſt, Honora Patrem & Matrem, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. Atq; hunc hono-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

honorem de omnibus pijs & honeſtis cauſis intelligendum eſſe expreſſè, Paulus dicit ad Coloſſ. 9. Filij obediant parentibus in omnibus. Cùm itaq; expreſſa ſint teſtimonia ſcripturæ, quæ docent Dei eſſe ordinationem, vt parentes liberos ad matrimonia elocent, ſicut Hieremiæ 29. dicitur: Hæc dicit Dominus: Date filijs veſtris vxores, & filias veſtras date viris. Deut. 7. Filiam tuam non dabis filio Cananæi, nec filiam eius accipies filio tuo. 1. Corinth. 7. Qui filiam elocat, bene facit, cum qua ordinatione Dei conſentit exemplum, Gene. 28. Iſaac pater inquit ad filium: Noli accipere vxorem de genere Canaan, ſed accipe tibi vxorem de filiabus Auunculi tui, fuitq; Iacob obediens parentibus. Et de Samſone ſcriptum eſt, Iudicum 14. Quod cum adamaret Palæſtinam orauit Parentes, vt eã acciperent ſibi vxorem. Cùm inquam hæc expreſſa teſtimonia ſcripturæ oſtendant, ſic à Deo ordinatum eſſe, vt parentes liberos elocent. Ergo liberi etiam hanc ordinationem Dei in parentum veneratione conſeruare, & non violare debent: Vt ſcilicet eorum conſenſum ad coniugia ſua requirant. Qui enim hac in re parentes ſuos deſpiciunt, illi ordinationem Dei contemnunt, & parentes ſuos honore quarti præcepti priuant, & inobedientem Eſau imitantur Gene. 28. grauiterq; peccant, & iram Dei in ſe concitant,

ſicut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſicut Geneſ. 6. clarè oſtenditur. Canoniſtæ diſputant non valere conſenſum, ſi pugnet cum legibus humanis, & quidem ſæpè ineptè conſtitutis, qualia ſunt decreta de cognatione ſpirituali. Imprudenter itaq; faciunt, quod illum conſenſum valere iubent, qui manifeſtæ legi Dei, & ordinationi ipſius repugnat.

Quartum Argumentum.

Ius ciuile expreſſè requirit conſenſum eorum, in quorum poteſtate ſunt liberi. Sic enim ait Imperator in inſtitutionibus, dum tamen, ſi filijfamilias ſunt, conſenſum parentum habeant, in quorum poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere, & naturalis & ciuilis ratio ſuadet in tantum, vt iuſſus parẽtis præcedere debeat, & Iureconſultus in lege 2. ff. de ritu nuptiarum ait: Nuptias conſiſtere non poſſe, niſi omnes conſentiant, videlicet, & hi qui coeunt, & in quorum poteſtate ſunt. Conſentiunt Lex Paulus, ff. de ſtatu hominum, Lex vt ſi proponis, Lex nec filium, Lex Viduæ, Lex in coniunctione, Lex nuptijs Pater tuus conſentit. Cod. de nuptijs. Et Lex prima Paragrapho: ſin autem, verſiculo oportet, Cod. de raptoribus: Oportet inquit, vt quicunq; voluerit vxorem ducere, ſecundum noſtras leges & antiquam conſuetudinem, Parentes vel alios quos decet, petat, vt cum eo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rum voluntate legitimum fiat matrimonium.
in qua quidem lege obſeruandum eſt, quod
communis appellatio parentum etiam matrem
comprehendit. Quia matri ſimilis honor ac Pa-
tri debetur, ſecundum quartum præceptum.
Sic etiam in dicta lege, in coniunctione, C. de
nuptijs mandatur, vt cum puella patris auxilio
eſt deſtituta, tunc Matris & propinquorum,
& ipſius adultæ iudicium requiratur. Conſen-
tit lex prima C. de nuptijs, in qua præſcribitur
quid faciendum ſit cum Tutor & Mater, &
propinqui de eligendo marito puellæ non conue-
niunt.

Quintum Argumentum.

Veterum Canonum Ius exigit voluntatem
parentum, & diſertè pronunciat coniugia ſine
parentum voluntate contracta non eſſe legiti-
me. Sic enim inquit Canon 30, quæſtione 5.
Capitulo 1. & cap. noſtrates. Aliter legitimum
connubium non fit, niſi ab his qui ſuper fœmi-
nam videntur habere dominationem, & à pa-
rentibus petatur & deſponſetur. Quæ verba
poſtea repetuntur, et explicantur in alio canone
32. quæſt. 2. cap. non omnis, & ſeq. Cùm ergo
dicitur; Paterno arbitrio fœminæ Viris iunctæ,
datur intelligi, quod paternus conſenſus deſide-
ratur in Nuptijs, nec ſine eo legitimè celebran-
tur nuptiæ. Atq́ in ſequenti cap. inquit Textus

Non eſt virginalis pudoris eligere ſibi maritum exemplo Rebeccæ. Citaturq́ ibi ſententia Euripidis antea allegata.

Hæc argumenta etiam de Tutorum conſenſu intelligenda eſſe, ipſa ratio docet. Cùm enim Tutores, partes & curam parentum ſuſtineant, Idcirco etiam illis honor parentum loco debetur. Et quidem Lex illa, Nuptiæ conſiſtere non poſſent, niſi conſentiant omnes, hoc eſt, & hi qui coeunt, & in quorum poteſtate ſunt, non obſcurè tutores etiam comprehendit. Ideoq́ eorum mentio quoq́ fit in lege prima, C. de Nuptijs, Et quamuis opponi ſolet Textus de curatoribus l. in copulandis Cod. de Nuptijs, vnà cum reſcripto Seueri & Antonij, Digeſtis de ritu nuptiarum: Tamen gloſſa dicit, eas leges non pertinere ad Tutores, & valere debet in hac cauſa ipſa ratio legis naturæ & diuinæ, atq́ piorum Principum ac Magiſtratuum conſtitutiones, quæ ſimul de Tutoribus leguntur.

CAPVT XII.

QVID FACIENDVM SIT CVM PARENTES aut Tutores ſua poteſtate abutuntur.

PArentes & Tutores poteſtate ſua ad liberorum & pupillorum vtilitatem vti debent. Nec debet eorum poteſtas eſſe Tyrannis aut violentia, Itaq; neq; inuitos ad matrimonia cogere, neq; ſine iuſtis cauſis, vltra tempus cum periculo pudoris, ſalutis & famæ eos tyrannicè à coniugio abſtinere debent. In vtroq; caſu cum liberis aut pupillis, à parentibus vel Tutoribus ſit notoria iniuria, nec illi ſunt ſanabiles, ſed in tyrannide obſtinati, Tunc aut liberi ſeu pupilli, aut propinqui alij, auxilium Magiſtratus implorare debent, cuius autoritati tum parentes & tutores, tum liberi & pupilli ſubiecti ſunt. Is cognita cauſa officium parentum vel Tutorum in tali caſu, aut in ſe recipere, aut alijs propinquis, vel amicis fidelibus demandare debet, Huc facit L. qui liberos ff. de ritu nuptiarum, vbi ius ciuile ſtatuit à Magiſtratibus cogendos eſſe eos parentes, qui prohibent iniuria liberis contrahere, vt eos elocent ac dotent. Prohibere autem etiam hi intelliguntur, qui nullam quærunt conditionem, aut ſi quæ fuerit oblata, non indigna, eam ob nullam iuſtam cauſam accipere volunt, L. eadem. Idem conſilium ſequendum eſt, cum de eligendo matrimonio inter liberos & parentes aut tutores, cæteris exiſtentibus paribus, tantum de nuda voluntate ſeu conſenſu oritur conten-

tio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tio, ſicut dicitur lege prima C. de Nuptijs. Cum de nuptijs puellæ quæritur, nec inter Tutorem & Matrem, & propinquos, de eligendo futuro marito conuenit, arbitrium præſidis prouinciæ neceſſarium eſt.

CAPVT XIII.

DE CONSENSV COACTO.

Coniugium debet eſſe libera, & voluntaria coniunctio. Itaq; conſenſus liber eſſe debet. Nemo enim ad matrimonium inuitus cogendus eſt, l. non cogetur ff. de ritu Nupt. & l. ſponſalia ff. de ſponſalibus. Cùm ergo coactio, ſeu iuſtus metus demonſtrari poteſt, tunc conſenſus iudicatur eſſe coactus, & idcirco ipſo iure irritus. Faciunt autem etiam minæ parentum iuſtum metum & maximè in ſexu Muliebri, qui vocatur metus reuerentialis. Idem iudicio de minis Tutorum, Quod ſi vero poſt conſenſum coactum ſequitur conſenſus voluntarius aut concubitus, aut conſummatio matrimonij, tunc excuſatio coactionis ſeu metus à Iudice non admittitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XIIII.

DE CONSENSV DE PRÆSENTI, ET DE *conſenſu de futuro.*

COnſenſus de præſenti vocatur, cum contrahentes per verba de præſenti legitimè & planè, & perfectè conſentiunt. Hîc conſenſus facit ſponſalia de præſenti, quæ iudicantur eſſe valida. Conſenſus de futuro eſt, cum contrahentes non planè aut perfectè conſentiunt, ſed vel verbis de futuro, vel annexis conditionibus conſenſus conſummationem ſuſpendunt. Hic conſenſus facit ſponſalia de futuro, quæ ſunt infirma, niſi per ſponſalia de præſenti corroborentur.

CAPVT XV.

DE ERRORIBVS QVI CONSENSVM *excuſant.*

COnſenſus errore vacare debet, ſicut dicitur: Qui errat non conſentit. Primum itaque errans mente, non conſentire iudicatur in coniugium. Secundo, Sicut conſenſus coniugalis verſatur circa perſonas & conditione

hone-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

honeſtas: Ita ſi quis conſenſum errore excuſare conatur, eumq́; rurſum diſſolui petit, is demonſtrare debet, Quod aut in perſona, aut in conditionibus doloſe deceptus ſit. Non diſputo hoc loco de ſeruis aut liberis, ſed de ijs caſibus, qui ſolent ad Conſiſtoria & Iudicia deferri. Fit autem deceptio circa perſonam non vno modo, aut enim vna perſona, pro alia obtruditur. Sicut Iacobo dabatur Lia pro Rahaele. De tali caſu traditur Regula: Diſſolui poſſe ſponſalia & coniugium propter errorem perſonæ, & cum dolus interuenit ſeu error de homine. Et hac regula vti potuiſſet Iacob, ſed noluit ſummo iure vti, aut obtruditur infamis perſona pro honeſta. De talibus exemplis iudico rectè pronunciari, Cum crimen eſt enorme & notorium, aut cum legitimè probari poteſt, ſponſalia rurſum diſſolui poſſe, aut reticetur doloſe perſonæ morbus contagioſus & incurabilis. De hoc caſu ſimiliter iudico, quod cum talis morbus demonſtrari poteſt, tunc deceptionis ſeu erroris excuſatio ad diſſolutionem ſponſaliorum valeat.

CAPVT XVI.

DE CONDITIONIBVS.

Conditionum aliæ ſunt honeſtæ, & pertinentes ad coniugium, aliæ peregrinæ, nihil pertinentes ad coniugium, aliæ turpes, aliæ impoßibiles. De primo genere hæc regula eſt perpetua: Conditio honeſta, & pertinens ad coniugium, adiecta in principio contractus, ſi nõ fuerit impleta, diſſoluit contractum, quales ſunt hæ conditiones: Si parentes conſenſerint, ſi promiſſa dos mihi dabitur, ſed cum ſequitur vel concubitus, vel nuptiæ, non expectata conditionis impletione, tunc ea coniunctio iudicatur eſſe conſummatum matrimonium. De alijs generibus conditionum ſequens Regula traditur: Cõditio peregrina non pertinens ad coniugium, aut inhoneſta, aut impoßibilis, iudicatur eſſe otioſa, vt ducam te, ſi Cæſar inferet bellum Turcis, aut ſi furtum commiſeris, aut ſi dederis mihi Romam. Cum itaq; dolus vel error in conditionibus honeſtis commißus eſt, perſona fraude circumuenta conſenſu illo errante non ligatur.

CAPVT XVII.

DE MATRIMONII CONSVMMATIONE.

OMnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

OMnes honeſtæ gentes obſeruauerunt tum in ſponſalibus, tum etiam in nuptiali copulatione ritus ſeu cæremonias quaſdam, ſicut ea obſeruatio etiam apud Chriſtianos eſt vſitata, & præcipuè in nuptiali coniunctione, quam vocamus Eccleſiaſticam copulationem, cuius conſuetudinis originem procul dubio primi parentes ab ipſo Deo, in ipſorum copulatione acceptam, poſteris per manus tradiderunt, & nequaquam contemni debet. Etſi vero aliqui diſputant eam copulationem tantum eſſe de honeſtate matrimonij, tamen ego iudico eam non tantum de honeſtatē, ſed etiam de ſubſtantia, vt loquuntur Scholæ, & de neceſsitate matrimonij eſſe, illudq́; conſummare atq; perficere, Quemadmodum ab Euariſto Papa circa annum Chriſti 110. inter ſubſtantialia coniugij numerata eſt. Hæc enim ſunt ipſius verba: Cuſtoditum & traditum habemus, vt vxor legitimè viro iungatur, aliter enim legitimum, vt à patribus accepcmus, & à ſanctis Apoſtolis, eorumq́; ſucceſsoribus traditum inuenimus, non fit coniugium, niſi ab his qui ſuper iſtam fœminam dominationem videntur habere, & à quibus cuſtoditur vxor petatur & à parentibus propinquioribus ſponſetur, & legibus detur, & ſuo tempore Sacerdotaliter, vt mos eſt, cum precibus & oblationibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nibus à Sacerdote benedicatur. Enimuero cum antiquæ conſuetudines, & conſtitutiones patriæ ad ſubſtantiam ſponſaliorum requiri ſoleant, non video cauſam, cur antiqua Eccleſiæ conſuetudo & conſtitutio, quam etiam aliæ quæ gentes ſuo quodam more ſunt imitatæ, tam parui momenti æſtimari debeat, vt honeſtatis tantum, & non neceſſitatis eſſe dicatur. Fit in illa copulatione Eccleſiaſtica confeſſio legitimi conſenſus coram miniſtro Dei & Eccleſia. Is conſenſus à miniſtro Dei confirmatur, non tantum ritibus conſuetis, videlicet: mutua donatione annulorum, & dextrarum iunctione, ſed etiam pronunciatione diuinæ legis, de harum duarum perſonarum indiſſolubili coniunctione coniugali, & dicitur benedictio huic ordini à Deo adiuncta. Hæc nemo ſanus à ſubſtantialibus, vt in Scholis dicimus, coniugij ſeparabit, & tanquam non neceſſaria contemnet. Copulationis forma, quæ in Eccleſia vſitata eſt, omnes norunt, vtile autem & iucundum eſt etiam antiquas formas tum Eccleſiæ, tum honeſtarum gentium conſiderare. Patrum forma in hiſtoria Tobiæ deſcripta eſt cap. 7. his verbis: Raguel apprehendens dexteram Filiæ ſuæ dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob ſit vobiſcum, & ipſe coniungat vos, impleatq́ benedictione

ſua

ſuam in vobis. Apud Græcos ſponſa ad Aram adducta, & ibi ſponſo tradita fuit, Apud Romanos, Vir ſolitus fuit interrogare Sponſam, an ſibi Materfamilias eſſe vellet, Illa reſpondebat, velle, viciſſim Sponſa interrogauit Virum, an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet, ille reſpondit, velle, quo facto inter ſe iunctis dexteris oſculabantur, & Vir ſeu Sponſus digitum Sponſæ annulo ornabat, quaſi eam ſibi ipſo pignore deuinciens: hanc Nuptialem ceremoniam vocabant coemptionem.

CAPVT XVIII.

DE DIVORTIIS.

Diuortium vocatur ſeparatio coniugum, ſeu diſſolutio coniugij, inter viuentes. Cùm autem perpetua lex ſit de coniugali vinculo, Erunt duo in carnem vnam, Itaque iam non ſunt duo ſeu vna caro, Quod ergo Deus coniunxit, homo ne ſeparet, Matth. 19: Idcirco iudicia de diuortijs ſunt difficilia, & prudentiſſima deliberatione opus habent, ne à Iudicibus perpetua lex Dei violetur. In Romana Repub. infamis fuit memoria Spurij Caruilij, qui anno vrbis quingenteſimo, vigeſimo tertio, primum diuortium fecit Romæ, dimiſſa vxore ſterilitatis cauſa priuata autoritate

Nam intelligebant omnes qui erant ſanæ men-
tis,ea diſſolutione coniugij naturæ ius honeſta-
temq́; violatam eſſe. Attamen, vt in multis
alijs rebus accidit, ex vno exemplo plura erra-
ta ſunt nata, ita vt tandem crebra exempla mo-
rem introduxerint, De Iudæorum diuortijs
quid ſentiendum ſit, manifeſte docet Chriſtus
Matth. 19. Quæ quidem diſputatio Chriſti
cum Iudæis,de hac quæſtione attentè legenda
& conſideranda eſt, Acceſſerunt, inquit Mat-
thæus, ad Chriſtum Phariſæi tentantes eum,
& dicentes: Licet ne homini diuortium facere
cum vxore ſua qualibet ex cauſa? qui reſpon-
dens ait eis: An non legiſtis, quod is qui fecit
ab initio, maſculum & fœminam fecit eos, &
dixit: Propter hoc relinquet homo patrem
& matrem, & adglutinabitur vxori ſuæ, &
erunt duo,in carnem vnam, Itaq́; iam non ſunt
duo, ſed vna caro, quod ergo Deus coniunxit
homo ne ſeparet, Dicunt illi: Cur ergo Moſes
iuſsit dare libellum repudij, ac dimittere eam:
ait illis: Moſes ob duritiam cordis veſtri per
miſit vobis repudiare vxores veſtras,cæterum
ab initio non fuit ſic, Dico autem vobis, quod
quicunq́; repudiauerit vxorem ſuam, niſi ob
ſtuprum, & aliam duxerit, is committit adulte
rium, & qui repudiatam duxerit, is committit
adulterium. Ad rectam intelligentiam verbo

rum

rum Chriſti pertinet conſideratio legis Moſaicæ de diuortio ſeu repudio, & conſuetudinis leuiſſimæ, quæ præter mentem legis introducta fuit, Lex ea extat Deu. 24. Cum vir acceperit vxorem, fiatq́;, vt illa non inueniat gratiam in oculis eius, vt ſi deprehenderit in ea rem turpem, ſcribat ei libellum repudij, tradenſq́; in manum eius dimittat eam de domo ſua, quæ exiens de domo eius, atque abiens ducet virum alium. Hanc conceßionem legis, inquit Chriſtus, ab initio non fuiſſe, ſed propter duritiam cordis permiſſam eſſe. Expreſſe autem in lege fit mentio cauſæ turpis, ſignificatur itaq́;, quod mens legis non conceſſerit, vt repudium pro libitu ob quaſcunq́; cauſas fieret, ſed ſeparationem coniugum debere præcedere legitimam cognitionem turpis cauſæ. Sicut etiam vetus lex Attica, quæ procul dubio ex Iudaica conſuetudine ſumpta fuit, ita ſancit, vt niſi cauſa iudicata eſſet, diuortium non fieret, vt vero apud Atticos, & inde etiam apud Romanos, laxatis diſciplinæ vinculis, mos repudiandi vxores inoleuit priuata autoritate, & libitu per libellum repudij, in quo ſcriptum erat (Tuas res tibi habeto:) Ita etiam Phariſæi incitati gentium more, eandem conſuetudinem libidinoſa leuitate in Iudæam introduxerunt, vt liceret Viro abijcere à ſe coniugem ſuam, propter quamcunq́;

 cau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cauſam, priuato affectu & licentia, ſine legitimi iudicij cognitione. Quæ diuiſio habebatur rata, ſi libellus repudij dimiſſæ datus eſſet huius formæ (Die menſis N. Anno à creatione mundi N. Ego N. ſic cognominatus N. Filius N. volui ex animo, atq; citra vllam coactionē dimitti, & cieri hanc N. filiam N. quæ fuit hactenus vxor mea, & concedo ei licentiam & poteſtatem, vt pro libitu ſuo vadat, quo voluerit, duciq; poſſit ab omni viro, nec eam quiſpiam prohibere præſumat, in cuius teſtimonium dedi ei libellum repudij, & ſchedam dimiſſionis, atq; ſignaculum diuortij, iuxta conſtitutionem Moſi & Iſrael) Cùm itaq; lex Moſis de dimiſſione ob turpem cauſam, ita eſſet Phariſæorum interpretatione deprauata, vt ad quamcunq; cauſam accommodaretur: Idcirco Chriſtus & illam Phariſæorum interpretationem, de quacunq; cauſa, prorſus abolet, & generalem mentionem turpis cauſæ in lege Moſis, ad creationem ſeu primam coniugij inſtitutionem reuocat, eamq; deinceps reſtringit ad crimen fornicationis ſeu adulterij. Etſi enim multæ ſunt aliæ cauſæ turpes, periuria, furta, mendacia, ebrietas, tamen illæ vinculum matrimonij non ſoluunt, de quo dictum eſt: Erunt duo in carnem vnam, Adulterium autem illud vinculum diſſoluit. Ideo Chriſtus deinceps, vt dixi,

legem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

legem diuortij de adulterio intelligendam eſſe admonet, Ego, inquit, dico vobis: Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, Quæ verba non tantum de adulterio mulieris, ſed etiam viri intelligi debent, iuxta regulam, Vbi eſt parratio, ibi eſt eadem mens legis, Quod autem ſit parratio, Paulus expreſſe dicit, 1. Corinth. 7. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed Vir. Similiter & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed Mulier. De hac itaq; cauſa diuortij nullum eſt dubium, Licere ſcilicet coniugium legitimo iudicio diſſolui, ſi alter coniugum adulterium commiſit, & non poteſt fieri reconciliatio, nec pugnat tale iudicium cum prohibitione Chriſti, Quod Deus coniunxit, homo ne ſeparet. Iudicium enim non facit diſſolutionem, ſed declarat diſſolutionem antea factam eſſe, per perſonam adulterij ream, abſoluitq; perſonam innocentem, ſeu pronunciat eam eſſe liberam.

Secundam cauſam diuortij ponit Paulus deſertionem, 1. Corinth. 7. Si infidelis diſcedit, diſcedat, non eſt ſeruituti ſubiectus frater, vel ſoror, in tali caſu, De hac caſu ſimiliter, vt de præcedente iudicandum eſt, propterea quod perſona deſertrix, ipſo facto ſe à coniuge ſeparat, & ſic coniunctionem coniugalem rumpit.

De definitione autem deſertionis poſtea dicam.

Ad has cauſas addunt leges tertiam, nimirum, inſanabilem ſæuitiam, veneficia & inſidias ſtructas vitæ coniugis. In his caſibus lex Theodoſiana in codice diuortium concedit, Nec fuit ea conceſſio tunc temporis noua, ſed ex antiquis legibus accepta, nam Plutarchus ſcribit Romulum, qui ſuas leges à Græcis ſumpſit, ita conſtituiſſe, vt propter adulteria, & veneficia diſſoluerentur coniugia, & iuxta hanc legem anno Vrbis 230. diuortium factum eſſe. Etſi vero aliqui legem Theodoſianam reijciunt, contendentes eam ab Euangelio diſsentire, tamen rectè ait Philippus, eos non recte intelligere diſcrimen Legis & Euangelij, & cum expreſſe dicat Dominus in politia Moſis, Diuortia permiſſa eſſe propter duritiam cordis, ſignificat aliam eſſe gubernationem hominum ſanabilium, qui ſunt membra Eccleſiæ, & volunt obtemperare Euangelio, a[illegible]n politiam Impiorum, qui frena legum pati nolunt, cum itaq; homines rabioſi, quorum ſæuitia eſt inſanabilis, & illi qui veneficijs, aut alijs modis vitæ coniugis inſidiantur, non minus, imo vero magis ipſo facto legem coniugalis ſocietatis violent, quam deſertores, ideo iudico magiſtratum in his caſibus legem Theodoſij ſequi poſſe, ſiquidem eti-

am

am rigidiore iure magiſtratus politicus contra tales vti poſſet. Non diſputabo de quarta cauſa impotentiæ ſeu ineptitudinis, de qua hoc ſciri ſatis eſt, cũ pars quæ neſciens decepta eſt, querelam ad iudicem defert, eaq́; legitimè probatur, tunc rectè pronunciatur, non fuiſſe verum matrimonium, quia vna pars ignara, eſt in finali cauſa matrimonij decepta.

CAPVT XIX.

DE MODO PROCEDENDI IN CAVSIS DIuortiorum.

ETſi non iudicia ſed perſonæ reæ coniugia de facto, vt loquuntur, diſſoluunt, & legem violant (Quod Deus coniunxit, homo ne ſeparet) Tamen recte conſtitutum eſt, vt non fiant diuortia, ſine cognitione legitima in Iudicijs ſeu Conſiſtorijs. Nam perſona innocens in propria cauſa non debet eſſe Iudex, ſed quemadmodũ coniugium publica approbatione, per Eccleſiaſticam copulationem, & legitimas nuptias contractum fuit, Ita etiam publicè notum eſſe debet perſonam innocentem, à perſona rea, legitima approbatione publici iudicij ſolutam eſſe. Itaq́; perſona innocens, ſi vult fieri diuortium,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

petat à Iudice vocari perſonam, quæ deliquit. Cum vtraq; pars venit in iudicium, primum adhortandi ſunt vtriq; vt redeant in mutuam gratiam, & perſona innocens lapſæ perſonæ condonet, eamq; iterum recipiat. Si non procedit reconciliatio, pars innocens non poteſt cogi, vt reum recipiat, auditis igitur partibus, & confirmata accuſatione, ſi accuſator honeſte vixit, & petit ferri ſententiam, pronuncietur hoc modo, Cum perſona quæ deliquit ſuo ſcelere diſſoluit coniugium, Iudex autoritate Euangelij, perſonam innocentem pronunciat eſſe liberam, & expreſſe inquit, concedi ei, vt pro conſcientia contrahat aliud coniugium. Si autem perſona quæ deliquit non venit in Iudicium, ſed aut contumaciter abeſt, aut inueniri non poteſt, tunc cum Accuſator confirmata accuſatione teſtes adducit, qui affirmant eius famam integram eſſe, & petit ſe liberari, pronunciabit Iudex poſt tempus legibus & conſtitutionibus præſcriptum, eum eſſe liberum. Non fruſtra dico quod pars accuſans debet producere teſtimonia honeſtæ vitæ, ſine infamia eiuſdem criminis, Grauiter enim dicit Auguſtinus: Nihil iniquius eſt, quam fornicationis cauſa dimittere vxorem, ſi & ipſe conuincitur fornicari, occurrit enim iſtud, in quo alium iudicas, temetipſum condemnas, Quapropter quisquis fornicationis

cauſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cauſa vult abijcere vxorem, prius debet eſſe à fornicatione purgatus, Quod ſimiliter etiam de fœmina dixerit, Hæc Auguſtinus.

Quando eſt cauſa deſertionis, etſi conſentaneum eſt, deſertores plerumq; etiam adulterijs pollui, tamen quia ea res dubia eſt, ideo difficilior eſt proceſſus, qui tamen ex definitione deſertionis dependet. Eſt autem deſertio, cum coniunx à coniuge diſcedit, nulla honeſta cauſa coactus, ſed vel leuitate, vel iniuſta impatientia freni coniugalis, vel alijs non neceſſarijs cauſis impulſus vagatur, & multi adeo ſunt ἄσοργοι, *qui agitantur à diabolis, vt etiam ſobolem negligant, Talis deſertor propter perfidiam &* ἀσοργίαν *ſupplicio publico puniendus erat, Ideo iuſtum eſt opem ferre innocenti perſonæ, quæ deſerta eſt, accedat autem cognitio Iudicum, vocetur ergo deſertor vel deſertrix in Iudicium, & cum non venit, audiantur teſtimonia de perſonæ innocentis integritate, pronuncieturq; libera. Non eſt autem deſertor qui abeſt officij cauſa, vt Legatus aut Miles delectus autoritate legitima ad militandum, aut ſi voluntate coniugis abeſt in mercatu, aut alio honeſto negotio. Nec captiuus aut deportatus eſt deſertor, quia nec captiuitas, nec deportatio coniugia diſſoluit, vt lex Alexandri Seueri in*

Co-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Codice, de repudijs inquit: *Matrimonium deportatione vel aquæ vel ignis interdictione non ſoluitur, ſi caſus in quem Maritus incidit non mutat vxoris affectũ, id eſt, ſi non eſt tale ſcelus, quo alioqui coniugium diſſolueretur.* De milite autem narrat conſtitutio Iuſtiniani in Autenticis: *Olim ſi toto quadriennio nihil ſignificaſſet vxori inquirenti, Miles de ſua voluntate, conceſſum fuit Mulier aliud coniugium, quia illud ſilentium petulans habitum fuit pro teſtimonio, quod velit eſſe perpetuus deſertor.* Hanc breuitatem temporis reprehendit Iuſtinianus, inquiens Militi triſtius eſſe vxorem domi amittere militiæ cauſa, quam capi ab hoſtibus, Ideo ſancit longius tempus & requirit diligentem inquiſitionem de voluntate Viri. Loquitur autem Lex de militia legitima, non loquitur de leuibus hominibus, qui non virtutis & militiæ cauſa abſunt, ſed vt liberius vagari poßint, militum titulum aſſumunt, hoc etiam diſcrimen Iudex conſiderabit. Cùm itaq; conſtat perſonam accuſantem vere deſertam eſſe, & non leuitati aut perfidiæ prætexere vmbram deſertionis, & accedunt præſumptiones veriſimiles de morte deſertoris, tunc Iudex poteſt imitari legem Conſtantini de quadriennio, vel dictum de quinquennio in Digeſtis in Titulo de diuortijs. Si vero nulla eſt veriſi-

milis

milis præſumptio de morte, tunc etſi Iuſtinianus decennij, gloſſa vero in decretalibus, ſeptennij expectationem deſcribit, Tamen cenſeo temporis determinationem relinquendam eſſe ſapientiæ pij & prudentis Iudicis, qui audita parte innocenti, & conſideratis circumſtantijs expendet, quid deceat in cauſa & ne innocenti parti propter aliena delicta laquei inijciantur. Facta legitima Diuortij approbatione per Iudicium, ad Magiſtratus officium pertinet curare, ne pars condemnata eo in loco hæreat, vbi pars innocens viuit: Quod ſi vero deſertio ante nuptias facta eſt, Iudex ſponſam poſt biennium pronunciabit liberam, iuxta legem Codicis, Si Sponſus non eſt extra prouinciam, aut poſt triennium, ſi extra prouinciam, abeſt, niſi Sponſa aſſentiente diutius abſit.

CAPVT XX.

DE QVÆSTIONE AN PERSONA INNOCENS ET libera pronunciata in Iudicio rurſum aliud coniugium contrahere poſſit.

HAnc quæſtionē ſolent mouere Pontificij, propterea quod neq; legem Moſis de diuortijs,

tijs, neq; Chriſti explicationem in Matth. cap. 19. neq; Pauli doctrinam, 1. Corinth. 7. intelligunt, & ex ipſorum intricatis reſponſionibus, de ſeparatione ad menſam & thorum, cum perpetua ſeruitute ad vitam ſolitariam, donec pars rea viuit, manifeſtè apparent Satanæ inſidiæ, quibus etiam parti innocenti ponuntur laquei, ad libidines & immundiciam. Lex Deut. 24. concedit dimiſſæ aliud coniugium, id quia rectum fuit in illis caſibus, qui Iudæis ob duritiam cordis permiſſi erant, quanto magis rectum eſt, cum pars rea ſuo ſcelere fœdus & vinculum coniugale rupit, & perſona innocens pronunciata eſt, ſecundum diuinas & humanas leges libera. Quæ quidem libertas non tantum eſt fictio, aut ſomnium, vt fingunt Pontificij, ſed eſt libertas vera, Quemadmodum enim perſona rea, non fictè aut ſimulatè, ſed reuera ſuo ſcelere coniugium diſſoluit, ita perſona innocens vere ex illius coniugij vinculo ſoluta eſt, & integrum eſt ei aliud matrimonium contrahere, Id confirmant verba Chriſti, Mat. 19. Cum.n. expreſſe dicet Chriſtus: cum qui repudiata vxore, abſq; cauſa fornicationis, aliam ducit, adulterium committere, ergo ſequitur, quod is, qui repudiata vxore propter fornicationem ducit aliam, adulterium non committit. Et Paulus de cauſa deſertionis ſimiliter ait. 1. Corinth.

7. Non

7. Non eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror, in tali caſu, qui autem ſeruituti ſubiectus non eſt, is liber eſt, non nomine tantum, ſed verè & reipſa. Solet obijci dictum Pauli eiuſdem capitis: His qui matrimonio iuncti ſunt præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit, maneat innupta, aut Viro ſuo reconcilietur, & vir vxorem non dimittat, Reſpondeo perſpicue, quod Paulus hoc in loco de illis ſeparationibus coniugum loquitur, quæ fiunt proprio conſilio, quaſcunq; ob cauſas, vel ſuperſtitionis ergo, vel propter leues offenſas, odia, rixas, aut cauſas ſimiles: in his ſeparationibus non ſoluitur vinculum coniugij, Ergo aut fieri debet reconciliatio, aut qui reconciliari nolunt, maneant ſine coniugio. Quia ſi quis cum illis contrahit, is vt Chriſtus inquit: adulterium committit, Non autem loquitur Paulus de diuortijs, quæ propter illas cauſas facta ſunt, per quas matrimonij fœdus dirimitur, & quæ per legitima iudicia ſunt approbata.

CAPVT XXI.

DE POLYGAMIA.

SCriptura aliquot exempla etiam Sanctorum recitat, qui ſimul duas aut plures vxores habuere,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

buere, & quidem expreſſe non tantum primæ, ſed etiam alijs, vxorem nomen attribuit, quemadmodum Geneſ. 21. de Abrahamo ſcriptum eſt, ei datam eſſe Agar ancillam in vxorem, quæ appellatio conſuetudinem, quam cum illis habuerunt, à fornicatione & adulterio diſtinguit. Etſi autem exempla illa manifeſtè diſſentiunt à prima inſtitutione coniugij, & à perpetua lege (Erunt duo, in carnem vnam) tamen quia Deus ſingulari diſpenſatione hæc exempla tolerauit, et ſcriptura honeſta appellatione ea legit, liberoſq́; ex ſecundis aut tertijs vxoribus natos nō ſecus, atq; eos, qui ex primis geniti fuerunt pro legitimis recenſet, Ideo neque nos illa exempla adulterij crimine notare debemus, etſi cauſam diſpenſationis diuinæ non inuenimus ſcriptam, quam communis Theologorum opinio ad ardens deſiderium propter promiſſum ſemen refert, Et in Abrahami hiſtoria clare apparet, quod Saræ conſiliū, quod ipſa dedit Marito Abrahæ de ſecundis nuptijs, ex illo deſiderio enatum ſit, Additur etiam, quod recepta conſuetudo fortaſſis aliquo modo Patres excuſet, quæ etſi à Lamech in Cainitico populo originem duxit: tamen ita paulatim inoleuerat, & quaſi legem primam de duorum coniugio obſcurauerat, vt ipſi quoq; Patrer ſine læſione conſcientiæ tanquam per ignorantiam excuſabilem,

eam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eam conſuetudinem imitarentur, & Deus per miſericordiam hunc næuum in ipſis tolerauerit, Etenim dicendum non eſt, Patres ſanctos cum mala conſcientia in Polygamia vixiſſe, quia mala conſcientia non eſt coniuncta cum fide, ſicut Paulus dicit, Quod abijcientes bonam conſcientiam faciant circa fidem naufragium. Illud autem ſcire nos oportet, non eſſe illa Patrum exempla ad imitationem trahenda, ſicut rectè dicitur: Non exemplis, ſed legibus iudicandum eſſe. Item, Quod contra rationem Iuris introductum eſt, non eſt trahendum ad conſequentiam. Item, Diſpenſatio legem non ſtatuit. Reuocauit nos Christus ad primam legem coniugij, Matth. 19. Ab initio non erat ſic, ſed qui fecit ab initio maſculum & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo Patrem & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro, Iuxta hanc legem coniugia noſtra debent contrahi & ſeruari, Vnuſquiſq; vir ſuam vxorē vnam, atq; vnaquæq; mulier ſuum maritum vnum habeat, neuter poteſtatem ſui corporis habet, vt extra hanc coniunctionem cum alia perſona connubium iungere poßit, Dixi etiam antea Polygamiam legibus Imperatorum prohibitam eſſe, Et obſeruatione digna eſt ſententia Euripidis, qua Polyga-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

miam reprehendit. Sic enim inquit in Andromacha: Non eſt honeſtum vnum virum habere habenas duarum mulierum,
Sed intuens in vnam coniugalem Venerem,
Eſt contētus, quicunq; non vult male habitare.

CAPVT XXII.

DE CONIVGIO DISSIDENTIVM DE RELIGIONE.

CAnones imitati leges Iudæis latas, ne commiſcerentur cum Idolatricis gentibus, prohibent coniugia cum Ethnicis & Hæreticis, & quidem exemplum Salomonis admonet talia coniugia admodum eſſe periculoſa, nam ille Rex ſapientiſſimus, qui vere fuerat organum Spiritus ſancti, ab idolatricis vxoribus in ſenectute ſeductus eſt, vt publicos Idolorum cultus inſtitueret, Decet itaq; Chriſtianos, vt in hoc caſu prudentiam cum pietate coniungant, nec propter diuitias, honorē, formam temere ſe iſti periculo ſubijciant: Veruntamen hic quoque noſſe Regulam neceſſe eſt, quæ ſæpe repetitur à D. Philippo, Euangelium non abolet politias, ſed concionatur de iuſticia cordis. Interea in vita externa ſinit nos vti legibus politicis, non pugnantibus cum legibus naturali-

bus

bus, ſicut vtimur diuerſis ſpacijs dierum. Ideo Paulus expreſſe iubet, vt retineant Chriſtiani coniuges volentes manere in eodem coniugio, etiamſi non amplectantur eandem religionem, & addit conſolationem, ſanctificatur vir infidelis per vxorem fidelem, id eſt, credenti vſus coniugij fit mundus, non diſplicens Deo, etiamſi alter coniugum de religione diſſentit. Ita mater Auguſtini matrona Chriſtiana, manſit in coniugio mariti Ethnici, & quidem aſperi, qui poſtea obſequijs, & virtute vxoris motus eſt, vt ad agnitionem Chriſti flecteretur. Ac talia exempla in hiſtorijs obuia ſunt plurima, quorum conſideratio & noſtro tempore vtilis eſt, ne propter religionem coniuges diuellantur, qui manere in eodem coniugio cupiunt, Et Chriſtianus ſuis obſequijs retinere beneuolentiam coniugis ſtudeat, ne captare occaſionem diuortij videatur.

CAPVT XXIII.

DE CASTITATE VIDVALI.

VIduus eſt, qui vxore orbatus eſt, Vidua, quæ orbata eſt marito. His Paulus commune conſilium dat, 1. Corinth. 7. Dico non nuptis & viduis, bonum eſt illis, ſi ſic perman-

 ſerint,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſerint, ſicut & ego, quodſi non continent ſe, nubant, melius eſt enim nubere, quam vri, Lucæ 2. commendatur pietas Annæ Prophetiſſæ, quæ in viduali caſtitate Deo ſeruiuerat. Nec tamen idcirco vituperantur Abraham & Ruth, qui vidualem ſtatum cum nouis nuptijs commutauerunt, Abraham ſenex mortua Sara, vxorem Cethuram duxit. Ruth vidua nupſit Boas, Proauo Dauidis, & horum pietas non minus quam Annæ commendatur. Sicut virginalis, ita etiam vidualis caſtitas ſuas habet commoditates, ſed perpetua eius obſeruatio non eſt præcepta, quia mors coniugis ſuperſtiti non adimit ius vitæ coniugalis, neq; ordinationē Dei deſtruit, de qua dicitur: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium. Ideo Paulus ſimili ratione, & non nuptis & viduis dicit: Si non continent, nubant, melius eſt enim nubere quam vri. Item, Vxor alligata eſt legi, quam diu viuit vir eius, quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege, cui autem vult, nubat, modo in Domino, Et 1. Tim. 5. Volo iuniores Viduas nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario, vt habeat maledicendi cauſam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXIIII.

DE VERECVNDIA SEV PVDORE.

CAſtitatis & omnis modeſtiæ cuſtos eſt in diſciplina Ethica verecundia ſeu pudor. Eſtq́ʒ virtus cauens, ne laſciuis, obſcœnis, impudicis & turpibus ſermonibus, moribus, geſtibus, bona conſcientia ad Deum, & bona fama apud homines lædatur, & ne caſti ac teneri animi, vel viſione, vel auditione turpitudinis offendantur. De hac virtute concionatur Chriſtus, cum monet cauendum eſſe, ne quempiam de paruulis offendamus, & Paulus ad Epheſ 5. dicit: Omnis ſermo ſpurcus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem, & ne contriſtetis Spiritum ſanctum Dei, per quem obſignati eſtis in diem redemptionis, Collo. 3. Deponite maledicentiam & turpiloquentiam ab ore veſtro. Homo Chriſtianus debet reuereri præſentiam Dei, & ſanctorum Angelorum. Deinde etiam præſentium hominũ, apud quos eſt, & propriam ſuam conſcientiam, atq́ʒ hæ meditationes ipſum ad verecundiam excitare debent.

Cicero in Officijs verecundiam grauiſſima oratione cõmendat, Principio, inquit, corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

iſſe rationem, quæ formam noſtram, reliquamq́; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu. Quæ autem partes corporis ad naturæ neceßitatem datæ aſpectum eſſent deformem habituræ atq; turpem, eas contexit atq; abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata eſt hominum verecundia, quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui ſana mente ſunt, remouent ab oculis, ipſiq́; neceßitati dant operam, vt quam occultißimè pareant, quarumq́; partium corporis vſus ſunt neceſſarij, eas neq; partes, neq; earum vſus ſuis nominibus appellant, quodq́; facere turpe non eſt, modo occultè, id dicere obſcœnum eſt. Itaq; nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat, nec oratio obſcœnitate. Neq; vero audiendi ſunt Cynici, aut ſi qui fuerunt Stoici penè Cynici, qui reprehendunt & deridēt, quod ea quæ turpia re non ſunt, verbis flagitioſa dicamus. Nos autem naturam ſequamur, & ab omni quod abhorret ab oculorum auriumq́; approbatione fugiamus, ſtatus, inceſſus, ſeßio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneat illud decorum. In Oratore dicit: Cuſtos virtutum omnium, dedecus fugiens & laudem maximam conſequens, Verecundia eſt. Plato inquit: Pudorem & iuſticiam ornamenta & vincula eſſe ciuitatum & amicitiarum, Atq; inter homines pudentes De-

os ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

os verſari. Demades apud Stobæum dicit: Pudorem in Muliere pulchritudinis arcem eſſe. Impudentia, teſte Euripide, omnium vitiorum, quæ inter homines ſunt, turpiſſimum eſt, Et vt Xenophon dicit: Dux eſt ad ſcelera. Adoleſcentes dicta Plauti ſæpe cogitare debent. In Amphitrione, Decet verecundia adoleſcentem. In Bacchidibus, Eum ego periiſſe dico, cui periit pudor. Eadem eſt ſententia verſuum Senecæ in Agamemnone:

Periere mores, ius, decus, pietas, fides,
Et qui redire neſcit, cum perit pudor.

Laudat Polyxenam Euripides, quod gladio cæſa cum caderet, veſtes contraxit, ne quam partem corporis nudam oſtenderet. Idem ſcribunt de Cæſare, cum in Curia, Et de Pompeio cũ in naui Ægyptia interficeretur, quæ quidem exempla docent veteres verecundiã tanti feciſſe, vt etiam in morte curam eius non abiicerent: Diogenes cum adoleſcentem vidiſſet erubeſcere, dixit: bonum habe animum adoleſcens, Color enim ille virtutis eſt, Idem ait ſenex apud Terentium, Erubuit, ſalua res eſt.

CAPVT XXV.

DE PECCATIS CONTRA SEXTVM PRÆceptum.

SExto præcepto prohibetur omnis libido, & immunditia, hoc eſt, laſciuæ & impudicæ cogitationes, affectus, ſermones, geſtus, mores, actiones, ſicut ad Epheſ. 5. ſcriptum eſt: Fornicatio & omnis immundicia ne nominetur inter vos, ſicut decet Sanctos. Omiſſis autem alijs abominandis immundiciæ ſpeciebus, tantum de fornicatione & adulterio dicam.

Fornicatio eſt, cum violatur caſtitas virginalis aut vitæ cœlibis, aut vidualis illicito concubitu. Adulterium eſt, cum coniuges caſtitatem & fœdus coniugij violant, vtrumq; peccatum eſt transgreſſio legis diuinæ, peruerſio legis naturæ, violatio diſciplinæ ciuilis, plagium in proprio corpore, raptus corporis alieni, regenerationis macula, bonæ conſcientiæ propriæ, & alienæ perturbatio, orationis impedimentum, auulſio à Chriſto, prophanatio templi Dei, expulſio Spiritus ſancti, defœdatio corporis, redempti à filio Dei, ad gloriam vitæ æternæ, cauſa infamiæ, & pœnarum temporalium, atq; æternarum, niſi fiat conuerſio in vera pœnitentia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tentia. Hæc vt ſunt omnia horrenda, ita ſunt veriſſima, Itaq; ſemper ſit in conſpectu dictum Pauli: Fornicatores & adulteros iudicabit Dominus, Hebræ. 13. Id enim Apoſtolus, 1. Corinth. 6. grauiſſima oratione demonſtrat, quam turpe ſit homini Chriſtiano hiſce vicijs pollui, An neſcitis, inquit, quod corpora veſtra ſunt membra Chriſti, num ergo tollens membra Chriſti faciam ſcorti membra? Abſit: An neſcitis, quod qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur, erunt enim, inquit: Duo in carnem vnam, at qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt, fugite fornicationem. Omne peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus eſt, ſed qui fornicatur, in proprium corpus peccat, An neſcitis quod corpus veſtrum templum eſt habitantis in vobis Spiritus ſancti, quem habetis à Deo, & non eſtis ipſi veſtri iuris? Nam empti eſtis precio, glorificate ergo Deum in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei. Grauiſſima ſunt in hac oratione argumenta, quæ in omnium hominum animis deteſtationem turpitudinis, quæ eſt in his peccatis concitare debet. Illuſtriſſima dignitas hominis Chriſtiani eſt, quod corpus eius eſt membrum Chriſti, & templum Spiritus ſancti, emptum ſanguine Chriſti, Ergo debet quiſq; Chriſtianus proprium ſuum corpus in honore habere, nec illud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

conſpurcare turpitudinibus, ſed glorificare Deum in ſuo corpore & ſpiritu debet. Eſt autem fœdiſsima turpitudo, cum fornicator aut adulter proprium corpus ſuum auellit à corpore Chriſti, & illud adglutinat meretrici, vt cum illa ſit corpus vnum, ſeque facit cum illa eiuſdem peccati infamiæ, pœnarum, & condemnationis participem, Iudicamus, omnes & rectè quidem, meretrices dignas eſſe infamia, & pœnis publicis, at tu qui temetipſum facis ſcorti membrum, & vna cum ſcorto peccas, etiam cogita, quod ſicut cum ſcorto es vnum corpus, & cum ipſo vnum peccatum patras, Ita etiam ſimul cum ipſo ignominia vna, pæna vna, condemnatione vna, dignus es. Non aliter ac illi, qui ſimul furantur, ſimul etiam ignominioſum nomen, & ſupplicium furum accipiunt. Eſt quoq; in fornicatione Chriſtianorum furtum quouis plagio peius & turpius, Non enim aurum aut argentum, aut peius vicino tuo furaris, ſed furaris temetipſum Chriſto Redemptori tuo, cui datus es à Deo patre, & qui te ſuo precioſo ſanguine emit, atq; conglutinatum meretrici vna cum ipſa tradis te Satanæ: accedit turpiſsima prophanatio & conſpurcatio templi Domini, de qua dicitur: Qui templum Domini prophanauerit, perdet eum Dominus. Factus es in Baptiſmo templum Spiritus ſancti, & habita-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

bitatio totius ſanctæ Trinitatis, hoc ſanctum Templum impura fornicatione contaminas & defœdas, expellis ex eo Spiritum ſanctum, & qui eras habitatio ſanctæ Trinitatis, mundata ſanguine Chriſti et purificata fide, conuertis temetipſum in ſpurciſsimum domicilium immundorũ Diabolorum, qui ſe in anima, corde ac membris tuis, in cœno impurarum cogitationum, affectuum, voluntatum, libidinoſarum actionum volutant, tanquam ſues in luto. Hæ ſunt horrendæ turpitudines in fornicatione, non tantum virilis ſexus. ſed etiam muliebris, quæ enim de viris dicit Apoſtolus, eadem de fœminis quoq; intelligenda ſunt, Quod ſi vero coniunx es, turpitudo ideo maior eſt, quia committens adulterium etiam legem coniugij transgreditur, fœdus quod cum coniuge fecit rumpit, & non ſolum Chriſto, ſed etiam coniugi corpus ſuum furatur. Hæc cum ita ſint, cogitet iuuentus tantam turpitudinem cauendam eſſe, quæ cogitatio excitari & ali debet conſideratione prohibitionũ et comminationum diuinarum, atq; inſignium exemplorum, in quibus tanquam in imaginibus pœnæ monſtratæ ſunt.

Præceptum ſextum inquit: Non mœchaberis, quibus verbis, vt dixi, prohibet Deus omnem libidinem & immunditiam. Deut. 25. ſcriptum eſt: Non erit meretrix de filiabus Iſ-

rael,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

raël, nec ſcortator de filijs eius. Deut. 27. Maledictus, qui dormit cum vxore proximi ſui. 1. Corinth. 5. Ne commiſceamini fornicarijs. 1. Corinth. 6. Nolite errare, neq; ſcortatores, neq; adulteri, neq; molles regni Dei hæreditatem accipient. Gal. 5. Manifeſta ſunt opera carnis, Adulterium, ſcortatio & immunditia, qui talia agunt, regni Dei hæredes non erunt. Eph. 5. Omnis ſcortator aut immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Hebræ. 13. Scortatores & adulteros iudicabit Dominus. Id iudicium non tantum demonſtrabitur in nouiſsimo die, ſed etiam in hac vita multis horrendis exemplis apud omnes gentes declaratum eſt, & declaratur, de quibus ſcribit Paulus 1. Corinth. 11. Quod ſint figuræ præſcriptæ ad admonitionem noſtri, ne nos quoq; ſimilibus peccatis ſimiles pœnas attrahamus. Propter libidines mundus diluuio perijt, Geneſ. 7.

Sodoma & Gomorrha & vicinæ vrbes igne deletæ ſunt, Gene. 19.

Ciuitas Sichem propter ſtuprum Dinæ oppreſſa eſt à filijs Iacob, cæſis principibus & ciuibus, Gene. 34.

In deſerto propter ſcortationes trucidata ſunt viginti quinq; millia hominum. Num. 25.

Tribus Beniamin ob ſtupratam Leuitæ coniugem, à reliquis tribubus bello punita & pene exciſa eſt, Iud. 20.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Samſon indulgens libidini excæcatus & vinctus eſt ab hoſtibus, Iud. 16.

Filij Heli Sacerdotis propter ſtupra in pugna cæſi ſunt, & Pater eorum nece audita de ſella lapſus, ceruicem fregit, quia filios non puniuerat 1. Regum.

Dauid à filio Abſolone in exilium pulſus eſt, atq; in ipſius familia & poſteritate multæ horrendæ pœnæ graſſatæ ſunt propter ipſius adulterium cum Berſabea commiſſum, cuius maritum gladio Ammonitarum interfici curauit, 2. Reg.

Ammon ſtuprata ſorore, interfectus eſt in conuiuio Abſolonis fratris iuſſu. 2. Reg. 13.

Abner ſtuprauit Concubinam Saulis.

Amaſa matrem Ioab, & vterq; à Ioab interfectus eſt, 2. Reg. 3., 17. 20.

Abſolon cum concubinis Patris palàm & propudioſè inceſtum commiſit, & in bello, Dei vindicta proprijs crinibus ab arbore ſuſpenſus, à Ioab tribus haſtis transfixus, cumq; adhuc palpitaret, à miniſtris ipſius pluribus vulneribus interfectus eſt, ita non vno genere mortis perijt, qui in ſeditioſo bello contra Patrem multa peccata atrociſſima cumulauerat, 2. Regum 16. 18.

Achitophel autem qui vt alia multa perfide fecerat, ita etiam inceſti propudioſi conſili-

um

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

um dederat, ſuis ſeſe manibus ſuſpendit, 2. Reg. 17.

Ethnici ſapientes etſi non valde reprehenderunt ſcortationem ſolutorum, vt loquimur, tamen adulterij maxime ſunt deteſtati, & quidem inueniuntur etiam interdum grauiſsima dicta quæ clarè oſtendunt, quod non omnes ſapientes impiam illam vocem Mitionis apud Terentium approbauerint: Non eſt flagitium adoleſcentem ſcortari: quæ quidem vox impia & impura, non tantum cum lege Dei, ſed etiam cum propria cuiuſq; conſcientia, quæ eſt tabula legis naturæ pugnat, id quod conſcientiæ ſenſus, ſeu iudicium quemlibet, qui ſanæ mentis eſt docet. Euripides in Tro: libidinem vocat inſaniam, appellatio eſt quoq; apud Ezechielem cap. 23. in phraſi: inſanire in libidines. Sunt autem hæc verba Euripidis:

Suus cuiq; furor eſt hominibus Venus.
Et nomen Veneris rectè à ſtultia incipit.

Sciunt autem illi, qui Græcam linguam deguſtarunt ἄφρονα, dici ſtultum, amentem, inſanum, vnde Venus ἀφροδίτης appellatur, quia ſtultos, amentes, inſanos facit. Idem apud Stobæum in Hippolyto dicitur.

O pueri certe Venus non ſolum Venus eſt,
Sed omnium particeps nominum.

Hæc

Hæc eadem eſt Pluto, & inuicta neceſſitas,
Hæc eſt rabies furioſa, hæc & cupido.
Mera eſt & luctus, deniq; ei inſunt omnia,
Tabeſcit illorum quorum pulmonibus ineſt,
Anima.

Clinias ait:

Nullus hominum colat lachrimoſum amorem,
Neq; deſiderium puerile, neq; iucundam Venerem.
Propter hæc enim Moron triſtem deſcendit in Orcum.

Plautus in Mercatore.

Amorem hæc cuncta vitia ſectari ſolent,
Cura, ægritudo, nimiaq; elegantia,
Hoc non illum modo, qui amat, ſed quemcunque attigit,
Magno atq; ſolido mulctat infortunio,
Nec pol profecto quiſquam ſine grandi malo
Præter quam res patitur ſtudet elegantiæ.
Sed amori accedunt etiam vltra hæc, quæ diximus,
Inſomnia, ærumna, error & terror, & fuga,
Ineptia, ſtultitiaq; adeo & temeritas,
Incogitantia excors, immodeſtia,
Petulantia, cupiditas, & maleuolentia,
Inhæret etiam auiditas, deſidia, iniuria,
Inopia, contumelia & diſpendium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Virgilius breui ſed eleganti Epigrammate Veneris & Ebrietatis mala inter ſe collata, iuuentuti conſideranda proponit.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,
Vno namq; modo vina Venuſq; nocent.
Vt Venus eneruat vires, ſic copia vini,
Et tentat greſſus, debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri,
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſæpe parit ferus exitiale Cupido,
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello,
At Lapithas bello perdis, Iacche, graui.
Deniq; cum mentes hominum furiarit vterq;,
Et pudor & probitas & metus omnis abeſt.
Cõpedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæũ,
Nec te muneribus lædat vterq; ſuis.

Recitantur etiam in Ethnicorum ſcriptis multæ hiſtoriæ de libidinum pœnis, quæ cum exemplis ſcripturæ, & comminationibus legis diuinæ conueniunt, & ſunt teſtimonia, Deum per totum orbẽ terræ apud omnes Gentes iudicium illud exercere, de quo dicit Apoſtolus: Scortatores & adulteros iudicabit Dominus. Sicut in ſcriptura quoq; expreſſè de Cananæis popu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

populis ſcribitur, quod Deus ipſos ex terra Iudæis promiſſa, propter libidines expulerit.

Græci ſcribunt totam Atticam Regionem ante Cecropem Regem, qui tempore Moſis vixit, Diluuio obrutam eſſe, & affirmant fuiſſe illud Diluuium pœnam libidinum. Ideoq́ à Cecrope leges coniugij reſtitutas eſſe.

De Troiano bello omnibus notum eſt illud longum bellum, quod attulit Troianis ſimul & Græcis exilium, fuiſſe pœnam ſcelerati adulterij Paridis & Helenæ.

Lacedæmonij ab Epaminonda grauiſſima clade affecti ſunt ad Leuctra anno 2. Olymp. 102. qui fuit annus mundi 3593. De qua clade Leuctrica omnes hiſtoriæ quæ eius meminerunt, affirmant eā fuiſſe pœnā ſtupri filiarum Scedaſi, & extat eius hiſtoriæ talis narratio apud Pauſaniam & alios: Scedaſo Leuctris domicilium habenti filiæ fuerunt Molpia & Hippo, ad eas diuerterunt abſente patre, Lacedæmonij iuuenes, Parthemidas, Phrudarchidas, & Parthenius, quia ſolebant apud Scedaſum hoſpitium habere, illi itaq; abſente Scedaſo filias ipſius nefarie per vim vitiarunt. Puellæ tam inſignem contumeliam minime ferendam ratæ laqueo vitam finiuerunt. Scedaſus profectus eſt Lacedæmonem, & ſceleratos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

illos hoſpites, ac nefarios filiarum ſtupratores accuſauit, ſed à Iudicibus repulſus eſt, Itaque Leuctra reuerſus, ipſe quoq; voluntaria morte dedecus effugit. Huic Scedaſo eiuſq; filiabus Epaminondas parentauit, votaq; nuncupauit, profeſſus ſe prœliũ, non magis pro Thebanorum ſalute, quam vt eam iniuriam vlciſceretur, cum Lacedæmonijs commiſſurum eſſe, Accidit autem diuina proculdubio prouidentia, vt exercitus vtriq; Thebanorum & Lacedæmoniorum, prope Leuctra conuenirent ibiq; Lacedæmonij maxima clade in eius vrbis conſpectu vna cum ipſorum Duce Cleombroto cæſi ſunt, in qua vrbe ſcelerati nebulones Lacedæmonij tantum ſcelus perpetrauerant, Scribit quoque Pauſanias, quod hanc cladem dira portenta præceſſerint, & quod Delphicum Oraculum eam prædixerit Lacedæmonijs his verſibus.

Leuctra mihi vmbroſa eſt curæ quoq; Aleſia tellus,
Et Scedaſi ſoboles geminæ miſeranda puellæ,
Pugna illic atrox miſcebitur, haud erit vllus,
Qui ſciat hoc hominum lumen iuuenile, prius. quam
Perdiderint Dores fatalis vbi ingruet hora,
Excindi poterit alta nec forte Cereſſus.

Athenis filij Piſiſtrati propter libidines,

quam

quas cum Tyrannidè coniunxerunt, ſunt expulſi.

Et eodem tempore Romani Regem Tarquinium Superbum, propter ſtuprum, quod filius Tarquinius Lucretiæ per vim intulerat, eiecerunt, mutata Regia gubernatione in Conſularem, anno vrbis 244.

Pauſanias Spartanorum Dux tanta fuit modeſtia præditus, vt cum poſt victoriam ad Plateas quidam ſuaderent, vt capita Perſicorum ducum affigeret cruci, quia tali contumelia Perſæ Regis Leonidæ caput affecerant, reſponderit, ſe mortuos nulla contumelia affecturum eſſe, ac ſibi eſſe ſatis, ſi iuſta faciens & dicens Spartanis ſuis placeret, Veruntamen hunc laudatum Ducem poſtea libido & ſuperbia horribiliter mutarunt, & ſequuta eſt pœna grauiſſima. Cùm Græci occupaſſent Byzantium, rapuit filiam præcipui ciuis Byzantij, & hanc noctu in ſubita conſternatione, vt recitat Pauſanias in Laconicis, interfecit, id cum feciſſet, editus eſt ex ſtatua hic verſus pœnam denuncians.

Pœna luenda tibi eſt, affert iniuria clades.

Deinde cum Perſis fœdera facere conatus eſt, ea conditione, vt daretur ſibi vxor, filia Xerxis, & vt adiutus Perſicis auxilijs Rex Græciæ fieret, eamq; Perſico Imperio ſubijceret. Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uocatus eſt igitur ex Byzantio, cum Ephori eum prehenſuri, & in carcerem ducturi eſſent, fugit in Templum, in quo ab Ephoris incluſus fame perijt, Et mater Alcithea, cum muro Templi fores obſtruerentur, primum lapidem poſuit. Anno vrbis Romæ trecenteſimo ſexto, Decem uirorum poteſtas abolita eſt, ob ſceleſtas libidines Appij Claudij decemuiri, qui cum impudico amore honeſtæ virginis Lucij Virginij Centurionis filiæ potiri non poſſet, falſum accuſatorem ſubordinauit, vt iudicio victam in ſuam poteſtatem ipſe Iudex eam redigeret, aut prætextu Iuris interficere poſſet. Sed pater ipſo die Iudicij è militia veniens, cum à Iudice Appio impetraſſet, vt cum filia colloqui liceret, eam interfecit, inquiens, liberam te & honeſtam, filia, ad manes progenitorum mitto, nam neutro horum per Tyrannum tibi potiundum erit. Orto tumultu Decemuiri abdicare ſe principatu ſunt coacti, & Appius ille ſceleratus in carcere necatus eſt. Non diſsimilis eſt hiſtoria de mutatione gubernationis Heluetiæ propter Tyrannidem & libidines præfectorum Suitenſis & Vnterwaldenſis.

Poſt Cyri Perſarum Regis mortem, capta eſt in caſtris Aſpaſia, Cyri vxor dilectiſsima, mulier Ionica, quæ ob pulchritudinem & pru-

den-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tiam dicta eſt σοφὴ καὶ καλή. Hanc Artaxerxes valde amare cepit. Cum autem filium Darium Regem creaſſet, & conſuetudo eſſet, vt eo die, quo pater filium Regem renunciaret, liceret filio donum à Patre petere, idq; patrem largiri oporteret, Filius Aſpaſiam petiuit. Etſi dolebat pater eam à ſe abduci, dedit tamen, ſed non multo poſt iterum eam eripuit filio. Inde inter patrem & filium orta ſimultate, filius incitatus & adiutus à Tyribazo conſtituto tempore cum armatis irrumpit in cubiculum patris, vt eum interficiat. Sed præmonitus pater effugit inſidias, & ibi Tyribazus, ac cæteri comites à patris ſatellitibus interficiuntur. Filius Darius capitur, & poſtea re iudicata in principum conſilio, quia pater ſolus de filio iudicare noluit, occiditur.

Philippus Macedo, Alexandri Magni pater, cum poſt multas res geſtas ſe obſcœnis voluptatibus dederet, & pro Deo coli vellet, in ſpectaculo quodam à Satellite Pauſania, cuius accuſationem de ſtupro ab Attalo facto negligeret, interfectus eſt.

Antonij & Cleopatræ, Neronis, Caligulæ, Caracallæ, & ſimilium monſtrorum ſceleratæ libidines & horrendæ pœnæ omnibus, qui lectionem hiſtoriarum attigerunt, ſunt notæ. Debent autẽ adoleſcentes in hiſtoriarum lectio-

ne talia exempla obſeruare, quia ſunt, vt dixi, exempla Iudicij Dei, pertinentia ad præceptum ſextum, quibus Deus omnes homines vult perterrefieri, & ab impuris libidinibus deterreri.

CAPVT XXVI.

DE CONIVGIO SACERDOTVM.

ANtichriſtus Romanus Sacerdotibus coniugium prohibet, quam prohibitionem Apoſtolus Paulus clarè dicit eſſe doctrinam Dæmoniorum 1. Timoth. 4. Pugnat enim cum diuina ordinatione, & replet mundū multis abominandis ſcandalis & flagitijs, quibus Dæmones delectantur, & multa hominum millia miſerrimè perduntur. Non enim potuit Satanas faciliorem modum excogitare ad ſeducendum homines ad omnis generis libidines, quàm ſi prohibitione coniugij illos impuris voluptatibus implicaret, à quibus reliquum vulgus & doctrinam, & exempla pietatis accipere debet. Ita enim iudicant pleriq; ſine probro plebem Sacerdotum mores imitari. Cum autem ſæpiſſime ſoleant incidere ſermones de Sacerdotum coniugio, & eius prohibitione, Ideo hanc diſputationem in doctrinna Ethica etiam expli-

can-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

candam eſſe reor. Eſt autem eius explicationis fundamentum, diuina inſtitutio coniugij, pro omnibus hominibus, qui eo dono carent, vt cum pura conſcientia ſolitariā ſeu cœlibem vitam agere poſsint. Quod quidem donum, cum non ſit omnium, quemadmodum Chriſtus maniſeſtè dicit (Non omnes capiunt verbum hoc, Matth. 19.) Nec ſit tale donum, quod Papa aut Epiſcopus Papalis, tanquā characterem imprimere, aut cum ſuo oleo illinire ordinato Sacerdoti poteſt: Ideo Paulus vniuerſaliter dicit: quod propter fornicationem vitandam, vnuſquiſque vxorem ſuam habere debet. Et quod hæc coniugij ordinatio etiam pertineat ad Sacerdotes, id non tantum vetus Teſtamentum, vna cum exemplis antiquæ Eccleſiæ ſub nouo Teſtamento, ſed etiam dilucida verba Apoſtolica docent, & demonſtrant 1. Timoth. 3. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris maritum. Et Titum 1. Conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego diſpoſui tibi, ſi quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir, filios habens fideles. Huius fundamenti euerſio, quæ eſt impoſsibilis incumbit illis, qui Papiſticam, imo Diabolicam prohibitionem defendere volunt. Etſi autem alij plura argumenta ſolent adducere, tamen iudico ea hoc fundamento omnia eſſe comprehenſa, Itaq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tantum exempla in vtroq; Teſtamento conſide-rentur, quæ vim fortiſsimæ confirmationis ſeu demonſtrationis obtinent. Etſi Deus populo Iudaico multarum Ceremoniarum leges tradidit, tamen Sacerdotibus & Leuitis coniugium non prohibuit, propter ipſorum crebra ſacrificia, ſed eis coniugium ſicut alijs hominibus conceſsit, propterea quod eſt ordinatio ipſius, ſicut dixi, vniuerſalis. Neq; filius Dei Ieſus Chriſtus Apoſtolis ſuis, vel in vocatione ipſorum, vel in commiſsione Euangelicæ legationis coniugio interdixit.

Petrum habuiſſe vxorem ex hiſtoria Euangelica, de ſanatione ſocrus ipſius notum eſt, Lucæ 4.

Et Clemens Alexandrinus antiquiſsimus ſcriptor narrat, quod Petrus cum videret vxorem duci ad ſupplicium, eam ſit conſolatus dicens: O coniunx memento Domini.

Philippus Apoſtolus ex vxore 4. filias habuiſſe legitur.

Ambroſius ſuper cap. 11. 12. Epiſtolæ ad Corint. ſcribit omnes Apoſtolos fuiſſe maritos, præter Paulum & Iohannem. De Paulo tamen aſſerit Clemens, eum vxorem habuiſſe, ſed eam non circumduxiſſe.

Ex hiſtorijs Ancyranæ, Gangrenſis, & Nicenæ Synodorum apparet, quod ſtatim in pri-

mitiu

mitiua Eccleſia antiquus ſerpens, tanquam in Paradiſo Domini, conſilium illud de prohibitione coniugij Sacerdotalis Eccleſiæ obtrudere conatus ſit. Nam Synodus Gangrenſis non fruſtra decretum hoc fecit: Si quis diſcernit Presbyterum coniugatum, tanquam occaſione nuptiarum offerre non debeat, anathema ſit.

In Nicena Synodo, vt referunt Socrates & Sozomenus, placuit Epiſcopis vt nouam legem in Eccleſiam introducerent, vt Sacerdotes ab vxoribus abſtinerent, quas cum adhuc Laici eſſent, duxiſſent: Verum ſurrexit Paphnutius, licet nuptiarum expers confeſſor, conſtantiſſimeq́ contradixit. Honorabiles confeſſus nuptias, & coniugalem conſuetudinem caſtitatem eſſe aſſeuerans, ſuaſit itaq́ conſilio, ne talem legem facerent, quæ aut ipſis, aut ipſorum coniugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et patres audita Paphnutij ſententia, à propoſito deſtiterunt coniugijq́ vſum liberum permiſerunt.

Ab eo tempore ſategit Diabolus, vt quam prohibitionem ſemel totam obtrudere non potuit, eam paulatim quaſi fruſtatim, & tanquam per gradus inſinuaret & introduceret.

Siricius qui anno 387. Papa factus eſt, & Synodus Carthaginenſis quinta, quæ non diu poſt ſecuta eſt, coniugia quidem ante Sacer-

dotium contracta, non diſſoluerunt, ſed coniugalem ſocietatem prohibuerunt. Eſt etiam ab alijs vetitum ne Sacerdotes poſt ordinationem vxores ducerent, veruntamen hæ prohibitiones non valdè curatæ ſunt, & quidem Innocentius ac multi alij manifeſte oſtenderunt, quod eam prohibitionem non probarent, Sic enim ſcribit Innocentius ad Epiſcopos Macedoniæ: Dicite mihi vxores ducere crimen eſt, an non eſt crimen? ſi crimen eſt, ergo erit autor in culpa, qui vt crimina cõmitterentur, in Paradiſo, cum ipſe eos iungeret, benedixit. Si vero non eſt crimen, quia quod Deus coniunxit, nefas ſit crimen appellari, quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſum, quod autore Deo legitur conſummatum. Et extant multa exempla contraria prohibitioni in ipſis etiam Paparum hiſtorijs.

Felix Papa fuit filius Felicis Presbyteri, Anno 474.

Gelaſius Papa fuit filius Valerij Epiſcopi, Anno 495.

Agapitus Papa filius fuit Gordiani Presbyteri, Anno 535.

Siluerius Papa fuit filius Hormiſdæ Epiſcopi, vel ſecundum alios Seuerij Epiſcopi, Anno 536.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Papa Deusdedit filius fuit Stephani Subdiaconi, anno 615.

Papa Theodonis fuit filius Theodori, Epiſcopi Hieroſolymitani, anno 640.

Papa Hadrianus II. fuit filius Talari Epiſcopi, anno 867.

Papa Iohannes X. fuit filius Sergij Papæ, anno 900.

Iohannes XIII. etiam Epiſcopi filius fuit, anno 963.

Inter Epiſcopos & Presbyteros alios multo plura exempla inueniuntur, quorum recitatio nimis longa futura eſſet. Tandem dolus inuentus eſt, vt aliquo prætextu prohibitio illa ornaretur. Nam poſtulatum eſt à nouis Sacerdotibus in ordinatione votum cœlibatus, quo prætextu hæc prohibitio repetita, & multis Eccleſijs obtruſa eſt. Habebat autem aliquam ſpeciem ea obligatio, & perſuadebatur populus ipſos eſſe perfidos, qui hanc obligationem violarent, ideoq; officio Sacerdotali indignos eſſe. Tentauerat Satanas hunc dolum etiam in Ancyrano Concilio, ante Nicenum & Gangrenſe, ſed tunc non ſucceßit, vt dictum eſt. Eſt autem Decretum Ancyranum, propter illum dolum dignum obſeruatione.

De Diaconis, quicunq; cum ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, dicentes, velle ſe

le ſe uxores habere, nec poſſe ſe continere, hi poſtea, ſi ad nuptias venerint, maneant in miniſterio, propterea quod his Epiſcopus licentiam dedit. Quicunq́ vero tacuerunt & ſuſceperunt manus impoſitionem, profeſſi continentiam, ſi poſtea nuptias contraxerint, à miniſterio ceſſare debebunt. Veruntamen neq́ hic dolus ſatis fuit validus, Nam multæ Eccleſiæ, & præſertim occidentales, inprimiſq́ Germanicæ non paſſæ ſunt ſe iſto dolo decipi, ſed coniugia retinuerunt, & conſtanter defenderunt, uſq́ ad Papam Hildebrandum, qui anno 1074. electus, & Gregorius V I. nominatus eſt. Is fuit verus Diaboli miniſter in hac cauſa, ut Diabolica prohibitio coniugij toties antea tentata, cum manifeſta tyrannide non tantum excommunicationis, ſed etiam violentæ perſecutionis publicaretur, Et operæ precium eſt eius hiſtoriam cognitam eſſe, quia ipſa vita & mores Hildebrandi luce meridiana clarius oſtendunt quod ſi non fuit Diabolus incarnatus, tamen certo fuit Diaboli mancipium, & vas à Diabolo obſeſſum. Scribunt enim ipſi Pontific hiſtorici, quod Hildebrandus pactum fecer cum Diabolo, & ſe ipſi tradiderit, unaq́ cum Gilberto Papa Magiam & Necromantiam di dicerit. Quod veneficijs Magicis ſex aut plur Pontifices necarit, ut tandem ſede Papali po

retu

retur. Neq; ab homine pio ſine pudore dici, aut ſine rubore à pudico homine audiri poſſunt omnia illa ſcelera, quæ non per incertam famam de ipſo ſunt ſparſa, ſed ab Henrico IIII. Imp. in Synodali accuſatiōe ſunt obiecta & probata, atq; per Synodalem Epiſtolam condemnatoriam per totum orbem publicata. Hic ergo Diabolicus Papa diabolicæ prohibitionis cōiugij Sacerdotum fuit promulgator Tyrannicus, quæ quidem promulgatio etſi in Germania magnas turbas concitauit, cum Epiſcopi accepto à Papa mandato, Sacerdotibus vxores, quæ erant honeſtæ matresfamilias, violenter eriperent, tamen excommunicationum & Tyrannicæ violentiæ terrore conſtabilita eſt. Sic hiſtoria promulgatoris cum Apoſtolica agnominatiōe, quod ſit ea prohibitio Dæmoniorum doctrina, planè conſentit, & hic conſequitur, quod Diabolo ſeruiant omnes, qui hanc prohibitionem defendunt, & truculentis cædibus perſequuntur honeſtos homines, qui de nullo crimine accuſari poſſunt, tantum quia prohibitioni diabolicæ non obediunt, cuius quidem crudelitatis in nulla hiſtoria humanarum actionum ſimile exemplum reperitur, videlicet: quod homines honeſti tantum propter coniugium, quod apud omnes gentes eſt honorabile ſunt trucidati. Iterum itaque conſequitur, illam crudelitatem non huma-

nam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nam, ſed prorſus Diabolicam eſſe, nam humana natura per ſe coniugium odiſſe non poteſt, cum nihil illo magis ſit naturæ conueniens. Extat Epiſtola S. Hulderici Epiſcopi Auguſtani, ad Nicolaum Papam, qua eam prohibitionem diſſuadet pie & grauiter. In ea Epiſtola narrat, quod Gregorius quoq; Sacerdotibus cœlibatum mandauerit, ſed cum comperiſſet, nihilominus clam exerceri libidines, mutauerit ſententiam, qua de re etiam horribili prodigio admonitus eſt. Nam cum piſcatores è Viuario piſces capere vellent. extracta ſunt ſex millia capita puerorum. Gregorius itaq; perculſus dolore, confeſſus eſt, ſe tot immanium cædium catorem eſſe, ſuoq; mox decreto damnato, Apoſtolicum laudauit conſilium, Melius eſt nubere, quam vri, addens etiam, melius eſt nubere, quam mortis occaſionem præbere.

Nunc breuiter ad obiectiones Pontificiorum reſpondebo, Veriſſimum eſt Diabolum tantum ideo cœlibatum Sacerdotum defendere per Pontificios, vt Sacerdotes in peccatis contra conſcientiam retineat, & repleat mundum abominandis ſceleribus, ſicut Bernardus rectè dicit: Tolle de Eccleſia honorabile coniugium, & thorum immaculatum, nonne replet eam concubinarijs inceſtuoſis, & omni genere im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

re immundorum. Maxima pars autem Pontificiorum defendit cœlibatũ, propter opes & ſplendorẽ, ſicut Papa Pelagius dicit: diſtinctione 28. Cœlibatum Epiſcoporũ & Sacerdotũ præcipuè eſſe ideo inſtitutum, ne bona Eccleſiaſtica in vxores & liberos eorum diſsiparẽtur. Inter hos multi ſciunt cauſam malam eſſe, Ideoq; cũ propria bonitate deſtituatur, quæruntur, vt dixi, alieni prætextus, vt ſit in defenſione malarum cauſarum. Eſt itaq; præcipua eorum obiectio de voto, hoc eſt, quod Sacerdotes in ordinatione promiſerint obſeruationem perpetui cœlibatus. Fatentur multi, Sacerdotes poſſe vxores ducere, niſi religio voti obſtaret. Primum itaq; reſpondeo, Si intelligunt votum eſſe cauſam impuri cœlibatus, & omnium illorum ſcelerum, quæ ex illo impuro cœlibatu oriuntur, Cur etiam non intelligunt, quod cum Paulus prohibitionem coniugij appellat Dæmoniorum doctrinam, etiã conſtitutiones ipſorum, de voti illius poſtulatione & obligatione, eadem denominatione notet, & cur votũ illud irreligioſum, cui nihil eſt cum Sacerdotio commertij, non abolent & omittunt? Et cur etiam eorum Sacerdotum, qui votum illud in ordinatione non præſtiterunt coniugia honeſta damnant? Secundo, oppono huic obiectioni fortiſsimam

de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

demonſtrationem. Omnia impia vota, facta contra mandatum Dei ſunt irrita, Ego illud quoq; irreligioſum & impium votum, eſt irritum, Quod autem votum illud cœlibatus ſit impium, manifeſtum eſt.

Primum, quia deſtruit ordinationem Dei, & ius naturæ, nam faciens votum, cum deſtituitur dono, promittit ſe nolle obedire diuinæ ordinationi, vt ſi quis promittat ſe non velle afficere honore parentes. Imo vero promittit ſe malle vri, & pollui libidinibus, quam diuinæ ordinationi obtemperare. Deinde eam quoq; ob cauſam tale votum eſt impium, quia habet annexam aliam impiam ſuperſtitionem, de ſingulari cultu Dei, quæ ſuperſtitio manifeſte pugnat cum regula: fruſtra colunt me mandatis hominum.

Secunda obiectio, in lege abſtinebant Sacerdotes à conſuetudine coniugali certo tempore, dum obirent functiones ſuas, Itaque cum Sacerdotes noui Teſtamenti ſemper debeant eſſe parati ad miniſteria, ſemper abſtinere debēt, hoc eſt, debent eſſe cœlibes. Sic argumentatur Papa diſtinctone 22. Et accōmodatur etiā huc dictum Apoſtoli, 2. Corin. 8. de abſtinentia coniugum propter orationem, diſtinctione 30. Reſpondeo: Conſcientiæ non ſunt onerandæ ſeu ligandæ Moſaicis ceremonijs, Multo minus

illa

illæ ceremoniæ ſunt nunc ampliandæ & ſeruitus illarum augenda , ſicut Papiſtæ in hoc caſu faciunt, contra propriam ipſorum conſcientiam, nam ſi hoc argumentum ſerio obijciunt, cur ipſi patiuntur manere in miniſterio Sacerdotij tot millia impuriſsimorum Sacerdotum, qui alunt meretrices ſine pudore, & alia abominanda ſcelera patrant, quæ pudicè nominari non poſſunt. Deinde reſpondeo ad accommodationem Apoſtolici dicti de Oratione, Quod dictum illud non tantum ad Sacerdotes pertinet, ſed ad omnes pios coniuges, præſcribit enim omnibus pijs moderationem, iniquiſsimum autem eſt ex admonitione de moderatione, facere prohibitionem, qua vna pars hominum præ alijs oneretur.

Tertia obiectio ſumitur ex capite 20. Leuitici, Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum, dicit Dominus: Hæc obiectio tam eſt inſulſa, vt reſponſione non ſit digna, Nam pueri ſciunt illud dictum, non tantum de vna parte hominum in Eccleſia, neq; de vna aliqua virtute tantũ loqui, ſed requirere à toto genere humano ſanctimoniã & puritatem vitæ. Accedit autẽ quod hæc obiectio etiam eſt impia & blaſphema, Si enim propter hoc dictum neceſſarius eſt Sacerdotibus cœlibatus, quod ſine illo ſancti eſſe non poſsint: Ergo coniugium ordinatio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſancta non eſt. Deus itaq; impuritatis & immunditiæ eſt autor. Hac reſponſione etiam refutanda eſt obiectio iſtius dicti, omnia munda mundis, coinquinatis & infidelibus nihil eſt mundum, 1. Timoth. cap. 5. Et vtriuſq; obiectionis obſeruetur inuerſio, Sancti eſtote quia ego ſanctus ſum, dicit Dominus: Ergo, vos Papiſtici Sacerdotes omiſſis illis abominandis libidinibus & ſceleribus, quibus veſtras conſcientias, & corpora commaculatis, accipite vnuſquiſq; vxorem ſuam, & in ſancta Dei ordinatione, ſanctè & purè viuite. Donec enim in illa impuritate manetis, nihil eſt vobis mundum, ſed omnia ſunt vobis immunda, quia impuras & immundas habetis mentes, animas, & conſcientias, ea inuerſio congruit cum vera ſententia dicti Leuitici 20. quo capite abominandæ libidines prohibentur.

Quarta obiectio, Reges poſſunt de rebus politicis, ſuo iudicio decreta facere, Matrimonium eſt res politica, Ergo, licet etiam de eo facere decreta. Reſpondeo, Maior cum determinatione ſeu limitatione eſt intelligenda. Recte dicitur, de ſubſtantia legis eſt, non repugnare legi Dei, aut legi naturæ, Probibitio autem matrimonij repugnat legi Dei, & Iuri naturæ. Ergo, non licet Magiſtratui leges huius probi-

bitio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

bitionis condere. Vt enim Magiſtratus omnis eſt ſubiectus Deo, ita ſuas quoq; leges diuinæ legi ſubijcere debet. Et ſicut Daniel non peccabat, quando contra prohibitionem Regiam verum Deum apertis feneſtris inuocabat, ſicut inquit ad Regem: Coram te Rex malum non feci: Ita non peccant illi Sacerdotes, qui contra humanas prohibitiones vxores ducunt, iuxta diuinam ordinationem.

Quinta obiectio, ſumitur ex dicto Pauli, de viduis, 1. Timot. 5. cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Hunc locum accommodant ad fidem voti, cum tamen ibi nulla fiat voti mentio, & quidem expreſſe mox adijciat Apoſtolus, Volo ergo iuniores Viduas nubere, quare ſimpliciter reſpondeo: Paulus luxurioſas viduas arguit, propterea quod per luxuriam ſeu immunditiam amittunt fidem, qua ante placebant Deo. Sicut Dauid committens adulterium & ita polluens ſe libidinibus quoquo modo, facit primam fidem irritam, id eſt, amittit fidem, quam habuit, id vocat Paulus primam fidem irritam facere, quia vt capite 1. eiuſdem Epiſtolæ dixit: Abijciens conſcientiam bonam facit naufragium circa fidem. Mandat itaq;, vt propter vitationem luxuriæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rurſum nubant, ſicut 1. Corinth. 7. dicit: Propter fornicationem vitandam vnaquæq; habeat ſuum virum.

Poſtremo cogitet Lector, quam ſit illa Papiſtarum propudioſa, & plus quam Cynica, & quidem vere diabolica impudentia, quod coniugium à Deo ordinatum prohibent, & propter Dei ſanctam ordinationem homines innocentes crudeliter interficiunt, contra vero adulteros, & ſcortatores manifeſtos, non tantum tolerant, ſed etiam honorant, eoſq; ad dignitates Papales, Cardinalitios, Epiſcopales, Sacerdotales, omniaq; officia in ſua Eccleſia promouent, Eos à populo ſciente ipſorum ſcelera reuereri, & adorari volunt, atq; ſic pedibus conculcant præceptum Domini (Non mœchaberis) & ſimul etiam antiqua decreta, quæ non tantum ſeuere Sacerdotibus fornicationem prohibent, ſed etiam excommunicant illos, qui ſcientes ſacris fornicatorum interſunt, Sed ſicut mendacium & homicidium, ita etiam impudentiam patris ſui Diaboli imitantur, atq; hoc ſibi laudi ducũt, ſi deſiderijs ipſius grauiter obediant, ſintq; grauiter impudentes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

LIBER SEXTVS DOCTRINÆ ETHICÆ, SEV MORALIS DE PRÆCEPTO ſeptimo, Non furtum facies.

CAPVT I.

DE SVMMA SEPTIMI PRÆCEPTI.

VITÆ humanæ opus eſt rerum vſu, poſſeßione, communicatione, quæ fit per contractus, Ideo Præceptum ſeptimum (Non furaberis) docet in his rebus ſeruire Deo, ne violetur pietas, caritas, iuſticia, bona conſcientia. Primum autem teſtatur hoc Præceptum, Dominia ſeu dominiorum diſtinctionem ſeu proprietatem rerum, eſſe ordinationem Dei. Nom omnis prohibitio ſignificat aliquid ordinatum antecedere, quod Deus vult conſeruari, ſicut præceptum vetans adulterium, ſignificat coniugium eſſe à Deo ordinatum, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eius legem obſeruari debere inter homines. Eſt autem hæc doctrina vtilis conſcientijs, intelligere, quod cum Deus terram dederit, vt Pſalmus inquit, Filijs hominum, tamen velit in terra dominiorum diſtinctionem eſſe, vt quiſq; ſciat, quæ res ſua ſit, quæ aliena, & quod Deus hanc diſtinctionem rerum approbet. Exiſtimauerunt multi, & adhuc exiſtimant, proprietates & dominia rerum tyrannide & violentia, non iure conſtituta eſſe, propterea quod ſicut liberi vnius patris idem ius habent in bonis paternis, ſic omnes homines æqualiter idem ius habeant in terra, & omnibus rebus, quæ ſunt ſuper terram. Atq; eam ob cauſam communia omnia, & proprium nihil eſſe iure diuino. Hanc opinionem refutat præceptum diuinum: Non furaberis. Si enim nihil proprium eſt, neque furtum committi poteſt, fruſtra ergo prohiberetur à Deo per hoc præceptum, Non furaberis, illud quod fieri nequit. Sicut fruſtra prohiberetur ne homo volet. Deus vero fruſtra nihil prohibet. Tum etiam ſi proprietas rerum non ordinata, ſed tyrannide & violentia hominum conſtituta eſſet, equidem Deus præcepto hoc iniuſtam hominum tyrannidem & violentiã confirmaret, ac ſi Rex aliquis lata lege ediceret, vt omnia quæ latrones & fures rapere poſſent, ea cum bono titulo & quiete poſſi-

de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

derent quo abſurdius cogitari vix quidquam poteſt.

Secundo, ordinat hoc præceptum iuſticiam conſeruatricem iuſtorum dominiorum, & proprietatum, & gubernatricem omnium contractuum inter homines, ne in illis fiat cuiquam iniuria, ſiue per vim, ſiue per dolum.

Tertio itaq; prohibet hoc præceptum omnia peccata pugnantia cum ordinatione diſtinctionis dominiorum, & cum iuſticia commutatiua, quibus ſcilicet peccatis ſeu vitijs furtum committitur, vel vi, vel iniuria, vel fraude, vel prodigalitate, vel alijs quibuſcunq; modis, per quos furtum committi poteſt. Nec tantum exteriora facta prohibet, ſed etiam interiora vitia, auaritiam, pleonexiam & nimiam tenacitatem in dandis neceſſarijs eleemoſynis, in iuuanda Eccleſia, & Repub. & alendis ſuis. Continet ergo hæc lex doctrinam de iuſticia commutatiua, & multarum virtutum in hac vita neceſſariarum, atq; econtra etiam multorum viciorum, & peccatorum catalogum. De ſumma præcepti teneantur hæc duo dicta: 1. Timoth. 6. Quæſtus magnus eſt pietas cum animo ſua ſorte contento, nihil enim intulimus in mundum, videlicet, nec efferre quidquam poſſumus, ſed habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus, Nam qui volunt diteſcere, incidunt in tentationem & laqueum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& cupiditates multas, ſtultas & noxias, quæ demergunt homines in exitium & interitum, ſiquidem radix omnium malorum eſt ſtudium pecuniæ, quã quidam appetentes aberrauerunt à fide, & ſemetipſos implicuerunt doloribus multis. Tu autem homo Dei iſta fuge, ſectare autem iuſticiam, 1. Theſ. 4. Ne quis ſupergrediatur, neq; circumueniat fratrem in negocio.

CAPVT II.

DE IVSTICIA.

Operæ precium, nec abs re facturum me eſſe arbitror, ſi doctrinam de ſignificationibus vocis iuſticiæ, & eius diſtinctionibus repetam: Quæ doctrina dilucide à D. Philippo Melanthone propoſita eſt. In diſputationibus Theologicis de iuſticia hominis coram Deo, ſignificat iuſticia remiſſionem peccatorum, ſeu imputationem iuſticiæ propter Chriſtum: Hæc vocatur iuſticia fidei, & iuſticia Euangelica et iuſticia Chriſtiana corã Deo, eſtq; prorſus ignota humanæ rationi, & omnibus Ethnicis, ignaris Euangelij Ieſu Chriſti, tantũ nota eſt Eccleſiæ ex verbo Dei, de hac dicimus in Symbolo: Credo remiſſionem peccatorũ, & de illa ſcriptum eſt in Geneſi, & ad Roma. cap. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam,

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Non ſcriptum eſt autem propter illum tantum reputatum fuiſſe illi, ſed etiam propter nos, quibus imputabitur credentibus in Deum, qui excitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis, qui traditus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtri. Appellatur etiam iuſticia Dei, quia eſt obedientia & ſatisfactio vnigeniti filij Dei, quæ per Dei miſericordiam credentibus imputatur, ſeu quia eſt remiſsio peccatorum donata credentibus à Deo, propter filium Ieſum Chriſtum. Extat autem hæc appellatio Roma. 1. Iuſticia Dei patefit per Euangelium ex fide in fidem. Et Roma. 3. Nunc vero ſine lege iuſticia Dei manifeſtata eſt, comprobata teſtimonio Legis & Prophetarum, Iuſticia vero Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes, & ſuper omnes qui credunt. Atq; ratio appellationis explicatur Philip. 3. Arbitror omnia vt ſtercora, vt Chriſtũ lucrifaciam, vtq; inueniar in illo, non habens meam iuſticiam ex lege, ſed eam quæ per fidem eſt Chriſti, quæ eſt ex Deo iuſticia ſuper fide. Sciendum autem eſt, quod hæc ſignificatio iuſticiæ, ſeu hæc loquendi forma Euangelica prorſus diſcernenda eſt ab intellectu vocabuli iuſticiæ, quo in doctrina Ethica vtimur, vbi legaliter de hominum actionibus iuſtis aut iniuſtis diſputamus, eaſq; ſecundum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

præcepta legis, ac alias honeſtas præceptiones, & leges diſtinguimus, nam in Ethica doctrina Iuſticia ſignificat virtutem in hominibus. Eſtque duplex diuiſio iuſticiæ, tradita ab Ariſtotele, quas diuiſiones etiam Philippus retinet, & eleganter explicat in multis locis.

Prima diuiſio eſt, Iuſticia alia nominatur vniuerſalis, alia particularis, Vniuerſalis iuſticia eſt obedientia iuxta omnesleges honeſtas, ad nos pertinentes. Ariſtoteles dicit: 5. Ethicorum. Iuſticia vniuerſalis eſt omnium virtutum officia facere, & de ea recitatur verſus.
Iuſticia in ſeſe virtutes continet omnes.
Atq; ſic eam commendat Ariſtoteles, vt dicat, nec Heſperum, nec Luciferum ea formoſiorem eſſe. Dicit quoq; iuſticiam vniuerſalem & virtutem idem eſſe, & quidem iuſticiam vniuerſalem non partem aliquam virtutis, ſed totam virtutem eſſe. Differentiam autem in ratione ponit, Quatenus enim inquit, ſpectat ad alios, & debitum officium communi ſocietati præſtat, Iuſtic ia dicitur: ſed quatenus eſt habitus in nobis, dicitur virtus. Sic Ariſtides nominatur iuſtus, quia fecit externa officia omnium virtutum, ſeu quia non habuit externa delicta contra vllam legem. Paulus vniuerſalem iuſticiam ethicam externarum actio-

num,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

num, qualis illa in hac infirmitate poteſt eſſe in homine, tum ante, tum poſt conuerſionem deſcribit his duobus locis. Sic enim de ſemetipſo ante conuerſionem inquit ad Philip. 3. Iuxta iuſticiam in lege fui irreprehenſibilis, Iterum vero poſt conuerſionem 2. Corinth. 4. Nihil mihi conſcius ſum, addit autem, ſed in hoc non ſum iuſtificatus. Etſi enim vult Deus, vt hæc iuſticia præſtetur, & placeat ita in perſona credente, tamen non eſt perfecta obedientia, qualem lex Dei requirit: Itaq; licet in hac vita ſit pulchrior Heſpero & Lucifero, tamen ſi homo eam opponere velit iudicio Dei, vt per eam ſit coram Deo iuſtus, tunc ſimilis eſt panno menſtruatæ mulieris, quemadmodum dicit Eſaias cap. 64. & ſicut Paulus dicit pro ſtercore æſtimanda eſt. Iuſticia particularis eſt, quæ ſeruat æqualitatem in non lædendis illis, à quibus non ſumus læſi, & in ordine perſonarum, & in iudicijs, & in contractibus ſuum cuique tribuit: Propriè enim antiqua definitio Simonidis, quam Iureconſulti retinuerunt, ad particularem iuſticiam pertinet, videlicet: Iuſticia eſt conſtans & perpetua voluntas ſuum cuiq; tribuens, Rationem appellationis eam monſtrat Ariſtoteles, quia eſt pars ſeu ſpecies iuſticiæ vniuerſalis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secunda diuiſio, Iuſticia particularis eſt, aut commutatiua, aut diſtributiua. Commutatiua eſt, quæ ſeruat æqualitatem in contractibus, & pœnis ſine diſcrimine perſonarum. Diſtributiua eſt, quæ rectè ordinat perſonas, & iuxta gradus etiam officia, reuerentiam, honores & præmia diſtribuit, Et ratio huius diuiſionis eſt, cum Iuſticia gubernet omnes actiones in ſocietate, quidquid autem agimus cum alijs, ſit aut rerum communicatio, aut perſonarum ordinatio, Idcirco manifeſtum eſt, duas iuſticiæ particularis ſpecies eſſe, quarum altera perſonas ordinat, altera regit rerum communicationes. Plato iuſticiam vniuerſalem argutius definiuit quam Ariſtoteles, quia vidit non ſolum quærendum eſſe, qui ſit ordo homini ad hominem, ſed etiam qui ſit ordo homini ad ſemetipſum. Quem quidem ordinem etiam conſcientia cuiuſq; hominis conſiderat, & iudicat. Itaq; talem definitionem conſtituit, cuius hæc ſumma eſt, Quod iuſticia vniuerſalis ſit conſenſus inferiorum virium in homine cum mente recte iudicante.

CAPVT III.

DE INIVSTICIA.

INiuſticia eaſdem diuiſiones recipit, quas Iuſticia: Primò quidem iniuſticia alia eſt vniuerſalis, alia eſt particularis. Vniuerſalis iniuſtitia eſt inobedientia aduerſus omnes leges honeſtas, ad nos pertinentes, ſicut aliquando inuenitur tanta petulantia in aliquibus hominibus, vt ſtudioſè in hoc incumbant, ne cui legi diuinæ aut humanæ obtemperent. Ariſtoteles dicit, quod iniuſticia vniuerſalis complectitur omnia, quæ legibus aduerſantur, & quod non eſt pars turpitudinis, ſed tota turpitudo, ſicut vniuerſalis Iuſticia non pars virtutis, ſed tota virtus eſt.

Iniuſticia particularis eſt pars ſeu ſpecies vniuerſalis iniuſticiæ, eaque eſt aut commutatiua, aut diſtributiua, vt homicida, fur, adulter, parentibus inobediens, ſeditioſus, non tribuens præmia debita, & ſimiles, etſi multis virtutibus ſint præditi, & multis legibus obtemperent, tamen iniuſti ſunt.

C A.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT IIII.

DE DIFFERENTIA INTER IVSTITIAM COMmutatiuam & Diſtributiuam, quam faciunt proportiones Arithmetica & Geometrica.

MAgna fuit prudentia Ariſtotelis, qui ſagaciſſimè animaduertit, diſſimiles eſſe iuſticiæ ſpecies, Commutatiuam, quæ circa rerum communicationem & compenſationem, atq; Diſtributiuam, quæ circa perſonarum ordinationes, officiorumq;, honorum ac præmiorum diſtributionem verſatur, cum quidem vtraq; ad particularem iuſticiam pertineat, & vtraq; gubernet actiones in ſocietate neceſſarias, in quibus agimus cum alijs, eamq; diſſimilitudinē eruditiſſimè per proportiones diſſimiles, Arithmeticam & Geometricam diſtinxit, quarum proportionum ingenioſa accommodatione vtramq; ſpeciem declarauit. Commutatiuam iuſticiam dicit gubernari proportione Arithmetica, quæ eſt ſumma æqualitas ſolarum differentiarum, vt diſpoſitis tribus aut pluribus numeris, vt pote 2. 4. 6. 8.

Diff-

Differentiæ æquales ſunt, nam ſicut primus numerus diſtat binario à ſecundo, ſic ſecundus à tertio, tertius à quarto. Hæc æqualitas differentiarum, quæ ſimpliciter conſtat æqualibus numeris, inter omnes terminos conuenit ad contractus, quia in contractibus hoc ipſum ſpectatur, vt inter contrahentes ſit æqualitas, vt tantundem habeat emptor, quantum venditor, tantundem locator, quantum conductor. tantundem recipiat, qui mutuum dedit, quantum accepit cui mutuum datum eſt. Et hæc æqualitas non variatur ſecundum diſcrimina perſonarum, quia ſi tolleretur Arithmetica æqualitas è contractibus, neceſſario vna pars contrahentium exugeretur, & ſic contractuum inæqualitate diſſolueretur ordo ſocietatis humanæ. Vt ſi Ruſtici ciuibus non iuxta æqualitatem Arithmeticæ proportionis, ſed ratione proportionis Geometricæ, hoc eſt pro quantitate facultatum cuiuſq́, frumenta, boues, oues, ligna, & alias res venderent, Ciues etiam ditiſsimi breui tempore ad inopiam redigerentur, quæ enim Mercenarius ſolido emeret, ea ciui mediocri ſæpè dalero, ditiſsimis aliquot daleris emenda eſſent: Ita nullæ diuitiæ opulentiſsimi Regis ad neceſſarios alimentorum ſumptus ſufficerent. Si Rex & ciuis ſimiles res ementes, non ſecundum Arithmeticam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

æqualitatem, ſed ſecundum Geometricam proportionem emere deberent, hoc eſt, ſi vlnam pannis, aut aliam rem, quam ciuis dalero emit, Regi emenda eſſet tot daleris, quota proportione ipſius diuitiæ ciuis facultates ſuperant, tunc nullus Rex poſſet ſuam familiam alere.

Acutiſſimè itaq; animaduertit Ariſtoteles, in contractibus commutatiuæ iuſticiæ, ſequendam eſſe æqualitatem proportionis Arithmeticæ, vt emptor à quolibet venditore æqualem recompenſationem accipiat ſine diſcrimine perſonarum.

De diſtributiua vero Iuſticia inquit Ariſtoteles, quod in ea obſeruari debeat non Arithmeticæ, ſed Geometricæ proportionis æqualitas, hoc eſt, quod ſicut in Geometrica proportione, neglecta numerorum æqualitate, conſideratur æqualitas proportionum, vt ſicut ſe habent duo ad vnum, ita ſe habent, 20. ad 10. Sic in diſtributiua iuſticia neglecta æqualitate illa, qua perſonæ, de quibus deliberatur, aut cum quibus agitur, ſunt ſimiles, hoc eſt, ſimiliter ſunt homines, ſeu vnius ſocietatis ciues, conſideratur qualis ſit æqualitas inter res & perſonas proportionata, iuxta diſcrimina, tum rerum, tum perſonarum, vt cum deliberatur cui nam officium Bubulci, aut Conſulis ſit com-

mit

mittendum, non ſic debet cogitari, Cicero & Tityrus ſunt vicini, Tityrus præterito anno fuit bubulcus, Ergo, Cicero hoc anno erit Bubulcus. Sic cum deliberatur an Ciceroni ſit committendum officium Imperatoris, ſtultiſſimum eſſet iuxta Arithmeticam proportionem ſeu æqualitatem ita iudicare. Pompeius & Cicero ſunt æquales, quia vterq; eſt ciuis Romanus, Pompeius fuit electus ad Imperatoris officium, Ergo etiam Ciceroni officium Imperatoris eſt demandandum. Iudicium itaq; in tali deliberatione ſecundũ Geometricam proportionem fieri debet, nimirum, ſicut Pompeij ingenium, & dona ſe habent ad officium Imperatoris, ita Ciceronis ingenium & dona naturæ ſe habent ad officium Conſulis, Ergo Pompeius ſit Imperator in bello, Cicero ſit Conſul in vrbe, Sicut Tityrus ſe habet ad bubulci officium, ſic Menalcas ſe habet ad agriculturam. Ergo Tityrus ſit Bubulcus, Menalcas ſit agricola.

Rectè autem dictum eſt, Beatas illas eſſe Reſpub. quæ Geometrica proportione gubernantur, hoc eſt, vbi officia mandantur illis perſonis, quæ ad ea ſunt aptæ, & non eliguntur Magiſtratus, iuxta ordinem numerorum, vt hoc anno eſt Cicero Conſul, Ergo ſequente anno erit Conſul eius vicinus, ſiue ſit idoneus, ſiue non ſit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Cùm talis ſit officiorum diſtributio, non poſſunt Regimina eſſe felicia, ſed neceſſe eſt ea eſſe miſerrima, Itaq; Achilles rectè vitupe-rat talem ſtatum, in quo neglecta diſtributiua iuſticia par honos habetur fortibus & ignauis. Et Theognis dicit: Vbi baiuli imperant, mali ſunt ſuperiores bonis, metuo ne nauem fluctus opprimant. Imò vero quilibet prudens paterfamilias intelligit, quod etiam in Oeconomia hæc admonitio de proportione Geometrica obſeruanda ſit, conuenit enim cum ipſa natura, & cum donorum, tàm naturalium, quàm etiam ſpiritualium in Eccleſia diſcrimine, Itaq; cum natura, & cùm donis Dei pugnant, qui Geometricam proportionem è diſtributiua iuſticia tollunt, ſicut etiam cum natura & ordine æqualitatis à Deo inſtituto ad conſeruationem ſocietatum pugnant, qui tollunt è iuſticia commutatiua æqualitatem Arithmeticam.

CAPVT V.

AN RECTE DIXERIT CICERO, PRIVATA nulla eſſe natura.

Ciceronis verba ſunt libro Officiorum 1. Iuſticiæ primum munus eſt, ne cui quis noceat, niſi laceſſitus iniuria, Deinde vt com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

munibus pro communibus vtatur, priuatis autem vt ſuis. Sunt autem priuata nulla natura, ſed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, vt qui bello potiti ſunt, aut lege, pactione, ſorte, ex quo fit vt ager Arpinas Arpinatium dicatur, Tuſculanus Tuſculanorum. Similisq́; eſt priuatarum poſſeßionum deſcriptio, Eo ſi quis plus appetat, violabit ius humanæ ſocietatis. Sapiens & honeſta oratio eſt, in qua illud tamen reprehenditur, quod nullas res natura eſſe priuatas, omnia verò eſſe communia aſſerit. In qua opinione, etſi non omnino cum Platone conſentit, qui in ſua Repub. non natura tantùm, ſed etiam legibus omnia eſſe communia voluit, etiam vxores & liberos, quod tamen Arcadicis perſuadere haud potuit: Tamen etiam à vero diſſentit, quia nimis generaliter dictum eſt, nulla eſſe priuata, natura. Iureconſulti multo rectius ita res diuidunt, Quaſdam, inquiunt, res natura communes eſſe, vt aer, aqua profluens, mare, lapilli maris. Quaſdam nullius eſſe, vt res ſacræ, Quaſdã vniuerſitatis, vt theatra, Curiæ, Quaſdã ſingulorum, vt res priuatæ. Hæc diſtinctio Iureconſultorum magis quadrat ad regulam, quam omnibus modis teneri neceſſe eſt. Quod diſtinctio dominiorum, hoc eſt, proprietas rerum priuatarum, ſit iuris diuini. Ergo etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Iuris naturæ, Quia præceptum dicit : Non furtum facies, ſignificat igitur Deus, velle ſe diſtinctionem Dominiorum. Et quidem hoc præcepto tanquam muro ſingulorum domus, poſſeſſiones, & res muniuit. Cogitent itaq; iuniores quod dictum illud Ciceronis correctione opus habeat, & obſeruent Iureconſultorum diſtinctionem, diſcant quoq; explicationem argumentorum, quibus rerum communio ſolet defendi in diſputationibus, quæ ex D. Philippo vna cum breuibus ſolutionibus repetam.

Primum argumentum : Naturalia ſunt immutabilia, communio rerum eſt Iuris naturæ, Ergo, eſt immutabilis. Reſpondeo ad maiorem, Naturalia ſunt immutabilia, ſcilicet noticiæ & præcepta, vt noticia numerorum eſt immutabilis. Sic immutabilia ſunt præcepta moralia, Agnoſce & inuoca verum Deum. Honora parentes. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non dices falſum teſtimonium. Sed bona vtilia ſunt mutabilia. Quanquam ſic condita eſt natura hominis, vt retineret vitam, ſanitatem corporis, tamen hæc bona propter peccatum poſtea mutata ſunt. Sic facultas communiter vtendi rebus fuiſſet bonum vtile, quod mutatum eſt poſt peccatum propter multas cauſas, quia nunc cauſæ quærendi & fruendi non ſunt ſimiles in omnibus.

Secun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secundum argumentum . Quicquid eſt Chriſti,eſt cohæredum,omnia ſunt Chriſti,Ergo omnia ſunt cohæredum, Non igitur eſt diſtinctio dominiorum, Reſpondeo. Concedo totum Argumentum ,ſi ſine ambiguitate intelligatur, ſcilicet maior & concluſio, de Iure ad rem, non de Iure in re, quod accipiemus in reſurrectione, quando noſtra hæreditas declarabitur. Hinc itaq; annexum conſequens non ſequitur, Dominia nulla eſſe, ſeu proprietates nullas eſſe, Quod ſi vero maior intelligitur de Iure ad rem,ambiguitas oſtendit, plus eſſe in concluſione quàm in præmiſſis, quia concluſio de Iure in re loquitur. Similiter reſpondendum ad Auguſtini argumentum.

Quicquid eſt Domini ,eſt filiorum Dei.
Sed Domini eſt terra & plenitudo, Ergo,
Etiam filiorum Dei eſt terra & plenitudo eius.

Itaq; Iure diuino nulla eſt dominiorum diſtinctio.

Tertium argumentum. Tolle Iura Imperatorum, inquit Auguſtinus, & nemo poteſt dicere: hæc villa mea eſt. Ergo tantum autoritate humana ſunt diſtincta dominia, Reſpondeo. Nego conſequentiam. & ratio eſt, quia proceditur à non ſufficientibus cauſis. Sola enim autoritas Magiſtratuum nequaquam eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cauſa principalis, diſtinctionis dominiorum, ſed hoc ſequitur, quod aliquid agat Magiſtratus, ſiquidem eſt miniſter ordinis diuini, in executione vel defenſione, vt in præcepto, Non occides. Magiſtratus non dat vitam hominibus, ſed eſt miniſter ordinis diuini, defendens vitam, & puniens eos, qui alijs vitam à Deo datam eripiunt. Sic Magiſtratus non dat tibi Ius hæreditatis paternæ tenendæ, ſed hoc ius immediatè à Deo eſt, iuxta dictum: Si filius, Ergo Hæres, Magiſtratus autem miniſter eſt ordinis diuini, in Iudicijs & pœnis, ſi quis tibi velit eripere paternam hæreditatem. Longiſſimè differunt hæc, habere Ius ſeu dominium, & habere defenſorem Magiſtratum. Sic in omnibus contractibus ius à Deo traditur, iuxta præceptum: Non furtum facies. Item, Non facias inæqualitatem in emendo, vendendo, ponderibus, ſed Magiſtratus eſt miniſter Dei ad executionem iſtius Iuris.

Quartum Argumentum, Amicorum omnia ſunt communia.

Omnes boni ſunt amici inter ſe, Ergo,

Bonorum inter ſe omnia ſunt communia.

Reſpondeo ad maiorem, Amicorum omnia ſunt communia, ſcilicet virtute, non obligatione, ſeu Iure ciuili, ſeu poſſeſſione. Cum autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tem dicitur: *Virtute omnia amicorum communia eſſe*, intelligitur communicatio rerum communicabilium, cum habet probabilem cauſam, ſeu officij rationem, ſine politici mutatione ordinis.

Quintum Argumentum, In Actis Apoſtolorum ſcriptum eſt:

Christianos contuliſſe facultates in commune. Ergo.

Euangelium tollit diſtinctionem dominiorum.

Reſpondeo ad antecedens. Iudicandum eſt legibus non exemplis. Lex diuina ſanxit diſtinctionem dominiorum. *Non furtum facies*, Nec Euangelium abolet politica, et œconomica ordinata, atq; exemplum Apoſtolorum eſt lex vniuerſalis, neq; facit legem, quia ea collatio fuit voluntaria, & vtilis illo tempore, quo alioqui non poterant credentes ſuas facultates retinere, ſed ipſis eripiebantur. Et fuit libera collatio, ſicut expreſſe dicit Petrus ad Ananiam, quod et fuit liberum vel Agrum, vel pecuniam retinere, punituſq; eſt Ananias propter mendacium, non propterea, quod facultates non contuliſſet in commune.

Sextum argumentum, 2. Corinth. 8. inquit Paulus, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſt: Qui multum, non abundabit, & qui modicum non minus habebit. Ergo tollitur diſtinctio dominiorum, ſi æqualiter licet vti rebus alienis. Reſpondeo ad antecedens, Paulus ipſe oſtendit ſe non mutare ordinem politicum, ſed loqui de voluntaria communicatione, quæ fit virtute, ſcilicet beneficentia. Expreſſe enim inquit: Non quaſi imperans dico, vt vnuſquiſq; ipſe elegit in corde ſuo, id eſt, volens det, non ex coactione. Et quidem non loquitur de æqualitate poſſeſſionis, ſed de æqualitate diſtributionum, non iuxta proportionem Arithmeticam, vt omnes tantundem dent, ſed iuxta proportionem Geometricam, vt multum habens multum det pauperibus, minus habens pauca det.

Septimum argumentum. Ad Rom. 13. inquit Paulus: Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicē diligatis, Vbi autem non eſt debitum, ibi omnia ſunt cōmunia. Reſpondeo, Paulus hoc ipſo dicto confirmat diſtinctionem dominiorum, quia duo tradit præcepta, alterum de obligatione ciuili, alterum de obligatione naturali, ſeu diuina ac perpetua. Ait ergo primum de obligatione ciuili, nemini quidquam debete, id eſt, ſeruate iura contractuum, date creditoribus, venditoribus, locatoribus ea quæ eis debentur, & ſic vos liberate obligatione ciuili. Interea ſcitote tamen manere

obli=

obligationem diuinam, & naturalem, de dilectione, quæ multa officia poſtulat, de quibus non præcipiunt leges forenſes, ſed lex diuina, quorum officiorum tamen hic modus eſt, de quo dicit Salomon. Fontes tui deriuentur foras, & tu Dominus eorũ maneto. Item Paulus, vt non ſit vobis tribulatio. Itẽ, habenda eſt ratio maxime domeſticorũ. Altera ſententia: Illa quæ debentur ciuili obligatione præſtanda ſunt, verũ naturalis et diuina obligatio manet immota. Eſt autem finis obligationis ciuilis, cum datur id quod ciuili obligationi debetur. Nunquam autem finis eſt obligationis naturalis, quia etiamſi pro tempore officium præſtiteris, tamen manet obligatio perpetua beneuolentiæ in corde, & officiorum, ſi quando ea præſtare poterimus.

Octauum argumentum, Matth. 19. dicit Chriſtus: Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & veniens ſequere me. Tollitur ergo diſtinctio dominiorum, ſi neceſſe eſt vendere facultates, & diſtribuere eas pauperibus. Reſpondeo ad antecedens, Dictum illud Chriſti ad adoleſcentem eſt ſingularis vocatio, non eſt vniuerſale præceptum, vt multa ſunt ſingularia mandata, & ſingulares vocationes. Vt cum Abrahæ præcipitur mactatio filij, cum Moſes vocatur ad educendum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

populum. Talia ſingularia mandata recte diſcernenda ſunt ab vniuerſalibus præceptis. Nec transferantur ad κακοζηλίας, ſicut multi impij ſecuti ſunt exemplum Abrahæ, & multi non vocati voluerūt liberatores eſſe populi, exemplo Moſi, Dauidis & aliorum. Ita hoc loco vocatur adoleſcens ad miniſterium Euangelij certo modo. Hæc vocatio non ad omnes pertinet, & perfectio eſt, non in deſertione facultatum, ſed in cauſa ſeu particula, quæ additur: ſequere me. Sequuntur autem ſinguli Chriſtiani Chriſtum pro ſua vocatione, vt in alia vocatione ſequitur Chriſtum pius miles, in alia Materfamilias, in alia pius Magiſtratus, in alia Eccleſiæ paſtor.

Secundo de perfectione ſciendum eſt, quia ſæpe hoc vocabulum occurrit, perfectum dici dupliciter, aut ſubſtantia aut qualitate ſeu gradibus. Perfectum ſubſtantia eſt, habens omnes partes integrales, etiamſi partium gradus non ſunt completi: Vt puer eſt perfectus homo ſubſtantia, Sic Paulus ad Philippenſes 3. loquitur. Hoc ſentiamus quotquot perfecti ſumus, id eſt, habentes omnes partes integrales, fidem & bonam conſcientiam, etiamſi nondum obedientia erga legem, omnes gradus habet. Dicatur ſanè perfectum numero partium, non gradibus,

Alio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Alio modo perfectum dicitur qualitate ſeu gradibus, vt puer etiamſi habet partes integrales omnes, tantũ nondũ omnibus vti poteſt. Sic de perfectione Paulus in eodem capite loquitur. Non quod comprehenderim & perfectus ſim. In Geneſi cap.17. dicitur ad Abrahamum: Eſto perfectus, hic in Hæbræa lectione eſt vocabulum Thamim, quod ſignificat perfectionem numero, id eſt, habens omnes partes integrales, & opponitur mutilo, vt ſi ouis claudicet, aut ſit cæca, aut ſcabioſa. Contraria eſt huic vocabulo quod Latinus vertit ſine macula, id eſt, ſine mutilatione, vel enormi læſione partis. Sic loquitur Pſalmus 119. Beati immaculati, vbi ponitur idem vocabulum Thamim, quod ſignificat integrum, id eſt, non mutilum ſine enormi læſione, etiamſi non ſunt ſummi gradus, vt Abraham eſt perfectus, ſeu iuxta Pſalmum immaculatus, non quia prorſus eſt ſine peccato, ſed quia habet fidem & bonam conſcientiam, ſine Idolatria, ſine impijs opinionibus, ſine ſcelere contra conſcientiam. Sic intelligatur dictum: Eſto perfectus. Item, Noe erat iuſtus & perfectus, id eſt, habens fidem & bonam conſcientiam, ſine idolatria, ſine impijs opinionibus, ſine ſcelere contra conſcientiam. Eodem modo loquitur Lucas cap. 1. Ambulabant in omnibus mandatis ſine reprehenſione. Hæc

anno-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

annotatio de perfectione obſeruanda eſt, tum propter diſputationes, tum etiam vt apud noſmetipſos recte intelligamus hæc dicta, Eſto perfectus. Item, Beati immaculati, & ne conſcientiæ conſolatio turbetur tali argumento.

Immaculati ſunt beati,

Nemo hominum eſt immaculatus, quia omnes ſumus peccatores. Ergo,

Nemo hominum eſt beatus.

Dictum autem eſt immaculatum in Pſalmo ſignificare illum, qui habet fidem & bonam conſcientiam, ſine idolatria, ſine impijs opinionibus, & ſine ſcelere contra conſcientiam, etiamſi in gradibus obedientiæ, iuxta legem non eſt perfectus.

Tertio ſciendum eſt, deſertionem facultatum duplicem eſſe, alia fit ſine mandato Dei, ἐθελοθρησκία, & non eſt cultus Dei. Alia deſertio fit mandato Dei, vt cum Tyranni præcipiunt abijcere veram doctrinam, aut diſcedere à facultatibus. Hic mandatum Dei præcipit potius deſerere facultates. Talis deſertio cum habeat mandatum Dei, eſt opus neceſſarium, & pertinet ad illud dictum: Eſto perfectus, quia hæc obedientia eſt pars integralis, pertinens ad hoc totum, quod nominatur obedientia neceſſaria, ſcilicet habere fidem & bonam con-

ſcienti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſcientiam. Cæterum iudico ſimpliciſsimam eſſe enarrationem, Si vis perfectus eſſe, id eſt, ſine hypocriſi, oſtende hanc tuam non fucoſam obedientiam hoc modo, ſicut ego te ſingulariter voco.

Nonum Argumentum, Matth. 5. Da omni petenti te, Si neceſſe eſt dare omnibus. Ergo, Nihil manet proprium.

Reſpondeo ad antecedens. Vniuerſalis ibi non ſignificat omnia indiuidua ſpeciei, ſed ſub genere quarumlibet ſpecierum aliqua, vt cum dicitur: Omne animal fuit in arca Noe, id eſt, ſub genere quarumlibet ſpecierum aliquo, Eſt itaq; ſententia dicti: Da amicis & inimicis petentibus, peregrinis & incolis, hoc eſt, vera cauſa petentibus, non furacibus ſtellionibus, pecatibus impoſtoribus, quos omnes nominat Salomon crudeles. Præterea interpretatio dicti ſumatur ex communi regula: Euangelium non abolet politica & œconomica, congruentia legi Dei. Dicit autem lex: Non furtum facies, ſancit igitur diſtinctionem dominiorum & proprietatum. Et Paulus inquit, præcipe diuitibus, vt ſint κοινωνικοὶ. Et ad Corinth. expreſſe inquit, ſe petere ita, vt ſit voluntaria collatio, non imperata aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

coacta, & addit modum, non vt vobis ſit afflictio, alijs ignauia, vel ceſſatio.

Hæc argumenta vna cum ſolutionibus breuiter ex Domino Præceptore Philippo repetiui, vt adoleſcentes non tantum de Ciceronis dicto recte iudicare poßint, ſed etiam vt intelligant explodenda eſſe fanatica deliramenta Anabaptiſtarum, quæ etiam olim ſæpe turbarunt Eccleſiam, videlicet, Neceſſario res in commune conferendas eſſe: ſciantq́ diſtinctionem dominiorum & proprietatum, ſapientia & lege Dei ordinatam eſſe, & Deo placere. Quam ob cauſam vnusquiſq́ ſua cū bona conſcientia tenere poteſt, & ab alieno abſtinere debet, obtemperans legi Dei, & gaudens diuinitus ſua munita eſſe hac lege, Non furtum facies. Vtamur autem rebus noſtris, ſicut Deus præcipit, & ſciamus, hanc propoſitionem veram eſſe. Diſtinctio dominiorum eſt iuris diuini. Item, Iure diuino & naturali propria ſunt legitimæ hæreditates, iuſtæ mercedes, res traditæ per emptionem & donationem &c. In his non dat Ius tenendi humana autoritas, ſed Deu ipſe dedit Ius. Magiſtratus eſt tantum cuſtos ſeu defenſor, ſeu executor ordinis diuini. Quæri autem ſolet de prima occupatione terr non habentis Dominum, vel de occupatio

ræ

rei, quæ in nullius bonis eſt. Sed de his etiam dico, quod dederit Deus ius terram tenendi, non habentem Dominum, ſicut ſcriptum eſt, Gen. 1. ſubijcite terram, dominamini vniuerſis animantibus &c.

CAPVT VI.

DE CONTRACTIBVS.

CVm certum ſit dominiorum diſtinctionem, ac rerum priuatarum proprietatem, præcepto ſeptimo, Non furtum facies, ſancitam eſſe: Et tamen hæc vita talis ſit, vt alij aliorum rebus & laboribus indigeant: Ideo neceſſaria eſt in vita humana rerum & laborum inter homines communicatio, ſicut Ariſtoteles recte dicit, 5. Ethicorum, Reſpub. conſeruantur communicatione, quæ ſi ſemper eſſet gratuita, tunc nulla maneret proprietas, nullum dominium, nullæ res priuatæ, Ideo ſciri debet, quod præceptum ſeptimum etiam honeſtos & neceſſarios contractus ordinat, in quibus ſeruatur iuſticia, ſeu ordinata æqualitas. Nomen contractus à contrahendo venit, et ſignificat actionē eorum, qui de rerum aut laborum communicatione ſeu permutatione inter ſe contrahunt, ſeu conueniunt. Et ſic definitur. Contractus eſt vltro citroq́; obligatio, orta ab expreſſo conſenſu, ſeu eſt

legi-

legitima pactio, vel expreſſus conſenſus, ex quo oritur obligatio, Vſitate contractus in duo genera diſtinguuntur. Alij appellantur nominati contractus, propterea quod certa nomina propria habent, ſuntq́ præcipui nouem: emptio, mutuatio, donatio, permutatio, commodatum, locatio, oppignoratio, ἐμφήτευσις, depoſitum. Alij vocantur Innominati, quia certis nominibus proprijs carent, & ad nominatos, quibus aſsimilantur referri poſſunt, tales ſunt quatuor. Primus, Do vt des. Secundus, Do vt facias. Tertius, facio vt facias. Quartus, facio vt des. Cum autem plerumq́ contractuum medium ſit pecunia, ideo de illa aliquid dicendum eſt.

CAPVT VII.

DE PECVNIA SEV NVMMIS.

CVm genus humanum pecunia ſeu nummis careret, permutatione cõtractus facti ſunt, & merx pro merce data eſt, ſicut adhuc apud aliquos populos mercaturas permutatione fieri, illi teſtantur, qui mores populorum deſcribunt, aut multas regiones viderunt. Sed cum ex auro & argento numiſmata cudi ceperunt, tunc illa vetus permutationum conſuetudo deſijt, & omnes merces ad monetæ valorem æſtimatæ

ſunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſunt, quæ vel à pecudum ſignis, vel ab illa æſtimatione peculij nomen accepit, propterea quod vnuſquiſq; omnes res ſuas, quæ poſſideret, iuxta pecuniæ valorem æſtimaret, & tantum in bonis habere diceretur, quantum pecuniæ bona ipſius valerent, ſicut nunc eſt vſitatiſſimum, vt cum de hominis diuitis bonis dicitur: non domorum, agrorum, pecudum numerum, ſed quanti æſtimentur in pecunia indicare.

Sit autem nota erudita Ariſtotelis diſputatio, de nummi ſeu numiſmatum inuentione, & vſu in contractibus, quæ eſt in quinto Ethicorum. Dicit in contractibus quaſi ex diametro requiri retributionem iuſtam, qua conſeruantur ciuitates, quia ſi mercator merces, ſutor calceos, piſtor panes, alijs communicaret ſine retributione, hoc eſt, ita vt nihil pro illis reciperet, tunc nemo tam diues eſſet mercator, aut ſutor, aut piſtor, qui annum vnum ciuis manere in ſuo loco poſſet, atque eo modo ciuitates, imo omnes honeſtæ hominum ſocietates interirent. Illa vero retributio, ante pecuniæ ſeu numiſmatum inuentionem ita facta fuit, vt aut merx pro merce, vt pannus pro frumento, aut merx pro labore, aut ſimul merx & labor pro merce & labore red-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

deretur. Vt cum Faber dat forcipem aut ſecu-
rim Sutori pro calceis. Nec ignotum eſt eti-
am nunc ſæpe tales permutationum retributio-
nes fieri.

Æqualitas vero retributionis, vt ea
eſſet iuſta, Ideo ad proportionem quam non tan-
tum materiarum, ſed etiam laborum collatio
monſtrat, redigi eam neceſſe fuit. Nam non ſo-
lum vna res alia eſt melior, ſed vnius quoq;
artificis opus alio eſt præſtantius. Ideo inquit
Ariſtoteles, Omnia quæ permutantur debent
inter ſe eſſe aliqua modo comparabilia.

Nummus ergo inuentus eſt, vt quaſi
medium ſit, omnia enim nummus metitur, &
quorum precium minus ſit, & quorum pre-
cium maius ſit, indicat, hoc eſt, cum & res
& labores ad valorem nummorum accom-
modantur, facilimè æqualitas illa inueniri po-
teſt in contractibus, qua nemini fit iniuria
& ciuitates conſeruantur. Siue enim re-
tributio fit nummis, ſiue alijs rebus ſeu ope-
ris, tamen æſtimatio omnis fit ratione num-
morum ſeu pecuniæ, cum qua & res & ope-
ræ conferuntur, vt inueniatur æqualitas ne-
mini iniuriam faciens: vt ſi Sutor pro boue aut
frumento reddere velit calceos, æſtimatio fa-
cta ad pecuniam oſtendit, quot calcei boue

au

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſunt frumentum æquare poſſint, vt is qui bouem, aut frumentum Sutori tradit, rurſus à Sutore iuſtam retributionem accipiat.

Addit autem Ariſtoteles. Niſi talis fiat æſtimatio, non poſſunt fieri commercia, neq; eſſe communicatio. Non poteſt autem fieri æſtimatio, niſi res aliquo modo redigantur ad æqualitatem, quare oportet aliquid eſſe, quod vnum metiatur omnia, & ad æqualitatem redigat. Hoc re ipſa eſt indigentia, quæ coniungit indigentes, & cogit alia ab alijs ſumere. Si enim nulla re indigerent homines, aut non vtrinq;, aut nulla prorſus fierent commercia, aut non æqualia.

Nummus autem factus eſt ex pacto, vt ſit vice eius, quo alij indigent (ſcilicet, quia nummis neceſſaria omnia comparari poſſunt, quæ alioqui in permutatione reddebantur:) Ideoq; appellatio numiſmatis, non à natura, ſed à lege eſt, & in hominum arbitrio eſt mutare æſtimationem nummi, & prorſus abrogare. Quod autem indigentia coniungat contrahentes, velut vinculum, manifeſtum eſt. Si enim non egerent homines, nulla fieret permutatio, verum cum indiget alius eo quod quiſpiam habet, contrahunt, vt pro vino dant frumentum exportandum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

hæc igitur æquari oportet. Quanquam enim in præſentia non egeat venditor, tamen pro futura permutatione, cum etiam ipſe indigebit alijs rebus, datur nummus, quaſi vas, quare rectum eſt dato nummo accipere mercem. Etſi hoc quoq; nummus patitur, vt interdum dubia ſit æſtimatio, non enim ſemper tantundem valet, verum plerumq; eadem nummi æſtimatio manet. Ideo oportet omnium rerum certa precia conſtituere, Sic enim poterit & permutatio fieri, & exiſtere communicatio. Nummus igitur, velut menſura, res ipſas metiendo redigit ad æqualitatem. Neq; enim exiſteret communicatio ſine permutatione, neq; permutatio, ſi non fieret æqualitas, neq; æqualitas exiſtere poteſt ſine menſura. Natura autem res non ſunt inter ſe pares, ſed propter indigentiã pares æſtimantur. Neceſſe eſt autem quandam communẽ rerum menſuram eſſe, de qua neceſſe eſt vt inter ſe prius conuenerint homines. Ideoq; numiſmada appellatur, hoc omnia redigit ad æqualitatem, metitur enim omnia.

Hæc Ariſtotelis ſententia eſt de inuentione numiſmatis, ſeu nummi, cuius ſummam breuiter & dilucide recitat Iureconſultus digeſtis de contrahenda emptione lege 1. Quia non ſemper, nec facilè concurrebat, vt cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tu haberes, quod ego deſiderarem, inuicem ego haberem, quæ tu accipere velles, electa materia eſt, cuius publica & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum ſubueniret. Tantum ſcire de Nummi inuentione vtile eſt, vt cogitetur de cauſa, cur Ariſtoteles nummum ſeu pecuniam appellet mercium menſuram. Iucundum quoque ſcitu eſt, quæ fuerint veterum numiſmatum formæ. Primum cum precia rerum ære æſtimata ſunt, æs vero non fuit ſignatum, neq; numero, ſed pondere redditum fuit. Poſtea commoditatis gratia inuenta eſt ars monetaria, & à Magiſtratibus ordinatum eſt, vt numiſmata, tàm parua quàm magna, ex ære, argento & auro cuderentur, ad certa & conſtituta precia, quæ publicè omnibus nota eſſent.

Scribunt Theſeum in Græcia bouis effigie nummos ſignaſſe. Habuerunt autem Athenienſes etiam noctuas, id eſt, nummos cum noctua in vno latere, & facie Mineruæ in altero latere. Item, Aureos cum mula ac curru. In Latinorum antiquiſsima moneta fuit imago nauis, propterea quod Saturnus naue in Latium venerat, cui ipſi nummi inuentionem aſſcribunt. Eius meminit Ouidius his verſibus:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

At bona poſteritas puppem formauit in ære,
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.

Romani cum initio auri argentiq; & æris non haberent copiam, permutationibus cum exteris contrahebant. Inter ſe vero intra muros non tantum permutationibus, ſed etiam nummis ex coreis boum factis vtebantur. Poſtea cum æs nacti eſſent, illo non numerato, ſed ponderato debita exoluebant. Demum imitati morem aliorum populorum, & ciuitatum, nummos cudebant pecudum figuris ſignatos, quod etſi Seruio Tullio Sexto Regi aſcribitur, tamen antiquius eſſe cenſeo. Seruio Cæpione & Cneo Sempronio Conſulibus, argenteus nummus Romæ percuſſus eſt, habens in vna parte Ianum bifrontem, in altera Nauem.

Perſæ ſagittarium cudebant in nummis. Corinthij Pegaſum. Argiui Murem. Mytilenæi Sapphus imaginem. Locri Heſperum ſtellam. Dardanij duos gallos. Rigini Leporem & currum. Tarentini Neptuni filium Delphino inſidentem. De Germanis ſcribunt, quod antiquitus habuerint nummos, qui Serrati dicti fuerunt, propterea quod ſerræ figura ſignati eſſent.

Iudæorum Siclus in vno latere virgam Aaronis, in altero calicem cũ thure habuit. Poſt mutationem Rom. Reipub. effigies, & nomina

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Cæſarū monetis impreſſa ſunt, & addita ſunt à quibuſdam etiam alia ſigna ſeu Symbola, quem morem proculdubio ab alijs Regibus acceperunt.

Auguſtus Cæſar Capricorni ſignum, quod ſub eo in lucem editus eſſet, imprimi nummis voluit. Quæ nunc rei monetariæ conſuetudo ſit, omnibus notum eſt.

CAPVT VII.

DE DISCRIMINE INTER OFFICIA ET CONTRACTUS.

NEceſſaria eſt diſtinctio inter officia & contractus, quæ multis perplexis diſputationibus lucem adfert. Actiones ſecundæ tabulæ œconomicæ & politicæ erga alios homines, in duo genera diſtingui poſſunt. in officia, & in opera debita ex contractibus. Vocantur autē officia omnia opera œconomica & politica, debita obligatione naturali, vt officia parentum erga ſobolē, Magiſtratuū erga ſubditos, coniugis erga coniugē, docentiū erga diſcentes, amicorum erga amicos, diuitum erga pauperes, ciuium erga ciues, vicini erga vicinū, non debita obligatione ciuili. In talibus etiamſi mutua beneuolentia & gratitudo in omnibus eſſe debebat, tamen dātes officia neceſſe eſt ea præſtare, etiāſi nō reddātur

vices mutuò debitæ, vt parentes debent ſoboli benefacere, obligatione naturali, hoc eſt, ordine diuinitus ſancito. Sic Magiſtratus debet benefacere populo, etiamſi multi ſint ingrati, ſicut Alexander dicebat: βασιλικὸν ἐστὶ εὖ ποιοῦντα κακῶς παθεῖν. Semper autem in vocabulo officij ineſt honeſta cauſa eius actionis, ſiue viciſſim aliquid pendatur, ſiue non pendatur, Vt cum diues iuuat inopem, honeſtæ cauſæ ſunt officij, mandatum Dei, miſericordia, caritas.

Contractus autem differunt ab officijs, quod altera perſona in contractu obligatur, non ſolum diuina, & naturali obligatione, ſed etiam ciuili ad mutuam compenſationem, vbi videlicet Magiſtratus cogit reddere compenſationem, aut punit non reddentem.

Sciendum eſt igitur nomen officij communius eſſe nomine contractus. Nā omne opus præceptum in Decalogo officium eſt, Sed opera ex contractu debita, de obligatione ciuili debentur: vt in venditione debet venditor rē tradere, & emptor precium reddere debet. Etiamſi autem in quibuſdam mutuis compenſationibus quædam ſimilitudo eſt officij, & contractus, tamen propria ſignificatio contractuum pertinet ad ciuilem obligationem. Vt inter amicos mutuum vinculum eſt, velut in con-

tracti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tractibus. Item, inter dantem beneficium & accipientem, Sed hoc vinculum eſt obligatio naturalis, ſeu diuina, non eſt obligatio ciuilis. Ideo etiam non accedit ad eam executio Magiſtratus, niſi ſit violatio atrox, & turbans pacem: Vt ſunt cædes, rapinæ, furta, aut ſimilia ſcelera. Interim vero ſciatur naturalis obligationis violationem, etſi à Magiſtratu non puniatur, tamen à Deo, qui illam conſtituit, puniri, ſicut Salomon dicit de ingratis. Non recedit malum à domo ingrati.

CAPVT IX.

DE VENDITIONE ET EMPTIONE.

Contractum venditionis & emptionis inter Chriſtianos licitum eſſe, docent exempla Sanctorũ in ſcriptura ſacra. Et quidem cum ſic à Deo ordinatum ſit, vt alij aliorũ rebus indigeant, ipſa indigentia eſt commonefactio de Dei voluntate & approbatione. Prohibitum eſt furtum earum rerum, quibus indigemus, Ergo, conceſſa eſt emptio. Sunt autem venditio & emptio contractus, in quo obligat ſe vendens ad tradendam mercem ementi, atq; ita ad transferendum Dominium & poſſeſſionem mercis, pro certo precio, & viciſſim emptor obligat ſe ad dandũ precium, & ſicut merx fit ementis, ſic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

precium ſit vendentis. Suntq́ ſubſtãtialia venditionis & emptionis merx, precium, & conſenſus quibus addi poteſt traditio de re corporali,

CAPVT X.

DE MVTVATIONE.

MVtuũ dici inquiunt, quaſi de meo tuum. Eſtq́ mutuatio cõtractus, in quo pecunia vel alia res vtilis, cuius vſus eſt conſumptio, transfertur gratis, officij cauſa in alterum, quo ad dominium, ſed ita vt alter ſit obligatus, vt poſt aliquot tempus reddat non idem in indiuiduo, ſed tantundem in numero, pondere & menſura. Cum autem de mutuatione tradat Chriſtus expreſſum mandatum (mutuum date nihil inde ſperantes) quod mandatum conuenit cum prohibitionibus vſurarũ & fœnoris, quæ ſæpe repetuntur in lege Dei, Et tamen viciſsim verum ſit, quod nemo cum damno alterius debeat locupletari, ſcilicet, ſi det efficacẽ cauſam damni, aut iniuſtã alteri, ſed quod cauſam efficacem damni dans illud ſarcire debeat, iuxta præceptũ: Non furtum facies: Ideo mutuatio diſcernenda eſt, Altera eſt officioſa, altera eſt damnoſa.

Mutuatio officioſa eſt, cum honeſtus homo honeſto homini indigenti, ad honeſtas cauſas dat mutuo talẽ ſummã, qua ſine notabili detrimento ſuo carere poteſt, & conſtituit certũ terminum ſolu-

ſolutionis, & accipiens bona fide reddit in termino conſtituto, vt Tobias dat indigẽti Gabelo mutuo decẽ talenta, & recipit ſyngrapham. & ille tantundẽ reddit, nec amplius. De hac officioſa mutuatione ſimpliciter ſeruandũ eſt dictũ, Mutuum date nihil inde ſperantes. Loquitur.n. Chriſtus de officio, ſicut lex Moſi antè præceperat. Credibile eſt autem multos Iudæos nec erga ciues ſeruaſſe leges de prohibitione vſurarum. Retrahit igitur Chriſtus ſuos ad vocem legis, præcipitq́ Chriſtianis, vt hoc officium caritatis præſtent indigentibus, ſine captatione lucri aut vſurarum. Eſt enim in hoc mandato incluſa repetitio legum, quæ prohibent vſuram accipere, vel de pecunia, vel de frumento, vel de alia re quacunq́, quæ proximo indigenti mutuata eſt, & ſeueriſſima ſententia damnant eos, qui vſuras accipiunt, & fœnus exercent. Atq́ habet mandatum illud etiam rationem naturalem, Officium enim quod volens quis vltro præſtat, ſine ſuo incommodo, nequaquam debet eſſe captatio lucri, dans mutuo volens, ſine ſuo incommodo, ac recipiens ad certum tempus, quantum dederat, vult exiſtimari officioſus, ergo non debet amplius petere, alioqui enim nomen officij transfertur ad inſidias, & auaritiæ prætextum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Alia eſt mutuatio damnoſa, vt cum Mercator pro tenuiore petit magnam pecuniam ſibi mutuo dari, qua ille ſine ſuo incommodo carere non poteſt, & aut non conſtituitur certum tempus ſolutionis, aut nimis longū conſtituitur. Hic manifeſtum eſt mutuationem alteri damnoſam eſſe, vt autem mutuatio non debet eſſe captatio lucri, ſic etiam danti mutuò non debet eſſe damno, & iniuſtum eſt velle locupletari cum iniuria alterius. In tali itaq; caſu iuſtè petitur intereſſe, hoc eſt, compenſatio damni mediocri æſtimatione, quæ compenſatio damni non eſt vſura. Itaq; de ea compenſatione damni poteſt fieri contractus, in damnoſa mutuatione. Eſtq; talis mutuatio ſimilis illi generi, de quo lex diuina loquitur, cum concedit vſuras peti à peregrinis. Non eſt enim ibi officij ſeu officioſæ mutuationis ratio, & mutuo accipiens plus petit, quam quantum ſine compenſatione alter ſuſtinere poteſt, Itaque niſi reddatur compenſatio æqua, neceſſe eſt eum, qui mutuo dedit, ad inopiam redigi. Ea iniuſticia pugnat cum Præcepto: Non furtum facies. Item, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Cum autem petitur compenſatio damni, non ſit illa petitio prætextus ſimulatus auaritiæ, & iniuſtarum vſurarum, & ſit æſtimatio damni, & recompenſationis mediocris reſtricta honeſtis & æquis legibus.

CA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XI.

DE VSVRIS.

VSura eſt lucrum, quod vltra ſortem accipitur propter officium mutuationis. Prohibet autem lex diuina petere, & accipere vſuram, quia cum vita ſine mutuis auxilijs eſſe non poßit, vult Deus in commutatione ſeruari æqualitatem ordinatam, quæ talis eſſe debet, ne quis alteri ſit efficax cauſa damni, ſicut dicit Lex: Non furtum facies, Et expreſſæ prohibitiones vſurarũ in lege traditæ ſunt. Deut. 33. Non ſumes vſuram à fratre tuo pro pecunia, frugibus, aut alia re quacunq;, ab alieno ſumes vſuram, à fratre tuo non ſumes. Leui. 25. Non accipias vſuras à fratre, nec amplius quã dediſti, Pſal. 15. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? qui pecuniam ſuam non dat ad vſuram. Cum his prohibitionibus coniungenda eſt harum demonſtrationum conſideratio.

Prima, in mutuatione fit translatio rei, quæ conſumitur vſu, & ſua natura nihil gignit, Sicut Baſilius diſputat de pecunia, Ergo, æqualitas eſt, vt tantundem reddatur, quantũ datum eſt, non plus, quia ſi plus redderetur, id accederet pro nihilo, & ſic exhauriretur reddens, ſicut videmus magnis vſuris exhauriri totas gentes, quia pro nihilo redduntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secunda demonſtratio, Nemo debet lucrum accipere ex non ſuo. Res data mutuo deſinit eſſe dantis. Ergo mutuo dans non debet plus repetere quam dedit.

Tertia demonſtratio. Officium debet eſſe gratuitum, mutuatio eſt officium, Ergo debet eſſe gratuita, nec debet eſſe captatio lucri, quia captaretur pro nihilo, cum ſors ſit ſalua, & acciperetur ex alieno. Etſi autē hæ demōſtratiōes veræ ſunt, et cū diuina lege conſentiunt, quæ intra has metas iubet manere homines, tamen extra eas erūpit hominū cupiditas, & captat ex officio lucrū, poſcendo vſuras. Hanc cupiditatem ſeu auaritiam vetat lex diuina prohibitionibus vſurarum, quæ ad præceptum: Non furtum facies, pertinent. Accipiens enim vſuras peccat contra hoc præceptum, quia pro nihilo accipit lucrum à proximo. Non dubitemus itaq; fœneratorum immanem auaritiam multarum pœnarum cauſam fuiſſe omnibus temporibus, Ideo homo Chriſtianus vitium illud crudele abominari debet. Apud Ethnicos legibus conceſſa fuit centeſima, quæ as vſurarum dicitur, hoc eſt, talis vſura, quæ centeſimo menſe æquat ſortē, nimirum cum de centum aureis ſingulis menſibus datur vnus aureus, ſed vt eſt auaritia humana inſatiabilis, ita multi etiam leges de centeſimis violarunt, vt Cicero ſcribit, Salaminios

ſol

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſoluiſſe Bruto quatuor centeſimas, hoc eſt, ſingulis menſibus quatuor de centum. Excogitatæ ſunt etiam vſuræ vſurarum, cum propter non numeratas vſuras conſtituto die poſtulabantur nouæ vſuræ, & hæ creſcebant vel cumulabantur ſine modo, quemadmodum nunc fit quoq; in vertumnalibus. Sæpe autem reuocata eſt lex de centeſima, vt à Lucullo in Aſia, vbi ſcribit Plutarchus magnitudine vſurarum ita exhauſtos fuiſſe homines honeſtos, vt vendere filios & filias cogerentur. Cicero legem de centeſima in Cilitia reſtituit, poſtea reſtituerunt eam Iulius & Auguſtus, ſed mitigauit eam Iuſtinianus.

Centeſimarum mentio in Eſdra fit lib. 2. cap. 5. vbi Nehemias præcipit reddi vſuras, quas petebant illiqui, Iudæis mutuo dederant frumentum, pecuniã aut alia, Non excuſat aut laudat eos, qui vſuras petebant, ſed hoc onus Iudæos patienter ferre monet, & immoderatam auaritiam fœneratorum proprijs gentium legibus conſtringit. Nos Chriſtiani abhorreamus ab vſuris Ethnicis & Iudaicis, quomodocunq; nominari poſſunt, & cum damnorum iuſtam compenſationẽ petimus, caueamus, ne contra conſcientiã honeſtũ nomen iuſtæ compenſationis prætexamus prohibitis vſuris, nec petantur centeſimæ aut triceſimæ, aut vſura vſurarum, ſed æſtimatio damni ſit mediocris reſtricta legibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XII.

DE INTERESSE.

Vſitata quæſtio eſt, an ratione eius, quod intereſt, aliquid debeatur, aut peti aliquid in mutuatiõe poſsit. Rectè autem intelligatur vocabulum intereſſe, quod ſignificat compenſationem damni accepti, vel lucri ceſſantis. Nam intereſt eius, qui damnum accepit, illud ſarciri. Eſtq́; accidens aliorum contractuũ. Et naturali iudicio debetur id, quod intereſt, ſiue ſit expreſſe promiſſum, ſiue non ſit. quia dans efficacem cauſam damni alteri, debet illud ſarcire. Duæ ſunt autem partes quæſtionis de intereſſe.

Prior eſt de damno poſt moram. De eo non dubium eſt, quod ratione eius quod intereſt, iuſtum ſit petere compenſationem damni. Vt ſi tibi dedi mutuo viginti daleros, vt redderes Calendis Maij, ſi non reddas, & ego propterea damno afficiar, hic intereſt vt fiat compenſatio. Id intereſſe iure naturali debetur ex præcepto, Non furtum facies.

Altera pars quæſtionis eſt de pactione damni ante moram, vbi vocabulum intereſſe videtur plerunq; prætexi, ad excuſandas vſuras. Reſponſio autẽ ſumatur ex cap. 10. de diſcrimine inter mutuationem officioſam & damnoſam. Cum ſine Sophiſtico prætextu mutuatio eſt

damno-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

damnoſa,poteſt peti intereſſe,hoc eſt,compenſatio damni mediocri æſtimatione reſtricta legibus.

CAPVT XIII.

DE SOCIETATE IN QVA ALTER PECVniam,alter operas confert.

LEx ciuilis hanc ſocietatem approbat,in qua alter pecuniam confert, & ſaluo capitali petit lucri partem, alter operas confert, verba hæc ſunt: Nam & ita coiri poſſe ſocietatem non dubitatur, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit, quia ſæpe opera alicuius pro pecunia valet.

Sed quæſtio eſt: An in ſocietate liceat paſci, vt nihil ſuſtineat damni, qui pecuniam contulit, ſed habeat ſaluum capitale, etiamſi alter nihil lucratur? Hic contractus vſitatus eſt apud Mercatores. Eſt autem reipſa mutuatio,non ſocietas,vbi hæc pactio fit,vt ſit ſaluum capitale, etiamſi alteri perijt pecunia, ſine ſua culpa, Nã ad ſocietatum naturã pertinet damnorum exæquatio,& hanc ſocietatem,in qua alter nihil debet periculi ſuſtinere , clarè improbat lex ff. de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſocio, vbi Caſſius inquit leoninam ſocietatem eſſe, vbi alter tantum damna ſentit. Ideo autem danti mutuo reddi neceſſe eſt, ſiue culpa, ſiue ſine culpa mutuum pereat, Quia mutuum fit accipientis et accipienti perit, quod iam ipſius fuerat proprium, nec tollitur ius alterius, qui dederat mutuo. At in vera ſocietate quilibet ſocius manet Dominus, pro proportione, vt cum plures eundem, fundum communiter tenent, perit pars cuilibet pro proportione.

CAPVT XIIII.
DE CONDITIONE REVENDENDI.

SOlet ſæpe moueri quæſtio, An vera ſit emptio cum venditur fundus, cum conditione de reuendendo. Simpliciter autem reſpondendum eſt, eſſe veram emptionem, nec naturam contractus mutari hoc onere, quod magis emptori, quam venditori graue eſt. Cumq; vere ſit emptio, non eſt vſura, quod interea emptor accipit, quia de ſuo fundo accipit. Eſſe autem hanc formam emptionis antiquam & probatam legibus, oſtendit textus, de pactis inter emptorem & venditorem lege, ſi fundum, Cuius verba hæc ſunt: Si fundum parentes tui ea lege vēdiderūt, vt ſiue ipſi ſiue hæredes eorum emptori precium quandocunq; vel intra certa tempora obtuliſ-

ſent

ſent reſtitueretur, teq́ parato ſatisfacere conditioni dictæ hæres emptoris non paret, vt contractus fides ſeruetur, actio præſcriptis verbis vel ex vendito tibi datur, habita ratione eorum, quæ poſt oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad aduerſarium prouenerunt. Sunt autem tres formæ huius contractus, cui conditio de reuendendo additur. Prima forma in omnibus Imperijs fuit, & eſt vſitatiſsima, cum fundus ea conditione emitur. Secunda forma eſt cum emitur certus reditus in fundo certo. Tertia forma eſt, cum reditus conſtituitur non in fundo certo, ſed in toto cumulo bonorũ alicuius, Vt cum emuntur reditus conſtituti in omnibus bonis alicuius Reipub. Facile eſt autem in prima forma oſtendere ſubſtantialia contractus. Fundus eſt merx, precium eſt pecunia, tanto numero data, quantus eſt vſitatus pro fundo ſine fraude. Cõſenſus quo vterq́ ſine fraude volens ſe offert, & quidem emptor onerat ſe non leui incommodo, quod de fundo ceſſurus eſt, cum alter vult redimere.

In ſecunda forma merx eſt ius percipiendi certum reditũ ex fundo alterius, vt ſi ſeruitus, actus aut iter per alterius agrum emeretur, nam & ſeruitutes poſſunt emi & vendi. Precium eſt pecunia data tanto numero, quantus pro proportione tali penſione reſpondet. Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſenſus eſt, quia vterq; ſine fraude volens ſe offert, Dixi autem tertiam formam huius contractus eſſe, cum reditus non conſtituitur in certo fundo, ſed in toto cumulo bonorum alicuius, Vt cum emuntur reditus conſtituti in omnibus bonis alicuius Reipub.

In hac tertia forma videtur hoc aduerſari emptioni, quod non videtur eſſe merx certa, cum reditus non conſtitutus eſt in fundo certo, ſed vniuerſaliter in toto facultatum cumulo. Et ſciendum eſt, hic quoq; vere mercem eſſe ius accipiendi reditus, quod cum fundatum eſſe debeat in aliquo corpore, corpus ſunt omnia bona fructificantia Reipub. illius. Nam in his omnibus ſimul conſtitui tale ius poteſt, ſicut in alieno agro toto ſeruitus aliqua conſtitui poteſt, videlicet actus, aut iter. Eſtq; iuſta admonitio Innocentij, qui dicit videndum eſſe in hoc contractu, vt reditus conſtituatur in re, ſeu referatur ad rem, non ad perſonam vendentem. Et addit Innocentius talem contractum non eſſe vſurarium, cum in eo ſint merx & precium, & talia Iura realia licitum ſit vendere. Neq; alia difficultas in hac forma eſt, niſi quod aliquanto obſcurius eſt hoc, quod dicitur, vniuerſa bona habere ratione corporis, quod ſupra dicebatur, certum fundum in quo certi reditus emuntur habere rationem corporis, Vt cum viginti Me-

dim

dimni in agro certò emuntur, quò pereunte ſimul perit emptori ius ſuum.

In hoc exemplo perſpicuitas eſt, attamen etiam totus cumulus facultatum poteſt ſe habere, vt certum corpus, modo vt oneretur pro proportione, & qui accipit reditum, ſuſtineat periculum pro proportione.

Quod autem & tertia forma contractus ſit vera emptio, ſi non deprauetur, oſtendunt hæ rationes.

Prima; pars aliqua certa poteſt onerari ſeruitute, ergo & totus bonorū cumulus ſeruata proportione onerari poteſt, nec eſt ratio diſsimilitudinis.

Secunda ratio ſumitur ex proprietate emptionis, Emptio eſt contractus, quo res pro certo precio obligata, alteri & tradita transfertur, quo ad dominium, nec habet emptor ius aut tempus vllum repetendi precium. Si enim repetere pecuniam liceret mutuatio eſſet, non emptio. At in noſtro caſu precium ita transfertur, vt repetere idem, vel tantundem nunquam liceat, Eſt igitur vera emptio, & vt ſit æqualitas, quæ fons eſt iuſticiæ in contractibus, neceſſe eſt, viciſsim in emptorem ius aliquod translatum eſſe. Hoc argumentum ex ipſa natura emptionis ſumptum eſt firmum.

In Synodo Conſtantienſi talis quæſtio agitata eſt. Cùm enim diſputaſſent Bohemi, Sacer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dotibus non licere proprias poſſeſsiones habere. Vicini etiam hanc quæſtionem mouerunt: Penſiones Eccleſiæ non ſoluendas eſſe, quæ eſſent venditæ à nobilibus, quia emptoribus ſors ſit ſalua, & interea ipſi plus accipiunt, quare vociferabantur penſiones illas vſurarias eſſe, et hoc prætextu conabantur deponere onera, ſed vtrũque recte decretum eſſe, Iuſte poſſe proprias poſſeſsiones & penſiones habere Eccleſias & miniſtros Euãgelij, quia manifeſta eſt vox filij Dei, Dignus eſt operarius mercede ſua. Merces autẽ ſit propria illius, cui iuſte datur. Item, Nemo militat ſuis ſtipendijs. Item, Templo Hieroſolymitano Deus attribuit Didrachma. Et deinde Cyrus & Artaxerxes certas penſiones attribuerunt. In tali iure habuit Eccleſia proprietatem, et regula tenenda eſt, Pertinet ad miniſtros Euangelij etiam præceptum, Non furtũ facies, quod dominia diſtinguit Eccleſiarum & miniſtrorum Euangelij, ſicut & aliorum.

Atq; edita eſt conſtitutio poſt electionem Martini Quinti, in qua emptiones vſitate cũ pacto de reuendendo confirmantur, & expreſſe dicitur, re inter eruditos diſputata iudicatum eſſe, eos contractus eſſe legitimas emptiones, non ſimulatas, & præcipitur ne defraudentur emptores. Cum enim precium reuera translatum ſit in venditorem, & emptor non habeat ius retrahendæ

hēdæ pecuniæ, ſicut fit in mutuationibus, neceſſe eſt in emptorem etiam mercem translatam eſſe. Quod autem longo tempore plus accipit, ex ſuo accipit.

CAPVT XV.

DE DONATIONE, PERMVTATIONE ET Accommodato.

DOnatio à dono dicitur: Eſtq́, propriè, quando aliquis alteri quippiam dat, quod iure dare poteſt, ea mente, vt ſtatim illud fiat accipientis, nec vllo caſu ad ſe reuertatur, & propter nullam aliam cauſam quam vt liberalitatem & munificentiam exerceat. Itaq; in capite de liberalitate plura de donatione dicemus.

Permutatio eſt vnius rei certæ pro alia re certa vicaria præſtatio. Vt cum Ruſticus ciui frumentum pro panno reddit.

Commodatum eſt alicuius rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuita conceſſio.

Differt à precario, quia precarium conceditur ad vſum incertum. A mutatione differt, quia dominium rei commodatæ non transfertur in commodatarium, ſed manent eius qui commodat, Et ſi perit res commodata, non ei qui commodato accepit, ſed ei qui

commodato dedit, perit, niſi commodatorij culpa perierit.

CAPVT XVI.

DE LOCATIONE, ET DE DISCRIMINE INTER contractus bonæ fidei & ſtricti Iuris, & de iure hoſpitij.

LOcatio eſt perſonæ vel rei ad vſum facta conceſsio, pro pecunia numeranda, de qua conuenit, Cū dicitur ad vſum, excluditur abuſus & corruptio rei locatæ, Quare conductor ſi quid ſua culpa corrumpit, compenſare debet, etiamſi non eſt expreſſe facta mentio iſtius compenſationis. Numeratur enim locatio inter contractus bonæ fidei, Prodeſt autem moribus noſſe & conſiderare diſcrimen contractuum bonæ fidei & contractuum ſtricti iuris.

Contractus bonæ fidei ſunt, in quibus aliqua non nuncupata lingua, tamen propter æqualitatem debentur, ſunt autem hi, venditio, emptio, locatio, conductio, depoſitum, ſocietas, commodatum, vt cum venditor ſciens feſellit emptionem, eſſet inæqualitas, ſi precium daretur pro re inutili, inde vetus dictum eſt: Inter

bonos

bonos bene agier, id eſt, præſtet homo honeſtus ea, quæ communis ratio iudicat æqualia eſſe, etiamſi non ſunt omnia nuncupata lingua. Ita ſi quid corruptum eſt culpa eius, qui vſus eſt re locata, fiat compenſatio, etiamſi nominatim id non eſt expreſſum, quia res non ad turpem vſum, nec ad corruptionem locata eſt. Sed contractus ſtricti iuris dicuntur, in quibus tantum ea debentur, quæ ſunt nuncupata lingua, vt in mutuo, quia dans mutuo, cum potuerit hoc officium omittere, nequaquam plus intelligitur velle, aut debere recipere, quam quantum dedit, niſi fuerit damno affectus. Cùm igitur locatio ſit contractus bonæ fidei, conducens non corrumpat res locatas, nec conferat ad turpem vſum, nec defraudet locatores. Ideo res conducentis inuectæ in domum locatam obligatæ ſunt locatori, tanquam pignus, non ſolum propter locationis mercedem ſed etiam ad compenſationem rerum corruptarum.

Verba textus in ff. hæc ſunt, lib. 20. *Pomponius ſcribit, non ſolum pro penſionibus, ſed etiam ſi deteriorem habitationem fecerit culpa ſua inquilinus, inuecta & illata pignori erunt obligata. Et in Cod. de locato & conducto dicitur. Certi Iuris eſt, res illatas pignoris iure teneri,* Quare etiam cum alij

creditores retineri petunt res eorum, qui ipſis debent, Tamen locatori res illatæ in domum prius obligatæ ſunt.

Huic Iuri locationis ſimile eſt ius hoſpitij, ſiue gratis communicatum,ſiue pro mercede, Vbi non tantum habitatio conceditur,ſed etiam multa alia officia concurrunt, pro quibus non reddere honeſta officia iniuſtum eſt,ſicut ſcribitur: Non recedet malum à domo ingrati. Quare antiquitas ſingulare fœdus inter hoſpites eſſe iudicauit, nec violari hoſpitem ab hoſpite voluit, & ſingulari modo puniri ſenſit à Deo excipientis & excepti iniuſticiam. Expreſſi igitur ſunt hi caſus, propter quos expelli conductores poſſunt, Cum conductoris culpa habitatio corrumpitur,quia cum tantum vſus locatus ſit, furti ſimile eſt, plus auferre, videlicet rem ipſam ſiue negligentia quæ culpam habet,ſiue malignitate corrumpere. Item, cum conductor turpitudinem exercet in habitatione, quia vſus locatus eſt non abuſus.Et nullus contractus debet eſſe pactio turpitudinis. Horum caſuum regulæ non tamen propter forenſes diſputationes notæ ſint,Sed multo magis propter mores,vt cogitemus de voluntate Dei, qui ſanxit contractus, vt ſint vincula ſocietatis humanæ, & vult in eis exerceri iuſticiam,vt diſcamus quid ſit iuſticia, videlicet æqualitas. Et agnoſcamus

ipſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ipſum eſſe iuſtum & æqualem. Ideo ſcriptum eſt Leuitici 19. Non facias corruptelam in libra, pondere &c.

CAPVT XVII.

DE EMPHYTEVSI SEV CONTRACTV Emphyteutico.

Contractus Emphyteuticus eſt obligatio, in qua transferens in alium dominium vtile fundi alicuius, retinet dominium directum, & obligat illum ad fundi culturam, & ad exiguam penſionem dandam habenti directũ dominium. Nomen eſt ab ἐμφυτεύω, id eſt, inſero plãtulas, quia Emphyteutis debet fundum colere, et menliorem facere. Eſt autẽ vſitatus contractus, vt plerũq; tenet hoc modo agricola fundos, in quibus tantum habet vtile dominium, pro certa penſione. Alius eſt contractus huic vicinus feudalis, qui eſt obligatio, in qua transferens in alium fundi dominium vtile retinet dominium directum, & obligat illum non ad penſionem aliquam, ſed ad militarem perſonæ laborem. Et qui fundum à Domino accipit, vaſallus vſitato nomine dicitur. Eſt autẽ ea cõſtitutio facta à Cõſtantino Magno circa annũ Chriſti 330. vt prædia ex quib. milites in imperio ſtipẽdia habebãt trãſirẽt ad hæredes, et fierẽt propria familiarum,

hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

hoc modo, vt Romanus Imperator retineret directum dominium, Milites haberent dominium vtile, & certum militum numerum præberent, atq; ſic militiæ honos in ijſdem familijs continuaretur. Id initium eſt eius moris, qui nunc obſeruatur in feudis, & fuit conſilium Conſtantini ſapiens, vt eo beneficio retineret obligatos honeſtos milites, eoſq; à vagis ſcortationibus ad honeſta coniugia, & ſobolis procreationem, atque ad militarem inſtitutionem alliceret.

CAPVT XVIII.

DE DEPOSITO.

Depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui datur, vt illud bona fide ſeruet & reddat, Depoſitio non transfert dominium, ideo is apud quem depoſitum aliquid eſt, repoſcenti Domino reſtituere illud debet, & denegans depoſitum, actione iuris, ad redditionem cogi poteſt.

Recitantur autem quatuor caſus, in quibus non eſt reddendum depoſitum.

Primus caſus eſt, cum depoſitum repoſcitur ad manifeſtam pernitiem, de hoc caſu ita ſcribit Cicero Officiorum lib. 3. Ergo & promiſſa non facienda ſemper, neq; ſemper depoſita reddenda ſunt. Si gladium quis apud te ſanæ mentis depoſuerit, repetat inſanus, reddere, pec-

catum

tatum ſit, non reddere, officium, quid? ſi is qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum inferat patriæ, reddes ne depoſitum? Non credo, facies .n. contra Rempub. quæ debet eſſe cariſſima. Sic multa quæ natura videtur honeſta eſſe, temporibus fiunt non honeſta, facere promiſſa, ſtare conuentis, reddere depoſita, commutata vtilitate fiunt non honeſta.

Secundus caſus eſt, ſi deponens poſt depoſitum fuit deportatus, & bona eius publicata ſunt, quia tunc in publicum deferendum eſt depoſitum, non ei, qui depoſuit.

Tertius caſus, Quando fur & Dominus ſimul depoſitum poſcunt, tunc etiam non furi ſed Domino reddendum eſt.

Quartus caſus eſt, quando fur depoſuit apud Dominum, cui ſurripuit, vel apud proprietarium. Hi caſus extant lege, bona fide, Digeſtis de depoſito, Sciendū autem eſt atrocius eſſe peccatum furto, cum ille qui bona fide depoſitū accepit, illud fraudulenter retinet. Ideoq; etiā ſapientes Ethnici ſenſerunt, eam fraudem atrociſſimis pœnis à Deo puniri, propterea quod concurrunt grauiſſima ſcelera, furtum, & bonæ fidei violatio, quæ apud omnes honeſtos homines eandē cum iuramento vim habere debet. Obſeruatione dignum eſt de Glauco rege Spartano, quod recitat Herodotus lib. 6. Fuit is Glaucus

ob

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ob iuſticiæ famã toto orbe celebris,ſed auaritiæ prurigine victus in maximas pœnas incidit. Mileſius quiſpiam hoſpes magnam vim pecuniæ apud Glaucum depoſuit, is cum mortuus eſſet, repetiuerunt eius filij depoſitũ Glaucus ſe poſt quatuor menſes reſponſurum eſſe dixit, interim miſit legatum ad Oraculum Delphicũ, qui ſciſcitaretur, an liceret iuramẽto interpoſito depoſitum negare? Vates Pythia conſulta à legato reſpondit, commiſſam periurio fraudem in Nepotes eſſe redundaturam. Redditum eſt autem reſponſum bis verſibus.

(tempus,
Glaucus Epicidydes equidem expedit ad breue
Iurando ſupereſſe, interuertiſſeq; nunmmos,
Deiora & Euorcũ, quoniã manet exitus idem
Aſt Horci natus ſine nomine, qui manibus, qui
Nullis eſt pedib. rapide aduenit, vſq; adeo, dum
Corripiens omnem perdat prolemq; domumq;,
Cum ſobolẽ Euorci melius ſed poſtea agetur.

Hoc reſponſo accepto pœnituit Glaucum iniuſti propoſiti, itaq; Delphos profectus, veniã petijt, verum illi Pythia ſecundo reſpondit: Idẽ eſſe tentare Deum & facere. Glaucus ergo domum reuerſus, Mileſijs quidẽ iuuenib. pecuniã depoſitam reddidit. Verum non multò poſt cum tota domo & progenie penitus extinctus eſt.

Anno 1541. cum ex Vnguria milites redirent, accidit in oppido quodam Marchiæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Brandeburgenſis, vt miles hoſpitæ traderet crumenam cum pecunia cuſtodiendã, cum ille vult ex hoſpitio diſcedere, repetit depoſitum, hoſpita à marito inſtructa, negat, ſibi quicquam traditũ eſſe, inchoantur rixæ, interuenit Maritus, & militem domo eijcit. Ille impatiens iniuriæ educto gladio impetum facit in ianuam, accuſatur de vi incarcereatur, adfertur à Scabinis ſententia pœnæ capitalis. Significatur captiuo altero die ei moriendũ eſſe, Nocte illa venit ad ipſum Diabolus viſibili ſpecie in carcerem, promittit ſe eum liberaturum eſſe, ſi ſe ipſi velit tradere, Miles ille Chriſtianus reſpondet, ſe emptum eſſe ſanguine filij Dei Ieſu Chriſti, cui velit patienter obtemperare, perferendo mortem innocentẽ, ſi ita voluerit Deus. Diabolus ſpe fruſtratus de milite, ſubiungit, an ſibi hoſpitem iniuſtum illũ accuſatorem dare velit, miles dicit, ſua non referre, quid ipſi de hoſpite permittat Deus. Tu ergo inquit, Diabolus, cũ cras ad iudiciũ eductus fueris, audita accuſatione hoſpitis, pete tibi aduocatũ cõcedi, id nõ negabitur, videbis itaq; me in medio populi aſtantem, procera ſtatura, cœruleo pileo, & pluma alba inſignem, me voca, ego tuam cauſam ita agam, vt libereris, Mane ita accidit: Ille itaq; militis aduocatus conſtanter affirmat, crumenam hoſpitæ à milite traditam eſſe, Maritum accuſatorem eius rei eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

conſcium, omnia agi ex compoſito, vt milite è medio ſublato, ipſi potiantur pecunia, crumenã ſub lecto accuſatoris occultatam eſſe, petit miniſtros publicos mitti, qui crumenam depoſitam in iudicium adferant. Accuſator hac euidenti narratione rei territus, cum aliud reſpondere non poſſet, deuouet ſe Satanæ auehendum, ſi ita res habeat. Aduocatus ille Infernalis petitionē de miſsione miniſtrorum in rem præſentem repetit, Accuſator vero ſecundo & tertio ſe deuouet, arreptum itaq; capite accuſatorem Aduocatus Diabolus, omnibus ſpectantibus è iudicio auehit. Poſtea crumena ſub lecto inuenta, hoſpita ſcelus, ad quod à marita perſuaſa fuerat, faſſa, miles abſolutus eſt.

CAPVT XIX.

AN QVÆ PRÆSCRIPTIONE TENENTVR, IVSTE teneantur, Et an præſcriptio excuſet conſcientiam.

PRÆſcriptio eſt ius tenẽdi rem aliquam ex tempore congruens, autoritate legum vim capiens, pœnam negligentibus inferens, & litibus finem imponens: cognata eſt vſucapio, quæ etiam eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſsionis temporis ſpacio. Et quamuis ita differant, vt præſcriptio ſit in rebus immo-

bilib

bilibus, tamen vulgo ſæpe præſcriptionis nomē pro vtraq; ſpecie vſurpatur. Quatuor autem ad præſcriptionem requiruntur de Iure.

Primum, bona fides, hoc eſt, vt poſſeſſor credat rem poſſeſſam eſſe ſuam, vel credat tradentem eſſe Dominum, aut habere ius diſtrahendi, licet in facto erret.

Secundum, iuſtus titulus, hoc eſt, iuſta cauſa poßidendi, vt hæreditas, emptio vel donatio, vel cauſa ſimilis.

Tertium, Continuatio poſſeßionis, vſq; ad finem præſcriptionis ſine interruptione.

Quartum, vt res ſit talis, quæ poßit præſcribi, Recitantur enim in legibus aliquæ res, quæ omnino præſcribi non poſſunt. Nunc ad quæſtiones reſpōdebo. Non dubium eſt iuſte & cum bona conſcientia teneri res, quæ legitima præſcriptione tenentur. Quia cum lex magis ſit domina rerum noſtrarum, quam vlli priuati domini, & ſit ordinatio diuina, ſequitur eos diuina ordinatione, & iuſte fieri dominos, quibus lex res, quas poßidet, attribuit, Ideo autem lex cōſtituit acquiri dominia per legitimam præſcriptionem, ne in infinitum ſint dominia incerta, & ne lites ſint infinitæ. Sed, vt dixi, ſit in præſcriptione bona fides, hoc eſt, bona conſcientia, quia ſi quis nouit alios eſſe Dominos rerum earum quas poßidet, etiamſi Iudicem allegationis præ

ſcriptiones fallere poteſt, tamen neq; Deum fallere, neq; conſcientiæ vermem illo falſo prætextu interimere poteſt.

CAPVT XX.

DE RESTITVTIONE.

SÆpe citari ſolet regula de reſtitutione, Peccatum non dimittitur, niſi ablatum reſtituatur. Teneatur autem integrum dictum Auguſtini, quod extat Tomo 2. Epiſt. 54. Si res aliena propter quam peccatum eſt, cum reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur, Si autem non agitur, non remittetur peccatum, niſi ablatum reſtituatur, ſed, vt dixi, cum reſtitui poteſt, plerunq; enim qui aufert, amittit, ſiue alios patiendo malos, ſiue ipſe male viuendo, nec aliud habet vnde reſtituat.

In hoc dicto prudentiſſima admonitio eſt de reſtitutione earum rerum, quas aliquis iniuſtè tenet, quam præcipi ſeptimo præcepto certū eſt, & in doctrina de pœnitentia expreſſe de ipſo dicitur, Ephe. 4. Qui furatus eſt, non amplius furetur, Et Ezechiel, 33. Si rapinam reddiderit. Ad quem locum Ezechielis, & ad legem de furto, reſpicit Zachæus, cum inquit: Si quem defraudaui, reddam quadruplum. Recte enim dicit Auguſtinus, Eum qui tenet rem iniuſtam, ſcilicet ſciens & volens, & non reſtituit, non

agere

agere ſed fingere pœnitentiam. Namq; in eius corde, neq; verus dolor eſt de peccato, neq; vera fides, quæ cum mala conſcientia non eſt coniuncta. Sicut itaq; rapiens alterius coniugẽ, manet raptor, donec eam retinet, Quamobrem Abimelecho Regi mandat Deus Gene. 20. reſtitutionem Saræ, vxoris Abrahæ: (Redde inquit viro vxorem ſuam) Ita tenens rem furto ablatam, quoquo modo, tantiſper manet fur, donec eam ſciens & volens retinet. Sed prudenti conſilio addidit Auguſtinus exceptionem impoſsibilitatis, nam bonis amiſsis non poteſt fieri reſtitutio. Itaq; non eſt ei adimenda conſolatio remiſsionis peccatorum, qui propter inopiam reſtitutionem facere non poteſt, poſſunt etiam de reſtitutione varij & perplexi accidere caſus, ob immanitatem & moroſitatem illorum, quibus debet fieri reſtitutio, qui caſus poſtulant ἐπιείκειαν, vt in aliquibus arcanis negocijs cauẽda ſunt ſcandala, et cauenda eſt infamia, quia famæ iactura maior eſt quam iactura rerum. In talibus itaq; caſibus conſulantur pij & docti paſtores, illiq; ita conſulant, vt & conſcientias oneratas liberent, & tamen ne adducant reſtituere volentes in manifeſtum diſcrimen famæ & vitæ. Iniuſtiſsimum enim eſſet, ſi ille cui fit reſtitutio, pium reſtitutionis opus in reſtituentis pernitiem vellet conuertere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Memini, quod vir honeſtus reuocans ſibi in memoriam, ſe aliquando ſocio ſuo mortuo iniuriam feciſſe, itaq; hæredibus eius per concionatorem tantam pecuniam miſit, quanti damnum illud ex ſuis rationibus æſtimaret, ea tamen conditione, vt nomen ſuum taceretur, tantum vt à concionatore diceretur, eam pecuniam à quodam honeſto viro ipſis mitti, qui eam patri ipſorum debuiſſet. Hæredes pecuniam accipere à Concionatore noluerunt, ſed ipſi litem minitabantur, niſi virum, à quo pecunia mittebatur, nominaret, namq; ſe eum virum in iudicium velle trahere, & neſcio quid minitarentur. Concionator ſollicitus cauſam Superintendenti eius loci aperuit, is vocatis hæredib. in præſentia concionatoris, dixit: Concionatorem non obligari ad viri nominationem, ſi itaq; pecuniam accipere nollent, ſe eam mox miſſurum ad Diaconos pauperum, vt ad pauperum theſaurum referretur, & huius ſui facti rationem redditurum eſſe, vbicunq; poſtularetur. Illo audito hæredes accepta pecunia acquieuerunt. Hoc exemplum recito, vt intelligat Lector, in talibus caſibus prudentia opus eſſe, ne reſtituens propter pium opus adducatur inniuſte in extremam perniitiem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXI.

DE FVRTO.

FVrtum eſt, cum quis res alterius rapit inuito Domino, ſuntq; eius plures ſpecies, qui hominem furatur plagiarius, & crimen, plagium, qui pecus furatur, abigens, & crimen, abigeatus, qui rem ſacram, ſacrilegus, & crimen ſacrilegium, qui publicam, peculator, & crimen peculatus dicitur, Qui rem priuatam clanculum tollit, fur, qui cum manifeſta violentia aufert, latro aut prædo, qui in mari pyrata vocatur, qui dolo aut fraude ea quæ ſunt aliorum ad ſe rapiunt, non vno nomine appellãtur, nam ſicut fraudes ſunt variæ, ita etiam varia habent nomina, omnia autem hæc peccata vnica voce furti, in præcepto ſeptimo prohibentur: Non facies furtum. Et qui ſine pœnitentia in iſtis peccatis perſeuerant, & moriuntur, illis Apoſtolus Paulus, ſeu potius Spiritus ſanctus per Apoſtolum grauiſsima ſententia ſpem vitæ æternæ adimit, 1. Cor. 6. Fures & rapaces regnum Dei non poſſidebunt, Punit quoq; Deus furta pœnis temporalibus, ſicut ſcriptum eſt: Væ qui ſpolias, quia ſpoliaberis: Et notum eſt dictum Heſiodi: Turpia lucra fuge, nam ſunt æqualia damnis, Cum quo conſentit prouerbialis verſus, ex ipſa experientia ſumptus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Iniuſtis opibus non gaudet tertius hæres.

Vult etiam Deus vt Magiſtratus, qui eſt cuſtos externæ diſciplinæ, & corporum, ac bonorum noſtrorum, fures coerceat & puniat. In lege Moſaica plagiarijs ſupplicium mortis conſtitutum eſt, Exod. 21. Qui furatus fuerit hominem, et vendiderit eum, conuictus noxæ moriatur. Et Exod. 22. conceditur, vt fur effringens ianuam, ſeu ſuffodiens, in ipſo facto deprehenſus impunè occidatur. In alijs caſibus furti non ſupplicium mortis, ſed pœna duplæ, ſiue quadruplæ, ſiue quintuplæ reſtitutionis vel venditionis furis, cum reſtituere ob inopiam non poteſt, ordinata eſt. Sic enim dicit lex. Exo. 22. Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit vel vendiderit, quinq; boues pro vno boue, & quatuor oues pro vna oue reſtituet. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipſe venundabitur. Si inuentum fuerit apud eum, quod furatus eſt viuens, ſiue bos, ſiue Aſinus, ſiue ouis, duplum reſtituet. Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in cuſtodiam, & ab eo qui acceperat, furto ablata fuerint, ſi inuenitur fur, duplum reddet. Prouerb. 6. fit mentio reſtitutiõis ſeptuplæ. Nõ grandis eſt culpa, cũ quis furatus fuerit, furatur .n. vt eſurientem impleat animam, deprehenſus quoq; reddet ſeptuplũ, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet & liberabit ſe.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hæc manſuetudo fuit legis Moſaicæ, à qua etſi noſtræ leges de pœnis furum diſſentiunt, tamen Iudices huius manſuetudinis cõſideratione admoneri debent, vt cum circumſtantiæ oſtendunt, furtum non eſſe enorme aut petulans, & quidem ingenium ſanabile eſſe, adhibeant aliquam mitigationem, ne propter furis precium, vt de aliquibus ſtatutis dicitur, homo ſtranguletur.

Draco antiquus Legislator Athenienſium etiam eum, qui olus, aut ſtercus bubulum abſtuliſſet, capitis ſupplicio afficiendum edixit. Itaq; Demades ſolitus fuit dicere, Ipſius leges non atramento ſed humano ſanguine ſcriptas eſſe. Solon vero illam immanitatẽ legum Draconis mitigauit, eã de furto mitigationem oſtendunt leges Romanæ 12. tabularum, quæ ex Solonis legibus ſumptæ ſunt, vtpote.

Furem, qui in manifeſto furto prehenſus erit, ſi furtũ aut noctu faciat, aut interdiu, & cum prehenderetur, ſe telo defendat, occidito.

E cæteris manifeſtis furibus liberos verberato, & ei cui luce factum furtum erit, ſi ſe telo non defendat, addicito.

Seruos autem manifeſto furto prehenſos verberibus afficito, & è ſaxo præcipitato.

Pueros impuberes prætoris arbitratu verberato noxamq; ab his factam ſarciri facito.

Furta quæ per lancem liciumq; concepta erunt, ſicut manifeſta vindicato.

Tignum alienum furtiuum ædibus, vel vineis ſuis iniunctum, ne quis eximere cogitor, ſed duplum pro eo per actionem de tigno iniuncto præſtare compellitor.

Si tibi furtim arbores cæſæ ſint, agito.

In inſtitutionibus de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur, ita dicit Imperator: pœna manifeſti furti quadrupli eſt, tam ex ſerui quam ex liberi perſona, non manifeſti dupli. Sicut autem Diodotus dicit apud Thucydidem in oratione de æquitate & ſummo iure: Conſentaneum eſt olim mitiores pœnas ſummorum ſcelerum fuiſſe, quæ cum non deterrerent homines, quo minus delinquerent, ventum eſt ad mortem, quæ tamen & ipſa non deterret à ſceleribus: Ita etiam de furto accidit, vt creſcente furandi petulantia, & furum multitudine, atrox ſupplicij genus in imperio Romano conſtitueretur. Eius conſtitutio extat in Nouella Friderici § vltimo, Titulo 27. de vſibus feudorum. Si quis quinque ſolidos (id eſt, aureos Vngaricos) valens, aut plus, fuerit furatus, laqueo ſuſpendatur, ſin minus ſcopis & forcipe excorietur & tundatur: ſed vt dixi, prudens Iudex ex conſideratione circumſtantiarũ mitigationem adhibere debet admonitus manſuetudine legis Moſaicæ & antiquarum aliarum legum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

De latronum & Pyratarum ſupplicijs non opus eſt diſputare, cum de illis omnes honeſtæ gentes omnibus temporibus conſenſerint.

Defraudationes quoquo modo fiant, aut nominentur, etſi ſæpe ſunt ipſis furtis atrociores, tamen non puniuntur publicis ſupplicijs, ſed plerunq; maximi defraudatores maximis honoribus inter homines afficiuntur. Itaq; ſciendum eſt ipſis, niſi agant pœnitentiam, grauiſſima ſupplicia in Inferno parata eſſe, & ſint in conſpectu hæ prohibitiones 1. Theſſa. 4. Ne quis ſupergrediatur, neq; circumueniat fratrem in negotio. Eccle. 34. panis egentium vita pauperũ eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt.

CAPVT XXII.
DE AVARITIA.

AVaritiæ nomen à verbo aueo & ære, per compoſitionem deductum eſt, vt Græci nominis φιλαργυρίας ſignificationem referret. Eſt autem auaritia iniuſta & inſatiabilis pecuniæ ſeu opum cupiditas, quæ ſimilis eſt ſiti hydropicorum inextinguibili, de qua dicitur in verſu:

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Sic enim vere etiam de auaritia dicit poeta:

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Apoſtolus Paulus auaritiam ita definit, quod ſit velle diteſcere, hoc eſt, cum quis hoc ſibi propoſuit in animo, quod velit quoquo modo per fas & nefas corradere, rapere, & accumulare opes, defraudationibus, furtis, rapinis, dolis, iniurijs, aut alijs quibuſcunq; iniuſtis rationibus, & dicit eam omnium malorum eſſe radicem. Sit autem nota integra ſententia Apoſtoli, quæ extat 1. Timoth. 6. qui volunt diteſcere, incidunt in tentationem, & in laqueum, & deſideria multa veſana & noxia, quæ mergunt in interitũ & perditionẽ. Radix. n. omniũ malorũ eſt auaritia, quã quidã appetẽtes aberrauerũt à fide, et ſeipſos implicuerunt doloribus multis. Idem Apoſtolus Epheſ. 5. appellat auaritiam idolorum ſeruitutem ſeu idolatriam, ſecutus Chriſti concionem in Matth. cap. 6 Quod nemo ſimul Deo & Mammonæ ſeruire poſſit, quæ concio ſemper in auribus & cordibus eorum ſonare debet, qui ad auaritiæ vitium ſunt procliues, vt à tanto tamq; pernitioſo peccato & crimine abſterreantur. Perſuadent ſibi auari, quod ſimul & auaritiæ ſtudere & indulgere, atq; boni Chriſtiani eſſe poſſint. Sed clare hoc pernegat filius Dei, inquiens: Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, aut n. vnũ odio habebit, & alterũ diliget, aut huic adhærebit, & alterũ negliget, non poteſtis Deo ſeruire & Mãmonæ

ad-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

addit Chryſoſtomus, Chriſtus .n. dicit, da pauperibus, at Mãmonas dicit, eripe pauperibus etiã illud, q́ habẽt. Chriſtus dicit: Cõmunica libẽter quæ habes, ſed Mãmonas dicit, rape etiã illa quæ nõ habes. Vides repugnãtiã, vides bellũ, quõodo igitur poteſt aliquis vtriq; obedire? Cedat itaq; pietati ad Deũ ſeruitus auaritiæ ſeu Mãmonæ, Cedat veritati filij Dei noſtra falſa perſuaſio, quod vtriq; & Deo & auaritiæ ſimul ſeruire et velimus & poßimus, qua perſuaſiõe vana aliud nihil efficimus, quã vt noſmetipſos decipiamus, & multis dolorib. implicemus in hac vita, atq; poſtea in æternã dãnationẽ ſubmergamus, ſicut ſcriptum eſt, Auari regnũ Dei nõ poßidebunt. Syracides inquit cap. 10. Auaro homine nihil eſt ſceleſtius, nihil iniquius eſt quã amare pecuniã. Hic enim & animã ſuam venalem habet. Eius dicti imago horribilis fuit Iudas proditor Chriſti, quẽ vere eo adduxit auaritia, vt nihil ipſo terra ſceleſtius portauerit, neq; iniquius. quidẽ triginta argẽteis vnigenitũ filium Dei, Dominũ ſuum, Redemptorem mundi, ſceleratis udæis, et propriã ſuã animã Diabolis vẽdidit. Horredũ dictu eſt, ſed ſi modo vera fatemur, ta- eſt ſcelus in omni auaritia, quotieſcunq; .n. uarus per nefas proximo, quod illius eſt, furatur, toties à Domino in cuius mortẽ baptizatus eſt, et cuius ſanguine redemptus eſt, turpi & ne-

farii

ſaria proditione deficit, atq́; Diabolo animã ſuam miſeram, imo animam & corpus, pro exiguo lucro vendit, qui ſicut in cor auari Iudæ intrabat, ita in corda auarorum, tanquam in poſſeſsionem ſuam iniuſto lucro emptam ſeu oppignoratam immigrat, eiſq́; ſpirituali modo obſeſſis, pro ſuo libitu ad omnes iniuſticiæ ſpecies, modos fraudes, dolos, technas, artes, abutitur.

Hinc fit quod auari derident Chriſtum, & omnes eius admonitiones, dehortationes, commonefactiones, comminationes, imo totam doctrinam Chriſti, ſicut Lucæ 16. de auaris Phariſæis ſcriptum eſt. Audiebant hæc omnia Phariſæi, qui erãt auari, & deridebant illum. Hinc fit quod auarum hominem nullius ſceleris pudeat, pigeatq́;, modo lucri aliquid ex ſcelere ſperet, facit itaq́; auaritia negatores Dei, periuros, contemptores verbi Dei, ingratos Deo, & hominibus, proditores patriæ, parentum, propinquorum, dominorum, regionum, vrbiũ, Religionis, Eccleſiæ, homicidas, latrones, prædones, pyratas, fures, vſurarios, defraudatores, mendace iniuſtos. Omnia hæc ſcelera monſtrato exigu lucro perpetrare auſit, in cuius pectore inſatiabilis & inexplebilis auaritiæ vorago fuerit, A cut vere dicit Auguſtinus: Cum auaritia alic dominatur, ſubiectus malis omnibus demonſtrbitur, quia de auaritia omnia mala oriuntu

& peccatorum omnium ſpinæ proueniunt. Inſatiabilis eſt auaritia, ſemper rapit, & nunquam ſatiatur, nec Deum timet, nec hominem reuetur, nec patri parcit, nec Matrem agnoſcit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem ſeruat, viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in ſeruitutem reuocat, teſtimonium falſum profert, res mortui occupat, Quæ iſta animarum inſania? amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere cœlum? Chryſoſtomus dicit, Auaritiam crudeles homines, & omnis boni ordinis turbatores efficere, auarumq́ animam & corpus ſuum Diabolo proſtituere. Itaq; homo Chriſtianus quotidie contra huius abominandi peccati tentationem orare debet cum Dauide, Pſal. 119. Inclina Domine cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam.

CAPVT XXIII.

CONTINENS PLVRA DICTA SCRIPTVRÆ, ET ſententias quaſdam Philoſophorum contra a u- ritiam.

IN ſacra ſcriptura multæ extant auaritiæ deteſtationes, quæ etiam huius vitæ pœnis, incommodis, & malis deterrent homines ab auari-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tiæ vitio & malo. Prou. 15. grauiſſime dicitur. Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam. Exiſtimat auarus ſe ædificare rapinis, dolis, alijſq; iniuſtis acquiſitionibus opum, domũ ſuam, ad omnem poſteritatem, Sed accidit ei contrarium, propterea quod cum iniuſtis opibus infert in domum ſuam, et ad hæredes ſuos trans mittit Domini maledictionem, de qua dicitur Micheæ 6. Ignis in domo impij theſauri iniquitatis, Vt enim ignis totum domum incendio perdit, Ita iniuſtæ opes illatæ in domum, tandem totam ſubſtantiã, cui miſcentur, conſumunt, ſicut Chryſoſtomus inquit: Sæpe mirabiliter accidit, vt pauxillũ iniuſte partum corrumpat & diſſipet multa bona iuſte acquiſita. Nihil itaq; perniciosius eſt auaritia. Nam etiamſi ſeram apponas prõptuario, ſi fores ferreas, ſi vectem, deniq; ſi omnia feceris, nihil ages, ſi intus eſt pleonexia prædo violentiſſimus, ipſe omnia eijcere poteſt.

Eadem ſententia eſt in Eccleſiaſte cap. 5. Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, diuitiæ conſeruatæ in exilium Domini, pereunt enim in afflictione peſſima. Generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit. Eccleſiaſt. 4. Vir qui feſtinat ditari, & alijs inuidet, ignorat, quod egeſtas ſuperueniet ei. Eccle. 14. Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, alijs congregat, &

de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

de bonis ſuis alius luxuriabitur. Eſa. 5. Væ qui coniungitis domum, ad domum, & agrum agro copulatis, vſq; ad terminũ loci. Nunquid habi tabitis vos ſoli in medio terræ? Eſa. 33. Væ qui ſpolias, nõne & ipſe ſpoliaberis? Abd. 1. Væ illi qui multiplicat non ſua, vſq; quo aggrauat contra ſe denſum lutum. Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Amos 5. Pro eo quod diripiebatis pauperẽ, & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis, Vineas plantabitis, & non bibetis vinum earum. Plura dicta è ſcriptura Lector quilibet colligere poteſt. Addam etiam aliquas inſignes Philoſophorum ſententias, quibus auaritiæ malum reprehendunt.

Plautus Comœdiam Euclionem, & vetuſtas de Tantalo & Mida figmenta ſeu fabulas ad auaritiæ reprehenſionem compoſuit.

Ariſtoteles Phyſicorum 2. dicit auaritiam eſſe deſiderium præter naturam. Eſt enim natura paucis cõtenta ſicut eleganter à Poeta dicitur: viuitur exiguo melius ſed auari hominis cupiditas nunquã ſatiatur, Verum vt dicit idem Ariſtoteles politicorum 1. vadit in infinitum.

Cicero ad Heren: lib. 2. ſcribit, quod duæ res ſint, quæ maxime impellũt homines ad maleficiũ luxuries et auaritia, et quid mali ac dãni afferat,

auari-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

auaritia, tum publicis, tum priuatis rebus, id 2. de finibus exponit, cupiditates, inquit, ſunt inſatiabiles, quæ non modo ſingulos homines, ſed vniuerſas familias euertunt, totam etiam labefactant Rempub. Ex cupiditatibus, odia, diſsidia, diſſenſiones, bella naſcuntur, nec hæc ſe ſe ſolum foris iactant, nec tantũ in alios cœco impetu incurrunt, Sed intus & iam animis incluſæ inter ſe diſsident atq; diſcordant. Idem dicit Liuius de Rerumpub. euerſione lib. 4. Dec. 5. Auaritia & luxuria omnia imperia euertunt. Germani dicunt: Vbermut vñ eigen nutz/ vertreibet Stedt / Landt vnd Leut.

Grauiter itaq; monet Cicero in Officijs, vt illi qui officia capeſſunt publica, ab auaritia ſint liberi, Caput, inquit, eſt in omni procuratione neegotij, vt auaritiæ tollatur vel minima ſuſpitio, fieri enim non poteſt, vt auarus recte ſuum officium faciat, inhians enim lucro, commodis, muneribus, omnem obliuiſcitur pietatem, iuſticiam, honeſtatem, virtutem. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames? inquit Vergilius 3. Æneid.

Et Sophocles in Antigone, Nulla hominibus velut argentum tam mala res nata eſt. Hoc vrbes expugnat, & facit viros domo extorres, hoc ducit & mutat mentes bonas ad turpia negotia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gotia & ſcelera. Oſtendit hominibus habere dolos & impietatem noſſe.

Mimi dicta ſunt. Auarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ.

Auarus niſi cum moritur, nihil recte facit,
Auaro quid mali optes, niſi vt viuat diu?
Nullus auarus bonus eſt, in ſe peſſimus.

Diogenes auaros hydropicis comparare ſolebat. Illos enim argento, hos autem aqua plenos, amplius deſiderare in ſui pernitiem. Afflictiones enim vtriſq; eo magis intenduntur, quo largius deſiderata conſequuntur.

Menander.

Auaritia mortalibus eſt maximum malum,
Nam qui ſuis aliena quoq; volunt adijcere,
Hi ſæpius victi ſua ſpe fruſtrantur,
Adduntq; alienis, quæ prius erant propria.

Idem.

Quicunq; manum auro ſupponit, ille quamuis inficiatur, mala conſilia molitur.

Diphilus.

Accipere ſi non eſſet, nullus foret malus,
Illud eſt auaritia, cum neglecta conſideratione
Iuſti, quauis in re lucro ſeruieris.

Euripides.

Quiſquis ambitioſum & auarū ingeniū habet,
Nihil ille iuſtum ſapit, neq; cupit,
Difficiliſq; eſt amicis & toti ciuitati.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Antiphanes.

Lucra malè quæſita voluptates quidem pariũt
Breues, longam vero deinde triſticiam.
Ite nunc ô mali homines, parate vobis honorem
per vim,
Et corradite diuitias, vndecunq; venantes,
Per fas ſimul atq; nefas.
Deinde ipſarum meſſem infelicem metite.

Lucilius contra auaros.

Cum ſumptus feciſſet in ſomnis auarus Hermõ,
Præ nimio dolore ſe ipſum ſtrangulauit.

Nicarchus.

Heri ſuſpenſurus ſe Dinarchus Phidon
O Glauce, propter ſex Chalcos nõ eſt mortuus.
Tanti enim conſtabat funis, ſed ægrè ferebat
ſumptus,
Aliam forte quærens vilioris precij mortem.
Inſignis hic auaritiæ modus eſt, quod qui
mori propoſuerat,
O Glauce, propter ſex Chalcos nõ mortuus ſit.

Lucilius.

Hermocrates auarus moriens in Teſtamento
Seipſum rerum ſuarum ſcripſit hæredem.
Decumbebat autem calculans quantum à mor-
bo liberato ſibi dandum eſſet
Medicis mercedis, & quid conſumeret ægrotãs,
Vt vero inuenit vnicum ſibi reſtare denarium
ſi conualeſceret:
Præſtat mori; dixit; & diriguit.

Iace-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Iacebat autem nihil habens præter obulum,
At ipſius pecunias libẽter diripuerunt hæredes.

Idem Lucilius.

Natam ſibi prolẽ in mare proiecit Aulus homo parcus.
Cum calculaſſet impenſas, quas viua inſumptura fuiſſet.

Pallades contra Fœneratores.

Diuitias quidẽ diuitis, ſed animã pauperis habes,
O diues hæredibus, tibi vero pauper.
Si alia dediſti ad vſurã, alia iã das, alia daturus es.
Nunquam argenti dominus es tui.
O celerrimam vitæ rapinam.
Vir fœnerator temporum vſuras ſignans,
Subito mortuus eſt breui momento temporum,
Dum claudit adhuc digitis vſuras.

Politianus.

Æs habes, audi, quomodo nihil habeas,
Omnia ad vſuram tradis,
Ita tu nihil habes, vt alius habeat.

Qui Rebuſpub. ſeu officijs in communi ſocietate præſunt, obſeruare debent dictum Ciceronis lib. 2. Officiorum. Nullum vitium tetrius eſt quam auaritia, præſertim in principibus & Rempub. gubernantibus. Habere enim quæſtui Rempub. nõ ſolum turpe eſt, ſed etiam ſceleratũ & nefariũ. Caligula Imper. poſt immenſas profuſiones ad auaritiã conuerſus cogebat diuites, vt ipſum hæredem in Teſtamentis ſcriberent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quod cum feciſſent, iuſsit eos interfici, vt mox hæreditate donata potiretur, inquiens, Non decere, vt quis condito teſtamento diu ſit ſuperſtes.

Veſpaſianus Imperator multis virtutibus clarus ob auaritiam inſignem male audiuit, indixit vectigalia inuſitata omnium viliſsimarum rerum, etiam vrinæ. Cumq́ ob illam ſordidam auaritiam à filio Tito eſſet reprehenſus, expectauit tempus, quo vectigal de vrinis afferretur, vocatoq́ filio, loculos cum aureis admouit ipſius naribus, interrogans nunquid offenderetur fœtore? Illoq́ reſpondente, ſe non offendi, atqui inquit, ex lotio hoc vectigal eſt.

Reprehenditur tam ſordida auaritia dicto ironico Poetæ.

Lucri bonus eſt odor ex re qualibet.

Mauritius Imperator, ob auaritiam in maximas calamitates incidit. Caganus Rex Vngarorum ceperat 12. millia Romanorum militum, & ſignificauit Mauritio, ſe captiuos redditurū, ſi pro ſingulis vnus aureus daretur. Mauritius negauit ſe redemptionem facturum eſſe, Iratus itaq́ Caganus, iuſsit omnes captiuos trucidari. Horum interitus cum magnis doloribus multos afficeret, ortæ ſunt in reliquis exercitibus ſeditiones. Et Phocas Centurio à militibus ad Iſtrū Imperator nominatur, Is Mauritium cum vxore & liberis comprehendi, & interfici iubet.

Pri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Primum, in conſpectu eius ſunt interfecti duo filij, tres filiæ, & vxor pia Conſtantina, Poſtea ipſi etiam caput præciſum eſt. Cumq́ ceruicem lictori feriendam præberet, dixit: Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.

CAPVT XXII.

DE MEDITATIONIBVS CONTRA AVARITIAM.

DIxi hominem Chriſtianum debere contra auaritiæ tentationem quotidie dicere precationem Dauidis, Pſal. 119. Inclina Domine cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. Cum ea inuocatione coniungi debent etiam ſequentes meditationes.

Prima meditatio ſit prohibitionum, & comminationum diuinarum, de pœnis corporalibus & æternis, ſicut recenſui.

Secunda Meditatio ſit promiſſionis bonorum corporalium, ſicut dicit Chriſtus Matt. 6. Nolite ſolliciti eſſe, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quibus veſtiemur. Omnia iſta gentes inquirunt, Nouit enim Pater veſter cœleſtis, quod opus habeatis his omnibus, Quin potius quærite primum regnum Dei, & iuſticiam eius, & cætera adijcientur vobis.

Et Pſal. 55. dicitur: Iacta curam tuam in Dominum, & ipſe te enutriet.

Illuſtrat autem Chriſtus promiſsionem imaginibus auium, quas Deus ſine cura earum nutrit, & florum, quos ſine labore pulcherrimè veſtit, Quæ imagines etiam in meditatione ſunt repetendæ. Sumus enim Deo cariores auibus & floribus, quia & præſtantiores ſumus creaturæ & ſanguine filij Dei redempti ſumus.

Pictetus apud Arianum, etiam philoſophice, non valde diſsimilem meditationem contra auaritiæ curas proponit. Sic enim argumentatur. Cæſaris ſeruus facit ſuum officium, & non angitur curis auaritiæ, quia habet diuitem Dominum. Ergo, Homo ſciens eſſe Deum, & Deo curæ ſe eſſe, non debet angi curis auaritiæ. Item, Bruta animalia aluntur à Deo. Ergo, Philoſophus non debet vexari curis auaritiæ de victu.

Tertia meditatio ſit dicti Paulini, 1. Timoth. 6. Eſt quæſtus magnus pietas, cum animo ſua ſorte contento, Nihil enim intulimus in hunc mundũ, & nihil efferre poſſumus, ſed habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus.

Quarta meditatio ſit moleſtiarum, dolorum, & periculorum corporalium & ſpiritua-

lium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lium, tum huius temporis, tum futuri, quibus ſe auari, amiſſa fide in Deum, implicant. Sicut eodem capite dicit Apoſtolus: Qui volunt diteſcere, incidunt in laqueum & deſideria multa væſana & noxia, quæ mergunt in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt auaritia, quam quidam appetentes aberrauerunt à fide, & ſe implicuerunt doloribus multis.

Quinta meditatio ſit dicti Chriſti Matth. 6. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea corrumpit, et vbi fures perfodiunt & furantur, ſed theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi nec ærugo nec tinea corrumpit, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum.

CAPVT XXV.

DE DVPLICI CVRA.

Homines ignaui, cum audiunt concionem Chriſti, de vanitate ſollicitudinis noſtræ, Matt. 6. atq; dictum Dauidis, Pſal. 127. Vanũ eſt vobis ante lucem ſurgere, & ſero cubitum ire, & edere panẽ doloris, Quia dilectis ſuis dat etiã dormientibus, cum (inquam) homines ignaui tales ſententias audiunt, prætexunt eas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſuæ ignauiæ ac ſocordiæ, exiſtimantes magnam pietatis partem in eo conſiſtere, vt ſint ocioſi neglectores rei familiaris. Hanc perſuaſionem ignauorum reprehendi neceſſe eſt.

Sciendum eſt itaq; duplicem eſſe curam, ſeu ſollicitudinem. Vna eſt cura diffidentiæ, Altera eſt cura vocationis. Et illa quidem prohibita, hæc vero immota eſt. Diffidentiæ cura, eſt trepidatio & cruciatus cordis, deſperantis de Dei auxilio, & omnem fiduciam collocantis in propria induſtria & ſolertia acquirendi opes. Talis eſt auarorum hominum cura, quæ vt Paulus dicit, eſt idolatrica. Et idcirco primo etiam Decalogi præcepto prohibita eſt.

Vocationis cura eſt ſollicita diligentia, induſtria, & ſedulitas diuinitus ordinata, & præcepta, faciendi labores ſuæ vocationis & officij, in timore & fiducia Dei, iuxta doctrinam Pſalmi. Subditus eſto Deo & ſpera in eo.

De hac cura inquit Paulus Rom. 12. Qui præeſt, ſit diligens ſeu ſollicitus. 1. Timoth. 5. Si quis ſuorum et maxime domeſticorum curam non habet, fidem abnegauit, & eſt infideli deterior. Et 1. Theſſ. 4. Obſecro vos fratres, vt in hoc incumbatis, vt quieti ſitis, & agatis res proprias, & operemini manibus veſtris.

Exempli gratia.

Pius Dux exercitus, qualis fuit Ioſua, in

ea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ea militiæ vocatione obeunda, debet adhibere neceſſariam diligentiam, & ſollicitudinem, copias militares ducendi, diſtribuendi, collocandi in inſidijs, dimicandi cum hoſte, proſpiciendi ex quibus locus exercitui commeatus commode ſupportari & conuehi, & res frumentaria expediri poſſit, explorandi deniq́, vbi ſubſederint & commorentur hoſtes. Hanc curam cum ignauus et ebrioſus militiæ Dux omittit, infideli deterior eſt, & nihil à proditore differt. Sic Pater aut materfamilias abijciens præ ignauia œconomiæ curam, nihil differt à fure. Et quidem omnis ignaua neglectio officiorum in vocatione culpa eſt latiſſima, quæ lædit conſcientiam.

CAPVT XXVI.

DE LABORE ET OTIO.

THeſſalonicenſibus ita ſcribit Paulus cap. 3. Epiſt. 2. *Cum eſſemus apud vos, præcipiebamus vobis, vt ſi quis nollet operari, is nec ederet. Audimus enim quoſdam verſantes inter vos inordinate, nihil operis facientes, ſed curioſe agentes. Illis autem qui ſunt iſtiuſmodi, præcipimus, & obſecramus eos, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt cum quiete operantes ſuum ipſorum panem edant.* Et Pſal-

mo 128. inquit Dauid, ad pium patremfamilias. Labores manuum tuarum manducabis. Beatus es, & bene tibi erit. Sciamus itaq; labores vocationum à Deo ordinatos, præceptos, & ſanctos eſſe, Ignauum vero otium Deo diſplicere, & peccatum eſſe. Eſt autem labor ordinatus neceſſariarum operarũ ſedula executio, Sicut Paulus dicit: 1. Theſſa. 4. Obſecro vos fratres, vt in hoc incumbatis, vt quieti ſitis, & proprias res agatis.

Otium ſeu ignauia eſt neceſſariarũ operarum neglectio. Sicut itaq; Nazianzenus dicit: Laborem non neceſſarium nequaquam laborem voco, nam non neceſſaria negligenda ſunt, Ita licet aliquis non neceſſarijs laboribus ſe quotidie defatiget, omiſſis vocationis ſuæ operibus, is quãuis quietus haud ſit, tamen otioſis & ignauis annumeratur, propterea quod eos negligit labores, qui commendati officij ſunt proprij.

Eſt autem hic morbus inter homines frequens, vt multi magis occupentur non neceſſarijs, quam neceſſarijs, ſicut ſolet dici, plura in vita humana fieri πάρεργα *quâm* ἔργα, *plus eſſe non neceſſariarum occupationũ, quam neceſſariarum, quod etiam Senecæ dictum ſignificat, neceſſaria negligimus, quia non neceſſaria*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ria agimus. De parente generis humani ante lapſum ſcribit Moſes, poſitum eum fuiſſe à Domino in Paradiſum voluptatis, vt operaretur, & illum cuſtodiret, fuiſſet itaq; etiam in ſtatu innocentiæ ordinati laboris in vita humana exercitium, quod quidem iucunditate plenum, ſineq; omni moleſtia ac dolore fuiſſet. Poſt lapſum maledictio ob peccatum impoſita, laborẽ moleſtum difficilemq; fecit. Maledicta inquit Deus ad Adamum, terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Hanc maledictionem omnes in laboribus vocationum experimur. Cum enim omnia facimus, quæ poſſumus, tamen ſimul cum bonis herbis, ſeu fructibus plures creſcunt ſpinæ et tribuli, hoc eſt, moleſtiæ & dolores, quemadmodũ Dauid inquit, Pſal. 91. Totam vitã humanam eſſe laborem & dolorem. Attamen non ideo labor malus eſt, quia cum dolore & moleſtia eſt cõiunctus, ſed ordinatio, exercitatio laboris res eſt bona et ſancta, ſicut Pſal. 128. clare dicitur: Labores manuũ tuarũ manducabis, beatus es, et bene tibi erit. Agricola nõ ideo debet omittere agriculturæ labores, quia ager cũ frugib. bonis

produ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ducit tribulos & ſpinas, ſed debet perſeuerare in operibus vocationis, quæ ſunt ordinata & ſancta, ac debet cum illis coniungere inuocationem, qua petat à Deo benedictionem & felicitatem laboris ſui, ignaua vero laboris fuga res eſt mala, quia pugnat cum voluntate Dei, qui laborem ordinauit, & præcepit, & cum natura noſtra, quæ ad laborem facta eſt, & eſt cauſa multorum malorum. Syracides inquit, cap. 33. In omnibus operibus tuis præcellens eſto, & ne dederis maculam in gloria tua. Otium enim multa vitia docuit.

Salomon dicit: Iacta mane ſemen tuū, & veſperi ceſſet manus tua, quia neſcis vtrū hoc aut illud prouenturū ſit, quod ſi vtrūq;, eo melius eſt. Item, Prouerb. 12. Qui fideliter agunt, placent Domino. Maledictus vero eſt, inquit Ieremias cap. 48. qui opus Domini negligenter facit. Hæc dicta ad omnium vocationum officia pertinēt, quia vult Deus vt vnuſquiſq; in ſua vocatione faciat propria, 1. Theſſ. 4. Hāc admonitionem etiam Euangelica concio Chriſti de vinea proponit Matth. 20. Non cogitemus Eccleſiam ſimilem eſſe cœtui hominum ignauorum & epicureorum, indulgentium otio, & voluptatibus. Non ſic res habet. Sed ſimilis eſt Eccleſia vineæ, in qua ſunt labores ſeu operæ ordinatæ, vel vt Paulus dicit præparatæ, vt vnuſquiſq; ſe pro ſuæ vocationis modo in eis exerceat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

erceat. Reprehendit n. Deus in Euangelio otioſos, & iubet, vt vadant in vineam, ad præparantes ibi labores, h. e. vt faciant propria. Ordinationem illam Dei, quod non ad ignauum otium, ſed ad officia & labores vocationum ſumus facti, in noſtra ipſorũ natura, hoc eſt, in potentijs animæ, membris corporis & vtriuſq; tũ animæ, tum corporis virib. conſpicimus: Quicquid enim in nobis eſt, ita creatum eſt, vt ad officia & labores omnia inſtructa & adornata eſſe à creatore appareat, quemadmodum Iob inquit, Quod ſicut auis ad volatum, ita homo ad laborem naſcatur, cap. 5 Deo itaq; & naturæ ſuæ obtemperat, qui viribus animæ & corporis, ingenio & membris, ad ordinata officia & labores vtitur. Repugnat autem Deo & naturæ ſuæ, qui ſe dat ignauiæ & deſidiæ, nec ordinatis officijs ac laboribus animæ & corporis vires, ingeniũ & membra exercet. Etiam Ethnici intellexerunt labores officiorum à Deo ordinatos eſſe, ideo ſæpe ab antiquis ſapientibus dictum Epicharmi ludimagiſtri repetitum eſt, Deum omnia hominibus vendere pro laboribus, hoc eſt, dare Deum hominibus cuncta neceſſaria ad hanc vitam, ſed ordinaſſe labores officiorum, vt per eos neceſſaria acquiramus, quemadmodum dat Deus agricolæ fruges, ſed ordinauit labores ſtercorationis, arationis, ſeminationis, occationis, meſſis, vt per eos ipſe fru-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ges donatas accipiat. Sicut Prouerb. 12. ſcriptum eſt: Qui operatur terram, ſaturabitur panibus, qui autē ſectatur otium, ſtultiſsimus eſt. Poetæ & Philoſophi fingunt Cererem, cum donaſſet Triptolemo frumentum, dixiſſe, Ἂν μὴ καθαρῇς καὶ ἀλέσῃς, οὐ μὴ φαγῇς, niſi repurges & molas, non comedes, hoc eſt, non continget tibi victus niſi adiunxeris tuam induſtriam.

Heſiodus dixit laborans amatur à Dijs.

Nec eſt dedecori laborare, ſed otiari,

Item, Ante virtutem Dij ſudorem poſuerunt.

Æſchynes.

Laborantem Deus adiuuare ſolet.

Euripides apud Stobæum.

Labor improbus omnia vincit

Tibi dixi ô fili, vt fortunam laboribus
Indages, honorari enim tuum patrem vides.
Nullus eſt qui dum molli vitæ ſtudet,
Gloriam adeptus ſit, ſed laborandum eſt.
Præſtantes .n. & qui faciunt aliquid eximium,
(gnamur,
Honoramus, ac viros in ciuitate nominare di-

Adoleſcentes ſtudijs conſecrati ſæpe meminiſſe debent verſus Poetæ Latini.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitq́; puer, ſudauit & alſit,
Abſtinuit Venere & Baccho.

Otij ac ignauiæ reprehenſiones cum comminationibus pœnarum ſeu malorum quæ ſequuntur, in ſacra ſcriptura plurimæ extant. Sẽper autem ſit in conſpectu omnibus hominibus, in quacũq; vocatione collocatis, dictũ Hieremiæ: Maledictus qui opus Domini facit fraudulenter ſeu negligenter. Vt enim Paulus exclamat, 1. Corinth. 9. Væ mihi ſi non Euangelizauero: Ita vnuſquiſq; in ſua vocatione exclamet quotidie, Væ mihi, ſi non fuero fidelis & diligens in meo officio, qualecunq; illud ſit, ſiue Eccleſiaſticum, ſiue politicum, ſiue œconomicum. Quodlibet .n. officium fidelitatem & diligentiam requirit, & de vnoquoq; reddenda eſt ratio Domino. Vt autẽ de damno in Eccleſia dicit Chriſtus Mat. 13. Dũ dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, Ita in omni vitæ cõditiõe, otiũ & negligẽtia dãnũ adfert, & quo ſunt officia excellentiora, eo etiã magis pernitioſa eſt eorũ, qui præſunt, deſidia & pigritia. Syracides inquit cap. 33. Otium multa mala docet. Salomon Prou. 10. Egeſtatẽ operata eſt manus remiſſa, cap. 20. Piger in egeſtate eſt, cap. 24. per agrũ hominis piger tranſiui, & per vineã viri ſtulti, & ecce viã repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & materia lapidum deſtructa erat, quod cũ vidiſſẽ poſui in corde meo, & exẽplo didici diſciplinam, vſq; quo piger dormies? quando de

ſomno

ſomno ſurges, parum inquis dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conſeres, vt quieſcas, & veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas quaſi vir armatus. Inſignis eſt admonitio Salomonis ad homines pigros, qua iubet eos formicarum exemplum intueri, earũq; induſtriam imitari, Prouerb. 6. Vade piger ad formicam, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat tamen in æſtate cibum, & congregat in meſſe, quod comedat. Ambroſius dixit: Otium eſſe puluinar Satanæ. Baſilius, Otium maleficij initium eſt. Atq; ipſa naturæ humanæ conſideratio eius rei aliquam cauſam monſtrat. Eſt enim homo natura animal inquietum, Ideoq; fit, vt, ſicut Seneca dicit, nihil agendo male agere diſcamus.

Demoſthenes Orator Ethnicus Otium inſidioſum appellat, propterea quod quaſi per inſidias malis cogitationibus & appetitionibus, voluptatumq; illecebris, incautos illaqueat, & in pernitiẽ exitiumq; præcipitat. Alius ex Græcis dixit, Otium dulce malum eſſe. Euripides inquit: Quod idem ſit otioſus, & malus ciuis. Menander, Otioſus ſanus febricitante longè miſerior eſt, vt qui duplo plus inutiliter conſumit.

Scipio,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Scipio, vt eſt apud Ciceronem, dicere ſolitus fuit, ſe nunquam minus eſſe otioſum, quàm cum eſſet otioſus. Id ſapientiſsimi viri dictum admonet hominem ingenuum ſemper in otio aliquid agere debere, ne ingenij & corporis vires deſidia pigritiaq́ torpeſcant, aut ne otij ignaui occaſione vitiorum laqueis capiatur. Namq́

Quæritur Ægiſthus quare ſit factus adulter?
 In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

At vero:

Otia ſi tollas, periere cupidinis arcus,
 Cedit amor rebus, res age tutus eris.

CAPVT XXVII.

DE VITA RVSTICA.

PRimæ & antiquiſsimæ artes humanæ vitæ, adnutritionem inuentæ ſunt: agricultura & pecuaria, quas Ruſticæ vitæ appellatione complectimur. Sic enim de Adæ filijs ſcribit Moſes, Abel erat paſtor ouium, & Cain agricola. Has artes non auaritia, ſed neceſsitas ipſa primum docuit. Ideoq́ nulla eſt alia iuſtior rei familiaris faciendæ, nulla quietior commodiorq́ vitæ agendæ ratio, quàm ea quæ ex cultura agrorum pecudumq́ victum ſine iniuria quærit, ſicut veriſsimè Cicero Officiorum 1. dicit: Om-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil, eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine dignius. Hanc viuendi rationem ſanctos Patres olim ſectatos eſſe ſcriptura teſtatur, fuiſſeq; eam apud alias quoq; gentes in magno honore, antiquæ oſtendunt hiſtoriæ, donec auaritiæ inſatiabilis cupido, inſanaq; admiratio illam infra mercaturam, & multis in locis etiam infra artes mechanicas abiecit, qui quidem contemptus vitæ agreſtis, quæ tanquam mater totum mundum alit, procul dubio à Deo penuria annonæ, cuius res ruſtica penu ac promptuarium eſt punitur. Apud Romanos, vt Cicero in Catone Maiore refert, maximo in honore fuit agricultura, nec puduit Romanos ab aratro vocare ſenatores, Conſules, Dictatores.

De Q. Cincinnato ſcribit Liuius, eum cum nudus trans Tyberim araret, iuſſu S. P. Q. R. per viatorem ad Dictaturam vocatum eſſe, vt Quintum Mutium Conſulem ab obſidione hoſtium liberaret, quod cum effeciſſet, accepta corona aurea obſidionali, & acto glorioſo triumpho Dictaturam ipſe rurſus depoſuit, & ad agrum reuerſus eſt.

Phryges veteres nullum ſcelus atrocius puniuerunt, quam ſi quis agricolis boues aut inſtrumenta abſtuliſſet, vt agriculturam impediret.

Apud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Apud quoſdam populos prohibitum fuit, ne creditores ob debita ſpoliarent ruſticos illis rebus, quarum ad agriculturam vſus eſſet.

De antiqua agricolarum felicitate, quando ſuis bonis frui permiſsi ſunt, recte inquit Vergilius:

O fortunatos nimium, ſua, ſi bona norint agricolas. *Eam felicitatem prædicat etiam Horatius hoc carmine.*

Beatus ille, qui procul negotijs
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore,
Non excitatur claſsico miles truci,
Nec horret iratum mare,
Forumq́; vitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.

Philemon dicit:

Iuſtiſsima hominibus poſſeſsio eſt ager,
Ea enim quibus eget natura profert abunde,
Triticum, oleum, vinum, mel.
Argentea autem vaſa, atq; purpura
Ad Tragœdias vſum habẽt idoneũ, nõ ad vitã.

Ariſtophanes.

Dum pacis amans intueor agrum,
Odi ciuitatem, & rus meum deſidero.
Quod nunquã mihi dixit, vade carbones emptũ
Acetum, obſonium, oleum, non enim opus eſt.
Sed ipſum omnia producebat, nec emẽdum erat

Phocyllides.

Si opibus indigeas, curam habeto pinguis agri,
Agrum enim ferunt copiæ cornu eſſe.

Amphis.

An non aurea res eſt ſolitudo?
Eſt ſane viuendi pater hominibus ager.
Et ſolus nouit abſcondere paupertatem,
Vrbs autem plane theatrum eſt infelicitate plenum.

CAPVT XXVIII.

DE RVSTICIS LABORIBVS.

Labores ruſticos egregie deſcripſerunt Heſiodus, Vergilius, Columella, atq; apparet ex illis deſcriptionibus, quod ruſticarum operarum artificium, non minus ingenij, ſolertiæ ac diligentiæ requirit, quam aliorum officiorum in vita humana adminiſtrationes, niſi quod rei ruſticæ cura ob Aſtrologicas & Phyſicas obſeruationes & rationes iucundior multo eſt, & quia certo ordine regitur, qui etſi aliquibus annis paucorum dierum ſpatio aut tardius aut citius recurrit, tamen ſemper vnus ſimiliſq; manet, nec poteſt mutari, multo etiam eſt expeditior & facilior, quam ſunt aliorum officiorum curæ.

Phauorinus dixit: Agriculturam infinitam eſſe,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſſe, ſeritur enim vt metatur, & metitur vt ſeratur, hoc eſt, laborum in agricultura nullus finis eſt. Hoc non ad agriculturæ vituperationem, ſed laudem accipiendum eſt. Namq; agricolæ labor eſt infinitus, non ſicut linea, quæ in infinitum excurrit, & menſurari nequit, ſed ſicut circulus, cuius linea qua clauditur fine caret, quia in ſemetipſam redit, & figuram perfectiſsimam efficit. Ita vitæ ruſticæ labores circumferuntur in circulum, & quotannis in ſemetipſos redeunt, perfectiſsimamq; vitæ mundanæ rationem efficiunt, in qua nihil oportet eſſe gibboſum aut hiulcum, nihil tranſpoſitum, nihil immutatum, ſed omnia certo ordine, tanquam vna circumferentiali linea claudi neceſſe eſt. Recte dicit Columella, Res ruſtica ſic eſt, ſi vnam rem ſero feceris, omnia opera ſero facies, vt qui ſero ſeminat, ſero metit. Imò vero talis eſt res ruſtica, ſi vnam rem aut omiſeris, aut negligenter feceris, nulla diligentia in reliquis laborum partibus damnum ſarcire poterit, Vt ſi quis negligenter ſtercorauit, aut arauit, etiamſi copioſe ſeminet, tamen nunquam felice meſſe gaudebit. Hæc conſideratio de ordine ruſticarum operarum debet admonere homines, vt in alijs etiam ſtudijs laboribuſq; ordinem obſeruent, nihil enim ad res efficiendas recto laborum ordine commodius & vtilius eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

DE ARTIBVS.

DOctoribus ſeu miniſtris Eccleſiæ, quia Theologiæ ſtudio & profeßione Theologi nominantur, deberi ſtipendia, eaq; cum bona conſcientia accipi, ante demonſtratum eſt.

Nunc itaq; de humanis artibus dicam, earum duo ſunt genera. Primi generis ſunt artes Scholaſticæ, quæ in Scholis traduntur & diſcuntur, nimirum ſeptem illæ artes, quas liberales appellamus, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Muſica, Arithmetica, Geometria, Aſtronomia. Et ſcientiæ ſuperiores, Ethica, cuius pars eſt Iuriſprudentia, & Phyſica, cuius pars eſt Medicina. Etſi autem Scholaſticus præcipuè ideo diſcere debet, vt Deo ſeruiat, & communi ſocietati in Eccleſia vel Repub. ſit vtilis, tamen licet etiam ſimul ad hunc ſcopum ſtudia dirigere, vt artium & ſcientiarum beneficio, ſeu exercitijs honeſte ſe ſuoſq; alere poßint, obeūdo labores officiorū neceſſariorū in Eccleſia, Scholis, Rebuſpub. & communi vita. Non .n. dignum eſt reprehenſione, quod illi qui Scholis aut Rebuſpub. aut etiam priuatis hominibus ſeruiunt, ſiue actione cauſarum, ſiue morborum curatione, laborum ſuorum honeſta & iuſta ſtipendia poſtulant & accipiunt. Illi vero laude digni ſunt qui agnoſcentes artium vtilitatem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in eos, qui illarum profeſsione communitatibus ſeruiunt, liberalitatē exercent. Ea enim liberalitas eſt gratitudo erga Deum, cuius dona ſunt artes honeſtæ, & bonæ, in recto vſu, & inuitant adoleſcentes, vt ad diſcendum ſint alacres, & induſtrij, ſicut in verſu Poetæ dicitur:

Sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones.

Dionyſius Siculus tyrannus in iuuentute artes Scholaſticas didicerat. cum itaq; è regno in exilium eiectus eſſet, factus eſt ludimagiſter, et artium exercitio ſenectutem ſuſtentauit. Id exemplū ſtudioſi adoleſcentes ſæpe conſiderare debent, Recte enim de his artibus Philoſophus Simonides interrogatus, cur ex incendio patriæ nihil exportaſſet? Reſpōdit, ego vero omnia mea mecum porto, ſignificans ſe eruditionis poſſeſſionem reliquis bonis caducis anteferre, & in illa ſe diues vitæ ſubſidium habere repoſitum, quemadmodum eleganter à Menandro dictū eſt:

Paterna bona tempus interdum facit
Aliena, ſeruans interim corpora.
Vnum autem vitæ præſidiū in artibus ſitū eſt.

Et nota eſt ſententia vulgaris. Artem quæuis terra alit. Studioſi ſæpe legere debent orationem Ciceronis pro Archia.

CAPVT XXX.

DE ARTIBVS MECHANICIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

SEcundum genus artium humanarum ſunt Mechanicæ ſeu manuariæ artes, quæ in officinis opificum diſcuntur, Earum magna eſt varietas, ſicut variarum opificum exempla oſtendũt. Solent appellari illiberales, quæ appellatio à Cicerone libro Officiorum 1. nimis inique exponitur, cum inquit: Opifices omnes in ſordida arte verſantur, nec enim quidquam ingenuum habere poteſt officina. Iniquiſſimum illud eſt iudicium, Nam multa præclara ingenia etiam hominum ingenuorum illis artificijs delectantur, & in plurimis laudatiſſimis ciuitatibus ſapientes Senatores & Conſules, ex officinis ad rerum publicarum gubernationem eliguntur. Vſitatæ itaq; illiberalium artium appellatio non de harum contemptu & deſpectione, ſed de earum cum liberalibus collatione intelligi debet. Sæpe autem in collatione aliquid inferiorem locum ſeu gradum obtinet dignitatis, quod idcirco haud quaquam eſt contemnendũ, ſicut enim cuilibet bono ciui, ita etiam cuilibet arti Mechanicæ honeſtæ, etiamſi non in ſummo faſtigio dignitatis collocatur, tamen in ſuo loco honor debetur. Sic decet nos de illis artificijs, atq; opificibus, quorum vſus in vita humana, & communitatibus neceſſarius & honeſtus eſt iudicare, & qui harum artiũ exercitijs alijs, pro mercede iuſta, ſeruiunt non ſordide, ſed honeſte

vi-

victum quærere, & rem familiarem facere iudicandi ſunt. Germani de artibus manuarijs dicere ſolent, Opificium aureum fundum habet. Præclarum extat Encomium in ſacra ſcriptura eorum opificum, in quibus excellentia artificiorum dona, cum vera pietate ſunt coniuncta, Exod. 35. dixit Moſes ad filios Iſrael: Ecce vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filiũ Vri, filij Hur, de tribu Iuda, impleuitq́; eum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia, & ſcientia, & omni doctrina ad excogitandum & faciendum opus in auro & argento, & ære, & ferro, ſculpendiſq́; lapidibus, & opere carpentario, quicquid fabre adinueniri poteſt, dedit in corde eius, Ooliab quoq; filiũ Achiſamech, de tribu Dan: ambos erudiuit ſapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij ac plumarij, de hyacintho ac purpura coccoq́; bis tincto & byſſo, & texant omnia, ac noua quæq; reperiant.

CAPVT XXXI.

DE MERCATVRA.

CIcero mercaturam diuidit in ſordidam & honeſtam, ſordidam appellat eam, quæ tenuis eſt, eorum ſcilicet mercatorum, qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim vendant, quos propolas & inſtitores appellamus. Atque vituperationis rationem addit, quod mercato-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

res tenues nihil proficere poſſint, niſi admodum mentiantur. Honeſtã mercaturam definit, quæ magna & copioſa eſt, multa vndiq; apportans, multiſq; ſine vanitate impertiens. Errat Cicero in eo, quod vulgi opinionem ſecutus, differentiã inter ſordidam & honeſtam mercaturam, aliqua ex parte in quantite collocat, cum conſtet, quod rei quantitas qualitatem eius non mutet, Recte autem illud dicit, quod mendaciorum vanitas mercaturam ſordidam, communicatio rerũ ſine vanitate, honeſtam mercaturam efficiant.

Sic itaq; ſentiendum eſt, quod ſicut communicatio rerum neceſſariarum inter homines, ita etiam mercatura, quæ eſt illius communicationis medium, eſt neceſſaria, & cum ipſa natura, iureq; ac ordinatione ſocietatis humanæ congruit. Neceſſarium eſt enim in omni ciuitate ſeu ſocietate, vt Ariſtoteles dicit in politicis, aliquid vendi & emi, & qui res neceſſarias ex alijs locis apportant, atq; ſuperfluas rurſus euehunt, communi hominum ſocietati ſeruiunt, Efficiunt enim vt quiſq; ijs rebus, quibus indiget, potiri, & viciſſim illa quibus abũdat, ne corrumpantur, vendere pro iuſto precio poſſit. Hæc officia ſiue tenui, ſiue in copioſa mercatura, cum ſine iniuſticia, fraude, dolo, vanitate fiunt, non ſunt vituperanda, ſed ſunt honeſta et laude digna.

Cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Cum autem auaritia mortalium faciat, vt periculoſa multis ſit mercatura, ſicut Syrac. dicit: cap. 27. Verti peccatum inter emptorem & venditorē, ſicut palus fixus inter duos lapides, Et Chryſoſtomus, mercator vix Deo placere poteſt. Ideo ſint illis qui mercaturam exercent, ſemper in conſpectu hæ ſententiæ ſacræ ſcripturæ, Leuit. 19. Nemo decipiat proximū ſuum, ſtatera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius, & æquus ſextarius. Quando vendes quippiam ciui tuo, aut emes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum. Deut. 25. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, non erit in domo tua modius maior & minor, Pondus habebis iuſtū & verū, & modius æqualis & verus erit tibi, vt viuas multo tempore ſuper terram, abominatur. n. Dominus eū qui facit hoc, et auerſatur omnē iniuſticam. Prou. 11. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populo, Benedictio autē ſuper caput vendentiū. Prou. 21. Statera doloſa abominatio eſt apud Deum, & pondus æquum voluntas eius. 1. Theſ. 4. Ne quis ſupergrediatur, & circumueniat in negotio fratrem ſuum, quid enim prodeſt homini, inquit Chriſtus Mat. 16. ſi totum mundum lucratus fuerit, animæ vero ſuæ iacturam fecerit, aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam ſuam.

Apud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Apud Comicum veterem Alexin inſignis extat iocus, quo Comice monet, Magiſtratus debere prouidere, ne mercatorum auaritia ciues ſeu ſubditos exhauriat, ſic enim inquit:

Non extitit præſtantior legislator diuite
Ariſtonico legem enim hoc tempore fert,
Vt piſcariorum quiſquis vendens
Piſcem indicauerit, deinde minori tradiderit,
Quam dixit precio, in carcerem
Is ſtatim abducatur, vt metuentes
Æquo precio vendere velint, aut veſperi
Putidos omnes domum roportent.
Hincq́; fiat, vt & vetula, & ſenex & puellus,
Miſſus omnes commode emant.

Et paulo poſt.

Non extitit poſt Solonem melior vllus
Ariſtonico legislator, nam alias
Multas tulit leges variaſq́;.
At nunc nouam condidit legem quandam
Auream, ne amplius vendant ſedentes
Piſcarij. ſed perpetuo ſtantes,
Deinde anno proximo ait, ſe ſcripturum, vt pendentes,
Vt celerius dimittant emptores,
E machina quaſi dij ſe mouentes.

CAPVT XXXII.

DE MEDIOCRITATE.

SA-

SAlomonis precatio eſt Prouerbiorum 30. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar. Vanitatem & verba mendacia longe fac à me, mendicitatem & diuitias, ne dederis mihi, tribue autem victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Huius precationis forma oſtendit & monet, quod rogantes nobis dari panem quotidianum, non abundantiam aut ſuperfluitatem, ſed mediocritatem, inter inopiam & abundantiam, petere eaq; contenti eſſe debeamus, ſicut Apoſtolus dicit: Habentes victum, & quibus veſtiamur, his contenti ſimus. Eſt enim quæſtus magnus animus ſua ſorte contentus. Contra vero magna eſt paupertas ſeu egeſtas, in abundantibus diuitijs, cum animus ſua ſorte non eſt contentus. Ideo etiam Philoſophus rectè dixit:

Quis diues? qui nil cupiat. quis pauper? auarus.

Namq; auaro tam illud deeſt quod habet, quam illud quod non habet, Ideoq; in proprijs poſſeſſionibus, argento auro, annona, frumento, quouis Lazaro aut Iro pauperior eſt, Mediocritatem omnes ſapientes mortales maximopere prædicauerunt. Ariſtoteles citat Phocyllidis verſum ſapientiſſimum.

Omnia mediocrib. optima, mediocris volo eſſe in ciuitate.

Plato

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Plato interrogatus, quantas opes habere conueniret, dixit, quantæ poſsidenti neq; inſidias pariunt, neq; rerum neceſſariarum inopiam.

Apollodorus inquit: Magna dona fortunæ metum habent.

Id quod valde ſplendidū eſt à periculo nō abeſt,
At mediocritas omnibus in rebus eſt tutiſsima,
Ad illud quod ſplēdidū eſt, impetū inuidia facit.

Euripides.

O fili vita & opulentia hominibus
Exigua ac mediocris conuenit,
Nimia vero moles pernitioſa eſt.

Pindarus in Nemæis Oda ſecunda.

Non appeto magnas diuitias habere abſconditas, ſed frui præſentibus, & bene audire, & amicis ſuppeditans benefacere.

Claudianus.

Viuitur exiguo melius, natura beatis
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti.

Adoleſcentes auream Odam Horatij, de mediocritate commendare memoriæ debent.

Rectius viues Lycini, neq; altum
Semper vrgendo, neq; dum procellas
Cautus horreſcis nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus, caret obſoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.

Sæpi-

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
fulmina montes.
Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatam
Pectus, informes hyemes reducit
Iupiter idem.
Summouet, non ſi male nunc & olim
Sic erit, quondam cithara tacentem
Suſcitat Muſam, neq; ſemper arcum
Tendit Apollo.
Rebus anguſtis animoſus atq;
Fortis appare, ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Idem in alia Oda.

Viuitur paruo bene cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum,
Nec leues ſomnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

Sunt quoq; hi verſu Angeli Politiani in ruſtico aurei & memoria digni.

Felix ille animi diuiſq; ſimillimus ipſis
Quem non mendaci reſplendens gloria fuco
Sollicitat, non faſtoſi mala gaudia luxus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Sed tacitos iubet ire dies, & paupere cultu
Exigit innocuæ tranquilla ſilentia vitæ.

CAPVT XXXIII.

DE PAVPERTATE.

SAlomon dicit in Prouerbijs, cap. 22. Diues & pauper obuiant ſibi, & Deus fecit vtrumq;. Huius dicti cogitatio in tota vita vtilis eſt, vt conſiderantes varietatem humanarum conditionum, ſciamus Dei ordinationem & voluntatem eſſe, vt in ſocietatibus non ſint omnes homines æque diuites, neq; æque pauperes, ſed vt ſit commixta ſocietas diuitum & pauperum, quæ commixtio quaſi ciuile temperamentum efficit ad politiarum conſeruationem vtile. Ideo Deus autor & ordinator ſocietatum, huius temperamenti etiam autor eſt, ſicut dicitur. Deus fecit vtrumq;. Item, Deus diuitem facit & pauperem. Si enim in ciuitate ſeu communitate omnes pariter eſſent diuites, nemo alteri operarum communicatione ſeruire vellet, ſi æque pauperes omnes eſſent, nemo alteri beneficentiæ communicatione opem ferre poſſet. Fecit itaq; Deus temperatam mixtionē, quæ ſapientiſſime ad officiorum & rerum inter homines mutuam communicationem, qua ſocietates

tates

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tates retinentur, eſt accommodata. Hoc ſcientes, cogitemus Deum creatorem diuitum & pauperum, poſtulare, ne pauper diuiti inuideat, neue diues pauperem contemnat, ſed vt quiſq; ipſi in ea quæ obtigit conditione, cum pietate obtemperet: Quæ quidem obedientia Deo in qualibet conditione grata eſt. Non ſolum enim placet Deo diues pius Eleemoſynas diſtribuens, verum æque placet et pius pauper, qui ſe mercenaria opera ægrè alit, & pius mendicus, qui ante fores ſtipem petit, eleemoſynaſq; accipit, & illam paupertatis crucem fert patienter, ſicut Matth. 5. dicit Chriſtus: Beati pauperes ſpiritu, quoniam illorum eſt regnum cœlorum. Eſt plerunq; cum diuitijs coniunctus faſtus, & pauperum deſpectio, ſed quantum in ea deſpectione peccatum ſit, illud ex allegatæ ſententiæ fonte grauiſsime idem dicit Salomon Prouerb. 17. Qui deſpicit pauperem, probro afficit factorem eius. Sicut inſania eſt, cum homo ſanus ægroto morbum exprobrat, Infirmitas enim virium naturalium morbus eſt, non morum vitium, ita recte dicit Demoſthenes in oratione de Corona, ſe eos inſanos iudicare, qui alijs paupertatem tanquam probum obijciunt, defectus enim fortunæ ſeu diuitiarum paupertas eſt, non defectus virtutis, Nam vt Theognis dicit: Multi mali ſunt diuites, & multi boni ſunt pauperes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Addenda tamen eſt hæc diſtinctio, quod ſicut morbus enormi petulantia acquiſitus pudorem adfert, non quia morbus eſt, ſed quia malæ cauſæ, quæ præceßit effectus & ſignum eſt, ita etiã paupertas, luxuria, prodigalitate, ignauia, aut alia ſpontanea malitia accerſita, probro non caret, non quia paupertas eſt, ſed quia enormis et ſpontaneæ malitiæ effectus & ſignum eſt. Ideo Diphilus ait, paupertas non eſt turpis, illa vero quæ propter turpem cauſam accidit, turpis eſt. Et Pericles apud Thucydidem. Non eſt deforme pauperem eſſe, ſed nolle laborare, vt paupertatem effugias, deforme eſt.

Quod ad huius vitæ rationes attinet graue & durum onus eſt paupertas, quæ propter rerum neceſſariarum indigentiam, multa alia incommoda ſecum trahit, omnibus enim modis (inquit Plautus in Rudente) qui pauperes ſunt homines, miſere viuunt. Et Horatius 3 Carminum, paupertas iubet quiduis facere & pati. Iuuenalis Satyr 3.

Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quam quod ridiculos homines facit.

Item.

Haud facile emergunt quorum virtutibus ob-
Res anguſta domi. (ſtat

Et Ouidius dicit:

Pauper vbiq; iacet.

Idcirco

Idcirco de amore parentum erga liberos ſic ſcribit Plutarchus. Cum paupertatem malorum extremum cenſeamus, hanc non aliter ac grauem & difficilem morbum liberis tradere formidamus. Attamen homo Chriſtianus ita ſentire debet, meliorem multo eſſe paupertatē, quam opes maleficio ac iniuſticia acquiſitas, & hæredibus vtiliorem eſſe honeſtæ paupertatis, quam iniuſtarum diuitiarum hæreditatem ſicut ſcriptū eſt, Prouer. 15. Melius eſt parum cum timore Domini, quam theſauri magni & inſatiabiles. Et Cap. 16. Melius eſt parum cum Iuſticia, quam multi fructus cum iniquitate. Et quidem etiam honeſti ac ſapientes Ethnici ita iudicauerunt, paupertatem honeſtam diuitijs maleficia acquiſitis longe anteferendam eſſe. Itaq; laudant exempla eorum, qui cum amplam rem familiarem facere potuiſſent, tamen cum recta conſcientia in re tenui viuere, & liberis pauperem hæreditatem cum honeſta fama relinquere, quam ſtudio acquirendi amplas facultates per fas & nefas, incumbere maluerunt. Lyſander Spartanorū dux præſtātiſsimus tantum non habuit in bonis, vt filiabus dotem daret, cum itaq; mortuo ipſo generi vellent filias eius rurſum dimittere, propterea quod dotem non accepiſſent, à Magiſtratu retinere eas coacti ſunt. Phocion Athenienſis quinquies & qua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dragies imperatoria dignitate functus eſt, et tamẽ ad agrũ paternũ nullas opes maiores adiecit.

Cùm Philippus Macedo magnam vim auri dono ipſi miſiſſet, noluit illud accipere, ne integritatem ſuam venderet. Hortantibus autem Legatis, vt ſi ipſe carere auro poſſet, pro filijs illud acciperet, quibus difficile futurum eſſet, paternam dignitatem in paupertate tueri. Reſpondit, Si filij erunt ſimiles mei, etiam ager ille, qui me ad tantam dignitatem enutriuit, ipſos alet honeſte, ſin diſsimiles erunt, nolo ego illorum luxuriam meis opibus alere.

Ariſtides Athenienſis, qui iuſti cognomen adeptus eſt, tantum non reliquit, vt funus honeſte curaretur. Itaq́ Reipub. ſumptibus funus ipſius curatum, & filiæ elocatæ ſunt. Idem accidit apud Romanos Scipioni illuſtriſsimo viro, qui in ærariũ publicum ingentes opes intulit, domi ſuæ in re tenui vixit. Cum Ariſtidi aliquis exprobraſſet, quod pauper eſſet. Reſpondit, cur non etiam illud exprobras, quod iuſticiam colo? Lucio Æmilio Paulo, cuius rerũ geſtarũ tabula Romæ publicata fuit, mortuo, non potuit filiabus dos dari, niſi omnibus poſſeſsionibus eius diuenditis. De talibus exemplis recte dicit Æſchines, Paupertatem integritatis ſignum eſſe.

Apud Philoſophos extant aliquot ſapientia dicta, quibus ſe in paupertate conſolati ſunt. Socrates, pauper Philoſophus dicebat, paupertatem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tatem temperantiam eſſe, quæ eſt virtutum mater, & ſanitatis longæq́; vitæ cauſa. Alius Philoſophus dixit: Paupertatem naturæ amicam eſſe, quia natura humana pauciſſimis contenta eſt.

Diphilus inquit, Homine paupere nihil eſſe fortunatius, mutationem enim in deteriorem ſtatum non timet. Ideoq́; ſecuriore & tranquilliore animo eſt pauper, ſua ſorte contentus, quã quiſquã diues auarus, ſicut Iuuenalis dicit:
Cantabit vacuus coram Latrone viator.

Anaximenis dictum eſt: Paupertas homines & in artibus præſtantiores, & in rebus ad vitam pertinentibus prudentiores reddit, grauis enim eſt ſapientiæ magiſtra paupertas.

Menander eleganter dicit: Semper cenſentur pauperes Deorum eſſe. Verum homo Chriſtianus multo efficaciores conſolationes debet petere ex ſacra ſcriptura, quas vnicum illud dictum Chriſti complectitur, Mat. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniã illorum eſt regnum cœlorũ. Poſſunt autem hiſce doctrinæ locis comprehendi. Primo cogitent pauperes, quod non caſu, ſed Dei voluntate ſint pauperes, qui, vt dixi, in humana conſociatione alios diuites, alios pauperes facit, vt hoc temperamento ſocietates humanæ conſeruentur. Secundo cogitent, quod neq; diuitiæ, neq; paupertas faciant in Deo προσοπω-

λɛψίαρ. *Non placet Deo diues Abraham, propter diuitias, neq; diſplicet Deo pauper Lazarus propter egeſtatem. ſed vterq; placet Deo fide mediatoris Ieſu Chriſti, qui vtrumq; diuitem facit ſpirituali benedictione, & donatione æternæ, ac cœleſtis hæreditatis. Tertio itaq; cum corporali paupertate ſeu indigentia conferantur diuitiæ ſpirituales acquiſitæ & donatæ per filium Dei Ieſum Chriſtum, qui cum eſſet diues, factus eſt propter nos pauper, vt omnes credentes in ipſum ſua paupertate diuites faceret. 2. Corinth. 8. Et quidem diuitiæ illæ non tantum tradentur in reſurrectione mortuorum ad æternam poſſeßionē, ſed in hac quoq; vita illis fruimur per fidem, ſicut ſcriptū eſt: Pauperes euangelizantur. Item, Eſurientes impleuit bonis. Et ad Epheſ. inquit Paulus: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos omni benedictiōe ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo, vt adoptaret in filios, per Ieſum Chriſtum, per quem habemus redemptionem, per ſanguinem ipſius, remißionem peccatorum, iuxta diuitias gratiæ, de qua vbertim nobis impertiuit, in omni ſapientia & prudentia. Et 1. Corinth. 1. Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, per Chriſtū Ieſum, quod in omnib. ditati eſtis per ipſum, in omni ſermone & cognitione, ſicut teſtimonium Chriſti cō-*

firma-

firmatum eſt in vobis, Ita vt nihil vobis deſit in vllo dono, expectantibus reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ad hanc collationem pertinēt multa ſcripturæ dicta, Mat. 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, et vbi fures non effodiunt, vbi .n. theſaurus eſt ibi eſt & cor tuum, Pſal. 34. Diuites ad inopiam redigentur, quærentib. autem Dominū non deerit vllum bonum, Pſal. 144. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt, Beatus populus, cuius Dominus Deus eius, Ebræo. 11. per fidem Moſes iam grandis renuit vocari filius filiæ Pharaonis, potius eligens ſimul affligi cum populo Dei, quam temporarijs peccati commodis frui, maiores arbitratus diuitias probrum Chriſti, quam Ægyptiorum theſauros, reſpiciebat enim in remunerationem.

Explicata eſt etiam hæc collatio à filio Dei per duo exempla illuſtria. Vnum eſt diuitis epulonis, & pauperis Lazari, Luc. 15. è quibus diues mortuus deſcendit in infernum ad æterna tormenta, Mendicus vero mortuus defertur ab Angelis in ſinum Abrahæ ad æterna gaudia cœlorum, iuxta dictum: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Alterum exemplum eſt Lucæ 12. Diues ſtultus cõfidẽs opibus, dicit veſperi animæ ſuæ. Anima habes multa bona, repoſita in multos annos, requieſce, comede, bibe, gaude, verum ea nocte ſubito moritur, & caducas illas diuitias miſer relinquit. Huic exemplo addit Chriſtus Epiphonema collationis. Sic eſt qui theſaurizat ſibi, & non eſt erga Deũ diues. Quarto repetant pij pauperes quotidiana meditatiõe inſignes promiſſiones, ad pauperũ conſolationẽ expreſſe accõmodatas, Mat. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniã illorũ eſt regnũ cœlorum. Pſal. 10. Tibi derelictus eſt pauper. pupillo tu eris adiutor. Eſa. 35. Factus eſt fortitudo pauperi in tribulatione &c. Atq; hac meditatione ſingulariter etiã complectãtur promiſſiones ad huius vitæ ſuſtentationẽ pertinentes, quas oratio Dominica in petitione quotidiani panis cõprehendit, iuxta dictũ, Matt. 6. Nouit pater cœleſtis veſter, quòd opus habetis his omnibus. Quærite ergo primũ regnũ Dei & iuſticiã eius, & cætera adijcietur vobis. Promiſit Deus ſe velle neceſſaria adijcere quærentib. regnũ Dei, abunde nè an parce, ſplendide aut tenuiter velit adijcere, in ipſius paterna voluntate, quæ ſemper noſtrũ bonũ quærit, etiamſi nos neſcimus. poſitum eſt. Accipientes itaq; cum animi gratitudine quidquid nobis adijcit, ſimus contenti, & cũ Paulo Apoſtolo dicamus, 1. Ti-

moth

mot. 6. Eſt quæſtus magnus pietas cũ animo ſua
ſorte contẽto. Nihil .n. intulimus in mundũ, nec
quidquã efferre poſſumus, habentes autẽ alimẽ-
ta & veſtes, his contenti ſimus. Phil. 4. didici
in quibus ſum, his cõtentus eſſe, Noui & humi-
lis eſſe, & excellere, vbiq; et in omnib. inſtitutus
ſum & ſaturari & eſurire, & abundare, & pe-
nuriã pati, omnia poſſum per Chriſtum, qui me
corroborat. Sitq; nota omnibus ſancta admonitio
Tobiæ ſenioris, ad filiũ cap. 4. Noli timere fili
mi, Pauperem quidẽ vitam gerimus, ſed multa
bona habebimus, ſi timuerimus Deũ, & receſſe-
rimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Quin
to, Intueantur pauperes exemplum Chriſti filij
Dei, qui cum eſſet diues, propter nos pauper fa-
ctus eſt, adeo quidem, vt non haberet vbi recli-
naret caput. Eum itaq; Magiſtrum & autorẽ fi-
dei noſtræ ferendo paupertatis crucem cũ patiẽ-
tia ſequantur. Sexto etiam vtilitates paupertatis
conſiderent, quas Deus per huius crucis exerci-
tium in pijs operatur, quemadmodũ in loco de af-
flictionibus dictũ eſt. Atq; hæ conſolationes om-
nes referantur ad confirmationem fidei in pau-
pertatis cruce, ſicut Rom. 8. ſcriptũ eſt, Quis nos
ſeparabit à dilectione Dei? num afflictio? num
anguſtia? num fames? num nuditas? &c. In his
omnibus ſuperamus per eũ, qui dilexit nos. Cer-
tus ſum enim, quod neq; mors, neq; vita, neq; in-
ſtantia, neq; futura, neq; vlla creatura poterit

nos ſeparare à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

CAPVT XXXIIII.

QVOD PROPTER PAVPERTATEM NEMO DEbeat malas artes ſectari.

ORat Salomon, ne mendicitate prematur, vt non egeſtate compulſus ad furta aut ad periuria animum adijciat, ſignificat itaq; tales tentationes inſidiari pauperibus, quibus ipſi in fide & timore Dei reſiſtere debent, tenentes in corde conſolationes, quas recitaui, & habentes ſemper in conſpectu præcepta ſeu legem Domini, quæ periuria, furta & omnes malas artes prohibent. Et quidem hoc certo perſuaſum omnibus hominibus eſſe debet, Satius eſſe paupertatem ferre extremam, & fame mori, ſi Deus ita voluerit, quam peccatis, & malis artibus conſcientiam lædere. Fames enim corporis mortem naturalem afferre tantum poteſt, Peccatum vero lædens conſcientiam ad Deum, occidit animam, & corpus morte æterna, niſi ſequatur vera conuerſio. Etſi itaq; laudari ſolet eam ob cauſam paupertas, quod multas artes inueniat & doceat, ſicut à Theocrito dicitur:

Vnica paupertas, Diophantes, ſuſcitat artes.
Ipſa laborandi doctrix ſtudijq; magiſtra.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et à Xenophonte, Paupertas eſt ſapientia, quæ citra doctorem contingit, etenim quod hic perſuadet oratione, ad hoc illa re ipſa compellit: tamen excipiendæ ſunt omnes artes malæ, & inhoneſtæ, ſeu omnia maleficia. Nullum enim maleficium excuſat paupertas apud Deū. Imo vero neq; apud homines, etſi pœnæ grauitatem aliquando mitigat, tamen maleficia non excuſat.

CAPVT XXXV.

DE DVPLICI FACVLTATVM DESERTIONE & de Monachali Paupertate.

PApiſtici inter opera, quæ ipſi propria ſuperſtitione eligunt, collocant monachalem, quam ſpontaneam vocant, paupertatem, eamq; fingunt eſſe perfectionem: propterea quod Chriſtus, Mat. 19. ad adoleſcentem diuitem dicit. Si vis perfectus eſſe, vēde omnia quæ habes, & da pauperib. & ſequere me. Nō eſt illud præceptū de vēditiōe omniū rerū ſeu poſſeſsionū generale, ſicut ſunt præcepta Decalogi, alioqui nemo Chriſtianus cū bona cōſcientia propriū retinere poſſet, & tolleretur diſtinctio dominiorū & proprietas poſſeſsionū, quæ ſeptimo præcepto Decalogi, Nō furtū facies, eſt cōfirmata, & quaſi circūuallata. Neq; vocabulū perfectiōis in illo dicto eā habet ſignificationē, quæ affingitur à Monachis,

rum, quod paupertas Monachalis ſit perfecta ſanctitas, aut iuſticia corā Deo, quæ interpretatio blaſphema eſt in filiū Dei, qui ſolus ſua redētione nos perfectos fecit, ea perfectione, quæ in iuſticia fidei conſiſtit. Sed Chriſtus perfectionis vocabulū opponit hypocriſi, hoc ipſo dicto vult oſtendere eum Adoleſcentē diuitem eſſe hypocritam, ac ſi quis ad monachum hypocritā diceret, gloriantē de perfectiōe ſua, Si vis perfectus eſſe, etiam clauſtri tui culinam deſere. Recte .n. Bernardus Monachorum hypocriſin, quæ eſt in ipſorum electitia paupertate taxat, inquiens: volunt eſſe humiles ſine deſpectu, & pauperes ſine defectu, & diuites ſine labore. Sciendū itaq; eſt, illam Monachalem paupertatem & ſuperſtitioſam facultatum deſertionem, quam Papiſtici tantopere prædicant, non eſſe â Deo præceptam, ſed hypocriticam eſſe. Imo vero eſſe ſacrilegij ſpeciem, plurimi enim Monachi ideo paupertatem vouent, vt ex paupere culina parentum tranſire poßint ad diuitē culinā alicuius monaſterij, in quo abliguriāt bona Eccleſiæ, quæ debebant eſſe theſauri miniſtrorū Eccleſiæ, atq; Scholarum, & vere pauperum, non autē otioſorū & ignauorum furum. Sed alia eſt facultatū deſertio, quæ à Deo omnibus hominibus mandata eſt, videlicet ea, quæ fit in confeßiōe aut vocatione, vt cum tyranni cogunt, aut Euangeliū abijcere aut cedere è poſſeßione, aut cum voca-

tus

tus ad Eccleſiã regendam dubitat, vtrum ſubeunda ſint pericula & odia, an potius ſeruiẽdum ſit rei familiari. In talib. caſibus deſertio laudatur, & eſt opus bonum, ac præceptum. Namq; Euangelij confeßionẽ, & vocationem ad docendum debemus anteferre omnibus rebus humanis, vitæ & fortunis. Atq; hæc deſertio eſt fructus veræ fidei, & habet inſignem promißionẽ Matt. 19. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel Sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorem aut filios, aut agros, propter nomẽ meum, centuplum recipiet, & vitam æternã poßidebit. Deq; hac deſertione, inquit Paulus Heb. 10. Direptionem facultatũ veſtrarũ cũ gaudio accepiſtis, ſcientes vos habere in vobis potiorem ſubſtantiam in cœlis & manentem.

CAPVT XXXVI.

DE IVSTIS DIVITIIS.

Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, inquit Syracides cap. 13. Non itaq; diuitiæ vituperantur, ſed earum iniuſta acquiſitio, iniqua poſſeßio, & malus vſus culpatur. Iuſtæ diuitiæ ſunt Dei beneficium & donũ, ſicut Salomon Prou. 10. dicit: Benedictio Domini diuites facit. Sancti Patriarchæ, Abrahamus, Iſaacus, Iacobus, fuerunt opulenti, neq; illis ad pietatem diuitiæ obfuerũt quicquam, ſed fue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

fuerunt exercēdæ piæ erga egenos beneficentiæ materia, Quoditaq; Chriſtus ait, Mat. 19. Facilius eſſe, vt Camelus per foramen acus tranſeat, quã vt diues in regnum cœlorum intret, non ita accipiendũ eſt, quod nemo qui diues ſit, ſalutis æternæ hæres fieri poſſit, verum de eorum diuitum exemplis intelligi debet, qui ſicut adoleſcēs ille, cum quo ibi loquebatur Chriſtus, corda diuitijs affixa habent, quorum quidem inter diuites maximus ſemper eſt numerus. Addit autem Chriſtus conſolationem, quod Deus cui omnia ſunt poſſibilia, etiam ex illis diuitibus multos conuertat, vt abiecto Mammonæ idolo, fide vera ſaluentur, cuius conuerſionis exemplum in Zachæo propoſitum eſt, de quo dicit Chriſtus Lucæ 19. Hodie huic domui ſalus contigit. Venit enim filius hominis quærere & ſaluare quod perierat. Hæc admonitio vtilis eſt propter illos, qui nullo cum diſcrimine diuites omnes damnant, eo quod omnem diuitiarum poſſeſſionem exitioſam eſſe exiſtimant, Recte autem ab Auguſtino dictum eſt: Paupertas per ſeipſam non honoratur, Diuitiæ per ſeipſas non damnantur. Sed in Lazaro pietas, in diuite impietas ſuos exitus habuit. Recitatur etiam Philoſophi dictum: Sicut vaſa vini ſaporem mutant, Ita animus & mores poſſidentis mutent diuitiarum rationem, tales enim ipſæ ſunt,

qualis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

qualis eſt animus eius, qui poſsidet. Si animus bonus eſt, ipſæ quoq; ſunt bonæ, ſi vero malus eſt animus poſsidentis, diuitiæ quoq; ſunt malæ. Felix eſt qui ſimul opes & mentem bonam habet, hic enim opibus recte vtitur, alijs ſiunt cauſa inhoneſtorum facinorum. Hæc ſententia etſi eſt Philoſophi Ethnici, tamen à Chriſtiano homine accommodari poteſt ad dictum Apoſtoli, Tito 1. Omnia munda mundis, pollutis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed impolluta eſt illorum mens & conſcientia.

CAPVT XXXVII.

ERVDITIO DIVITVM.

APoſtolus Paulus ad Timotheum diſcipulum ſcribit, 1. Timot. 6. His qui diuites ſunt in præſenti, ſeculo præcipe, ne elato ſint animo, neq; ſpem ponant in diuitijs incertis, ſed in Deo viuente, qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum, vt benefaciant, vt diuites ſint operibus bonis, vt faciles ſint ad impertiendum, libenter communicantes, recondentes ſibiÿpſis fundamentum bonum in poſterum, vt apprehendant vitam æternam. Hoc præceptum Apoſtolicum omnibus præſcriptum eſt, quibus animarum cura in Eccleſia

eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſt cõmiſſa, vt illud ſedulo diuitibus proponāt, & inculcent. Reſoluam autem præcepti ſententiam in paucas partes doctrinæ neceſſariæ.

Prima eſt, qua Apoſtolus præceptum claudit, Vt diuites ante omnia ſint ſolliciti de fundamento vitæ æternæ, qui eſt Ieſus Chriſtus, fide vera cordis apprehenſus, in ipſo enim ſunt veræ diuitiæ Chriſtianorū reconditæ, ita vt Chriſtum habens etiā in ſumma paupertate ſit ditiſsimus, Et Chriſto carens in maximis diuitijs ſit pauperrimus, miſerrimusq́. Sciant itaq; diuites, nõ pauperibus tantum, ſed ipſis quoq; dictū eſſe, quod primum ſit quærendum regnum Dei & iuſticiæ eius. Eſt .n. regni cœleſtis theſaurus multo præſtantior, auguſtiorq́; omnibus gazis huius mundi. Ideo ſæpiſsime repetant diuites conſiderationem parabolarum concionis Chriſti, Matth. 13. Simile eſt regnum cœlorū theſauro abſconſo in agro, quem repertū homo abſcondidit, & præ gaudio quod habet ſuper ea, abit, & vendit omnia quæ habet, & emit agrū illū. Rurſum ſimile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti pulchras Margaritas, qui cū inueniſſet vnā precioſam Margaritā, abiēs, vendidit omnia quæ poſsidebat, & mercatus eſt eam. Harum itaq; ſimilitudinum quotidianam meditationem repetant omnes diuites, vt corda ad cœleſtis theſauri inquiſitionem & amorem erecta,

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

non opibus terrenis affixa habeant. Quanta enim miſeria ſit ſine Chriſto diuitem eſſe, illud Hiſtoriæ impiorum diuitum Lucæ 12 & 16. dilucide oſtendunt. Nunquam enim è memoria deponenda eſt ſententia Chriſti, qua hiſtoriam duodecimi capitis concludit: Sic eſt, qui recondit ſibi, & non eſt erga Deum diues.

Secunda pars Doctrinæ pro diuitibus eſt, Diuitias eſſe donum Dei, qui non caſu, ſed certo conſilio dat alijs maiores, alijs minores facultates, ſicut Salomon dicit: Benedictio Domini diuites facit. Item Deus facit diuitem & pauperem. Agnoſcat itaq; diues Dei beneficentiam, agat gratias Deo pro ſua largitate, Caueat ne diuitiæ ſint rapinæ, furta, ſpolia, contra Dei præcepta acquiſita, Nemo impietate & maleficijs opes quærat, ſed cum inuocatione Dei, ordinatis & honeſtis laboribus & officijs, ſicut oratione Dominica admonemur, quoties hanc petitionē dicimus: panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. De ordinatis laboribus dicitur Pſalmo 128. Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Prouerb. 12. Manus ſedula diuitias parat. Pſal. 37. eleganter coniunguntur fidei inuocatio & labor vocationis, iuxta dictum: Ora & labora. Sic enim ibi dicit Dauid: Spera in Deo et fac bonitatē, & inhabita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

terram, & quære victum honeſte, delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Non tantum ſacra ſcriptura admonet maleficijs & fraudibus opes non eſſe quærendas, ſicut antea dixi, ſed illud etiam admonuerunt in doctrina morali ſapientes Philoſophi.

Euripides inquit apud Stobæum: Iniuſte pecunias ne comparato, ſi vis longo tempore in ædibus tuis manere, nam quæ male parta domi accumulantur, nihil ſalutis habent. Iſocrates pecuniarum collectiones præter ius quæſitas exiſtimato non diuitias, ſed pericula allaturas eſſe, Heſiodus: Mala lucra æqualia damnis.

Tertia doctrinæ pars eſt, ne Diuites ſpem ponant in incertis diuitijs, ſed in Deo viuente, h. e. ne ex operibus faciant Idolum, grauiſſime enim à Chriſto dictum eſt, Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ, & à Paulo, Auarus, qui eſt idolatra, Regnum Dei non poßidebit, Cum itaq; dat Dominus diuitias, non affigantur illis corda, ſicut Dauid monet, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Sed habens diuitias vtatur illis tanquam non poßideat, præterit enim habitus mundi huius 1. Corinth. 7.

Quarta Doctrinæ pars eſt de recto vſu diuitiarum ad neceßitatem, ad honeſtatem, & ad beneficentiam.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXXVIII.

DE PRIMO DIVITIARVM VSV.

DIuitiarum primus vſus in neceſſarijs ſumptibus conſiſtit, quorum alij ſunt Oeconomici, ſeu priuati ſumptus, quos priuata cuiuſq; vita & Oeconomia requirit. Alij ſunt publici, qui in communitatibus fiunt ad conſeruationem miniſterij Eccleſiaſtici, aut politicæ gubernationis, & pacis & belli tempore. Hos ſumptus neceſſitas exigit, quæ ſi facultas adeſt, excuſationem non admittit. Ad neceſſitatem accedit etiam præceptum, ſicut ſcriptum eſt, Vos patres educate liberos veſtros. Ergo parentes debent liberis alimenta. Itē Galat. 5. Si quis ſuorum & maximè domeſticorū curam non habet, fidē abnegauit & infideli deterior eſt. Gal. 6. Qui Catechizatur, communicet ei qui ſe Catechizat de omnibus bonis. Rom. 13. Reddite omnibus quæ debetis, cui vectigal vectigal, cui tributum tributum. Item, Date Cæſari quæ ſunt Cæſaris. Iniuſtus itaq; eſt, quiſquis aut proprio corpori, aut liberis, familiæq; alimenta neceſſaria, aut Eccleſiæ Reipublicæq; ea, quæ debet, negat, & ſubtrahit, cum habeat vnde illa dare poſſit. Tenacitas illa ſæpe facit homines contra naturam crudeles. Multi enim Euclio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nes, vt nummis ſuis parcant, liberos exponunt, negligunt, & non illis tantum, ſed ſibimetipſis quoq; ſunt cauſa exitij & mortis. Talis itaq; tenacitas reprehenditur in ſcriptura. Inquit enim Salomon in Eccleſiaſte Cap. 6. eſt & aliud malum ſub ſole, idq; principatum apud homines obtinuit, Vir cui dedit Deus diuitias, & opes, & honorem, et nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem vt comedat ex eo, ſed extraneus quiſquam deuorabit illud. Et Syracides Cap. 14. Viro cupido & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini liuido quid prodeſt aurum? qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius & hæc redditio eſt malitiæ ipſius. Reprehenditur etiam tenacitas à Philoſophis, & omnibus ſapientibus, ac bonis. Itaq; communi adagio homo tenax canis appellatur, nec tamen illud nomen ſatis conuenit, quia canis etſi alijs inuidet, nec tamen ſibi, nec catulis ſuis inuidet. Plautus in tenacitatis reprehenſionem ſcripſit comœdiam Euclionem, Et apud Terentium ſeruus heri ſui ſenis nimiam parcitatem arguit. Tu quoq; perparce nimium, non laudo. Lucilius de Aulo quodam ſcribit, Quod cum calculaſſet impenſas, quas educatio filij poſtulatura eſſet, filium in mare abiecit. Et de Hermocrate, qui morbo decumbens, cum rationes apud animum

ſubdux-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſubduxiſſet, quantum ſi conualeſcere cuperet Myropolæ & Medico dandum eſſet, conſtituit, ſatius eſſe mori, quã tantum pecuniæ perdere.

CAPVT XXXIX.

DE SECVNDO DIVITIARVM VSV.

DAuid Pſal. 104. Et Paulus Act. 14. in alimentorum vſu, coniungunt cum neceßitate lætitiam. Sic in diuitiarum vſu rectè etiam cum neceßitate honeſtatẽ coniungimus, quæ proprie opponitur ſordibus, & honeſtam lætitiam, delectationem, munditiam atq; ornatum conplectitur. Diogenes Cynicus reprehendebat quicquid manifeſtam neceßita tis rationem excederet, Si quis lautiore cibo veſceretur, ſi quis pulcram tunicam aut annulum aliudq; honeſtum ornamentum geſtaret, ſi quis mutatorias veſtes haberet, Et cum aliquando cerneret puerum manu aquam haurire & bibere, ipſe vaſculum quod diu portauerat abijciebat, ſe metipſum accuſans, quod propter neceßitatem illud tam diu portaſſet, Tale delitium ſi non rectè refutetur, poteſt cogitationes animi ſcrupuloſe perturbare, Sapienter dictum eſt à veteribus, Ne quid nimis, quod enim

 ſatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſatis eſt, inquit Plautus, id ſatis eſt, Nimia omnia ſunt inimica naturæ, & contraria decoro, Si itaq; nimium eſt, quicquid plane neceſſarium non eſt, difficilima periculoſiſſimaq; conſtituetur vitæ ratio, Nam illud quod plane neceſſariũ eſt, ita vt nihil ad neceſsitatem deſit, nihil ſupra neceſsitatem abundet, definiri à nemine poſſe exiſtimo, & Diogenem ipſum ea in re ſæpe erraſſe arbitror, cum lactucis aut olus cum pane ederet, cur non lactucas aut olus ſolum ſine pane, aut panem ſine lactucis & oleribus edit? fortaſsis natura ipſius alterutro contenta fuiſſet, Cum in dolio ſederet, cur non extra dolium in luto ſedit fortaſsis etiam ita viuere potuiſſet? quomodo itaq; homo etiam frugaliſsimus eam neceſsitatis menſuram inueniet, in qua nihil reprehendi poſsit. Si veſtes tantum ad neceſsitatem, quam natura poſtulat, debent eſſe attemperatæ, Ergo neq; Cæſar, neq; Rex alia veſte vti debet quam mendicus, vterq; enim ſuo ſe tegit pallio, & quantum Cæſaris pallium precioſius eſt mendici pallio, tanto maiore ſe peccato onerat Cæſar, cum pallium illud geſtat. Ergo ne omnes homines in quacunq; ſint conſtituti conditione, vt illud quod nimium eſt in veſtimentis vitent, viliſsima veſtiendi ratione vti debent? Et ſi lex conſtituta ſit, vt viliſsima vtantur, quis nam eam

quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quæ viliſsima ſit, demonſtrare poterit? Nihil enim talibus in rebus tam vile eſt, quo non poſsit eſſe aliquid vilius. Repeto itaq; ea, quæ ante dixi, quod ſicut eſcas Deus ad cibum & læticiam ſeu delectationem moderatam donat, ita etiam alia vitæ neceſſaria ad neceſsitatem & honeſtatem largiatur. Eſt autem honeſtas, cum diuitiarum vſus non ad luxum, & ſuperfluitatem abundantem, ſed ad decentem vſum, pro cuiuſq; perſonæ conditione accommodantur, in quo decenti vſu, ſi modus excedatur, tunc illud nimium eſſe dicitur. Etſi itaq; non eſt naturæ neceſsitas, vt Cæſar aut Rex pulcriore ſeu meliore veſte vtatur, quam Ruſticus, tamen honeſtas eſt, pertinens ad decorum ordinis à Deo inſtituti in genere humano, quæ quidem honeſtas, cum moderationem obſeruat decentem, nunquam in ſacris literis eſt reprehenſa: Cum autem modum excedit, non tantum in ſacris literis, ſed etiam ab omnibus ſapientibus Ethnicis vituperatur. Nã tunc nõ amplius honeſtas, ſed luxus dicitur. Cum autẽ hominũ luxuria faſtuſq; ſæpiſsime limites neceſsitatis honeſtatiſq; tranſgrediãtur, Ideo prudentes gubernatores ſolent præſcribere leges de moderatione ſumtuũ: quæ leges ſumptuariæ vitæ appellãtur. In Hiſtoria Romana multa præclara exempla legum ſumptuariarum inueniuntur, quæ vtinã

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Chriſtiani maiore ſtudio & grauitate imitarentur. Ex Athenæo apparet ab antiquis prohibitū fuiſſe, ne ad nuptialia conuiuia plures quā triginta conuiuæ admitterentur, & vt in ferculis, ac potu modus adhiberetur legibus præſcriptus. Erantq; conſtituti Gynæconomi, h.e. publici miniſtri, qui eſſent inſpectores ſumptuum, & conuiuas numerarent, eoſq; qui ſupereſſent abire iuberent. Eſt autem legum ſumptuariarum maxima vtilitas priuata & publica, ſunt enim cuſtodes tum priuatarum diuitiarum, tum publicorum ærariorum, quorum Theſauri ex priuatis facultatibus colliguntur, & ſimul cum illis pereunt & euaneſcunt. Mileſij male audiuerunt: quod apud ipſos liceret cuiq; vt vellet indulgere delitijs & ſumptibus, ſicut nunc pleræq; Reſpub. ſunt Mileſiæ. Sciamus autem falſiſsimam eſſe illorum perſuaſionem, qui exiſtimant, licere cuiq; ſuis rebus vti, ſicut velit, ad delitias gulæ, veſtium, ornamentorū, conuiuiorum, commeſſationum. Haud quaquam illud licet, nam ſicut familiæ intereſt, ne vel patres, vel matres, vel filijfamilias rem familiarem diſperdant, Ita etiam Reipub. intereſt, ne quis facultates ſuas inutilibus ſumptibus dilapidet. Atq; ex hoc fundamento leges ſumptuariæ depromūtur, quod Reip. interſit, vt quiſquis ſuis rebus recte & frugaliter vtatur. Accedit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tedit autem etiam alia vtilitas præſtantior earum legum, quia multa tetra peccata impediunt, quibus Dei ira prouocatur, ad pœnas particulares & vniuerſales, quibus ſæpe totæ familiæ, ſæpe magnæ ciuitates, ſæpe Regiones, Regna, & Imperia perduntur, & euertuntur, Eſt enim Deus, hoſtis luxus & faſtus, Ideoq́ hæc peccata ſemper apud omnes gentes puniuit & punit, quemadmodum prophetæ grauiter comminantur, & exemplorum obſeruatio in hiſtorijs oſtendit.

CAPVT XXXX.

DE FRVGALITATE ET PARSIMONIA.

NOn ſolum quærendæ pecuniæ ratio eſſe debet, ſed etiam collocandæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet. Eam rationem docet obſeruatq́ Frugalitas, & parſimonia, quæ eſt virtus in ſumptibus neceſſarijs ac honeſtis ſeruans modum, ſeu medium inter nimium & parum, h. e. inter prodigalitatem & auaram tenacitatem, eaq́ quæ à neceſſarijs & honeſtis ſumptibus ſuperſunt colligens atq́ cuſtodiens. Recte autem dicitur parſimoniam diuitiarum Matrem eſſe, quia rem familiarem conſeruat & auget, iuxta verſum: Adde parum paruo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

magnus cumulatur aceruus. De hac inquit Cicero. Non intelligunt homines, quam magnum vectigal ſit parſimonia. Et Menander. Niſi cuſtodieris parua, perdes magna.

Viaticum ad ſenectutem ſemper reconde. Sciamus non tantum à Philoſophis hanc virtutem prædicari, ſed etiam præceptam eſſe à Deo Chriſtianis, lege Decalogi, Non furtum facies, & mandato Chriſti. Iohan. 6. Colligite fragmenta, ne quid pereat, commendaturq; eius vtilitas à Salomone prouerb. 27. Qui ſeruat ficum, comedit fructus eius. Sic qui ſubſtantiam ſeruat, frui fructibus eius, cum neceſſe eſt, poteſt, qui diſsipat ſubſtantiam, quemadmodum filius prodigus, ille fructum etiam amittit, ſicut qui arborem radicitus euellit, Parſimonia itaq; placet Deo, quia eſt ſpecies gratitudinis erga Deum, & Iuſticiæ erga ſemetipſum, & eos quibus de ſubſtantia noſtra alimenta, & beneficia debemus, eſtq; reuerentia erga dona Dei. Sicut enim patri placet, cum filius donis paternis cum gratitudine & reuerentia vtitur, diſplicet vero ſi filius illa cum contemtu abijciat, & pedibus conculcet. Neq; quiſquam eſt, qui non talem ingratitudinem cum iniuria irreuerentiæ coniunctam pœna dignam eſſe iudicet. At vero eodem modo exiſtimemus, placere Deo, & pro gratitudinis parte cenſeri, cum ipſius donis re-

uerenter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uerenter vtimur ad frugales vſus, ab ipſo ordinatos, & quæ ſuperſunt reuerenter ſeruamus, non placere illam ingratam irreuerentiam, cum dona ipſius ad vtilitatem propriam, & aliorum data abijciuntur, profunduntur, & flagitioſa luxuria quaſi pedibus conculcantur, ad donatoris ignominiam. Præterea ſicut profuſio facultatum eſt furtum, quemadmodum poſtea dicemus, ita parſimonia Iuſtitiæ & beneficentiæ conſeruatrix eſt. Seruat enim facultates à Deo datas, vt ſuum cuiq; dari poßit, vt Magiſtratui poßint dari tributa, & vectigalia, liberis & familiæ dari poßint neceſſaria, debita poßint exolui, Eccleſijs & pauperibus indigentibuſq; poßit ſubueniri. Ideo communi prouerbio dici ſolet, quod ex Seruatio fiat Bonifacius. Adfert frugalitas parſimoniaq; illud quoq; commodum, quod non ſolum, vt dixi, rem familiarem auget, ſed etiam cum maiore quiete vitæq; dulcedine ac ſanitate eſt coniuncta, quam prodigalitas, quæ multas ſecum curas, occupationes non neceſſarias, & inquietas, dolores animi ac conſcientiæ, & corporis infirmitates, atq; tandem paupertatem indiuiduam comitem ſeu aſſeclã trahit.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

DE TERTIO VSV DIVITIARVM.

TErtius vſus diuitiarum in liberalitate conſiſtit, cuius ſpecies ſunt, magnificentia & beneficentia. Præclare autem definit liberalitatem Ariſtoteles, quod ſit Virtus animi, honeſtorum ſumptuum miniſtra. Idem inquit: liberalitatis eſt erogare pecuniam in laudabilia, & largiri ad honeſtos ſumptus, & præſto eſſe ad auxilium in aduerſa fortuna, & non accipere, vnde non oportet, Eſt autem & liberalis circa indumenta nitidus, & circa habitationem inſtructus.

Cicero de hoc diuitiarum vſu inquit in Officijs, Res familiaris bene parta, non libidini luxuriæq;, ſed liberalitati, & beneficentiæ parere debet, poſſeq; liberalitate vti, non ſpoliantē ſe patrimonio, nimirum eſt pecuniæ fructus maximus. Prima liberalitatis ſpecies Magnificentia eſt, quæ ſupra communem mediocritatem ſplendori aliquid tribuit, Itaq; hæc virtus non eſt hominum mediocrium, ſed Regum, principum, Magiſtratuum eorumq;, qui ſtatuum, officiorumq; ſplendore, ac ſimul opulentia exellunt. Tales decet eſſe magnificos, ita tamen, vt ſplendor ſuperbia careat, & conditioni ſeu

gradui

gradui cuiuſq; congruat. Non improbat Deus quod Dauid, Salomon, Ezechias, magnificè regias aulas exornant, quod ſe regio ornatu veſtiunt, quod hoſpites ſplendide excipiunt, quod magnifica dona largiuntur, ſed cum Nabuchodonoſor, Baltaſar, Herodes, & alij ob ſuorum ædificiorum, epularum, veſtium ſplendorē ſuperbiunt, id vero non ſolum improbat Deus, ſed etiam punit, ſicut exempla illorum demonſtrant. Quod autem de Regibus dico, idem etiam de illis, qui in inferioribus ordinum gradibus poſiti ſunt intelligi debet, ſi ordinis cuiuſq; decorum obſeruetur, cuius transgreſſio ſemper eſt vitioſa. Nunquam enim honeſtum laudabileq; illud eſſe poteſt, quod decorum non eſt, Itaq; reprehenſione digna eſt noſtri temporis deformis & enormis ἀταξία, quod ſine obſeruatione & diſtinctione ordinum, ac graduum, quiſq; quantum poteſt, imo magis quam facultates ferunt, ſuperbo faſtuoſoq; ſplendori ſtudet. Non Agricolæ ciuibus, non ciues Equeſtribus, non Equeſtres Principibus, Regibus, Cæſaribus cedunt ſplendore ædificiorum, veſtium, ornamentorum, conuiuiorum, et ſi quid eſt eiuſmodi. Equidem ille deformis & indecens ſplendor haud quaquam magnificentiæ honeſta appellatione eſt digna, ſed luxuria eſt, quæ eſt index enormis ſuperbiæ, atq; eſt

cauſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XLII.

DE BENEFICENTIA SECVNDA SPECIE Liberalitatis.

BEneficentia à benefaciendo, ſeu à beneficijs nomen habet. Eſt enim virtus quæ operarum & facultatum communicatione alijs benefacit, indigentibuſq; ſubuenit. In ſcriptura ſæpe vocatur hæc virtus Miſericordia, eiuſq; officia miſericordiæ opera appellantur. Et eſt vſitata phraſis, facere miſericordiam, quæ ſignificat beneficentiam erga egenos exercere, propterea quod affectus miſericordiæ fons eſt veræ beneficentiæ, nam quæ ſine eo cordis affectu fit communicatio, non virtus, ſed hypocritica, & coacta quædam virtutis ſimulatio eſt, quam Chriſtus reprehendit Matth. 6. & Paulus 1. Corinth. 9: Vnuſquiſq;, inquit, ex propoſito cordis conferat, non gratuatim aut coacte, hilarem enim datorem diligit Deus. Omiſſa autem nunc officiorum commemoratione, dicam de ea beneficentiæ parte ſeu ſpecie, quæ facultates indigentibus communicat. Et quia hanc doctrinam propono in Eccleſia, Ideo primum cauſas rationeſq; indicabo, quæ hominem Chriſtianum monere & exhortari debent, vt libenter ſit erga egenos beneficus, & ſicut in Eccleſia lo-

quimur

quimur, Eleemoſynas libenter largiatur. Prima ratio eſt, mandatum Domini, cui omnes obedientiam debemus. Sic Syracides inquit Cap. 29. propter mandatum aſſume pauperem. Dicit autẽ lex. Dilige proximum tuum ſicut teipſum. Affici ergo proximi neceßitate, & inopia, illiq; ſubuenire debemus, ſicut ſubueniri nobis in tali neceßitate cuperemus. Hæc ſententia legis ſæpißime inculcatur expreßis verbis. Eſaiæ 58. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq; induc in domum tuam, cum videris nudũ, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tobiæ 4. De ſubſtantia tua fac Eleemoſynam, & noli auertere faciem ab vllo paupere. Hebræorũ 13. Beneficentiæ & communicationis nolite obliuiſci, talibus enim ſacrificijs delectatur Deus. Quod autem proximi noſtri non tantum ſint conſanguinei, affines, amici, vicini, noti, ſed omnes noſtra ope indigentes, etiam ignoti, id Chriſtus tum parabola de ſaucio & Samaritano, tum vniuerſali præcepto, omni petenti dandum eſſe, dilucide explicat. Quamuis verum eſt conſortes & domeſticos fidei alijs gradu propiores eſſe, quam ob cauſam etiã Paulus hos alijs anteponit Galat. 6. Itaq; dum tempus habemus, operemur bonum

erga

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

erga omnes, maxime autem erga domeſticos fidei. Et Rom. 12. Neceßitatibus ſanctorum communicantes. Vt autem nunquam huius mandati memoria excidat, neq; illud per Chriſtum obliteratum, ſeu deletū eſſe exiſtimemus, vt obedire illi non ſit neceſſe: Ideo commonefactionē dominicæ orationis Chriſtus inſeruit, Ita enim orare docuit: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Admonet itaq; ipſa petitionis forma panem, h.e. bona, quæ tibi dat Dominus, non dari ideo, vt tu tantum illis, ſicut Canis inuidus, fruaris, ſed vt ea etiam proximis pro quibus illa ſimul à Domino oratione tua impetraſti, communices, ſicut Eſaias dicit: frange eſurienti panem tuum. Et Salomon Prouerb. 5. fontes tui deriuentur foras, & riui tui effluant in plateas.

Secunda Ratio eſt dignitas virtutis, Eſt enim beneficium ſeu Eleemoſyna proximo data ſacrificium, ſicut Syracides Cap. 35. ait. Qui facit miſericordiam offert ſacrificium. Et Paulus Hæb. 13. Beneficentiæ, & communicationis nolite obliuiſci, talibus enim ſacrificijs delectatur Deus. Filius Dei dignitatem beneficentiæ erga egenos, ſeu Eleemoſynarum largitionis, ita commendat Matth. 25. vt addi amplius nihil poßit. Expreſſe enim dicit, ſe ad illos, qui hac virtute fidem ſuam declarauerunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in nouiſſimo Iudicio dicturum eſſe: Eſuriui & dediſtis mihi cibum, ſitiui & dediſtis mihi potum, nudus fui, & operuiſtis me, hoſpes fui, & collegiſtis me, infirmus fui, & viſitaſtis me, in carcere fui, & veniſtis ad me. Amen dico vobis quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis, quid amplius preclarius, magnificentius, auguſtius dici poteſt? Itaq; ſi quem hæc non mouet commendatio, qua perſuaderi ille ratione queat non video. Quod ſi filius Dei nobiſcum nunc conuerſaretur modo illo viſibili, ſicut cum Apoſtolis conuerſatus fuit, quis non exiſtimaret ſe felicem, ſi illum hoſpitio, conuiuioq; excipere, aut veſte, munere viatico donare poſſet, vt fecerunt Zachaus Lazarus, Maria, Marta, & multi alij ſancti? At vero ſi ſimilia beneficia præſtare filio Dei deſideras, praſta illa membris ipſius egenis, pauperibus, calamitoſis, miſeris, quos vides errare in plateis, cernis iacentes ante ianuam tuam, audis à te ſtipem in nomine Chriſti, & propter Deum petentes, illis largire, benefac, ſuccurre, & audies in nouiſſimo die à filio Dei, ſibi datum præſtitumq; eſſe, quicquid illis dediſti aut præſtitiſti. At vero vt te excuſes, dicere ſoles, neſcio an Mendicus iſte Eleemoſyna dignus ſit, ſi neſcis vel dubitas, non iudica, de occultis enim non iudicat Eccleſia, ſed Dominus.

R

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nus. Cogita te in nomine Chriſti, imo vero Chriſto Eleemoſynam tuam dare, quod ſi decipit is, qui in nomine Chriſti Eleemoſynam petit, non te fallit ille, in cuius nomine Eleemoſynam largiris, & qui vt largiaris, præcepit, propoſito exemplo patris cœleſtis, in quod intueri filios conuenit, qui Solem ſuum oriri ſinit ſuper bonos & malos, & ſuper iuſtos & iniuſtos, Itaq; recte dicit Auguſtinus, Eleemoſyna etiam ingrato data non perditur. Ariſtoteles dixit; qui homini nequam dat, non dat homini, ſed humanitati. Quanto magis itaq; nos Chriſtiani ſic cogitare debemus. Iterum dicis, ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 12. Si benefeceris, ſcito cui benefacias, quid ſi itaq; certo ſciam mendicum eſſe ignauum, & impium ſtellionem? Si illud noſti, habes præceptum Salomonis, quod ſequaris, Prouerb. 5. Ne des facultates tuas crudelibus, hoc eſt impoſtoribus, ſtellionibus, & Harpyijs, & hirudinibus, qui tuis facultatibus abutuntur, & velut ſtryges tibi medullas ac ſanguinem furtim exugunt,

Tertia Ratio eſt promiſsio addita præcepto, Lucæ 6. Date & dabitur vobis, menſuram bonam & confertam & concuſſam, & exundantem, dabunt in ſinum veſtrum. Matth. 10. Quicunq; ad bibendum dederit vni ex puſillis his poculum aquæ frigidæ tantum in nomine

diſcipuli

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Diſcipuli, Amen dico vobis, non perditurus eſt mercedem ſuam. Prouerb. 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei. Eccleſiaſt. 12. Benefac iuſto & inuenies retributionem magnam, ſi non ab ipſo, certe à Domino Et Cap. 7. Eleemoſyna patris non erit in obliuione. Extenditur itaq; promiſſio etiam ad hæredem. In huius rationis meditatione mouent aliqui quæſtionem, An propter Eleemoſynarum largitionem condonentur peccata, & detur vita æterna, cum Daniel dicat ad Regem cap. 4. peccata tua Eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum. Reſpondeo, Analogia fidei, quæ eſt norma prophetiæ, hoc eſt, interpretationis ſcripturarum, papiſticam expoſitionem non admittit, quod propter Eleemoſynas detur remiſſio peccatorum & vita æterna. Eſt enim immota veritas Apoſtolici argumenti Galat: 2. Si per legem eſt iuſticia, Chriſtus fruſtra mortuus eſt. Itaq; dictum Danielis & ſimilia de condonatione ſeu mitigatione pœnarum corporalium, vel temporalium, intelligi debet. Hanc expoſitionem monſtrat etiam contextus orationis in Daniele, & confirmatur à Dauide Pſal. 41. cuius pſalmi teſtimonium ſemper in hac diſputatione allegari debet. Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die malo

 liberabit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

liberabit eum Dominus, Dominus conſeruabit eum, & viuificabit eum, & beatum faciet eum in terra, & non tradet eum in voluntatem inimicorum ipſius. Dominus opem feret illi ſuper lecto doloris eius.

Quarta Ratio ſumitur à contrario, hoc eſt, à turpitudine immiſericordiæ eiuſq; pœnis. Turpis eſt ingratitudo, & inobedientia erga Deum, immiſericordia erga miſeros, ſicut 1. Iohan 3. ſcriptum eſt. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum egentẽ, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? Et hoc præceptum habemus ab eo, vt qui diligit Deum, diligat, & fratrem ſuum. 1. Iohan. 4. De pœnis dicitur prouerb. 21. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit & non exaudietur. Iacobus inquit cap. 2. Iudicium ſine miſericordia erit ei qui non præſtiterit miſericordiam. Chriſtus Matth. 25. dicet in nouiſſimo iudicio, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius, Eſuriui enim & non dediſtis mihi cibum, &: Amen dico vobis, quatenus non feciſtis vni de minimis his, nec mihi feciſtis. Nota quoq; eſt hiſtoria de pœna diuitis Epulonis, qui

Mendi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Mendicum Lazarum contemnebat, Lucæ 16. Harum rationum meditatio, non tantum priuatos ad Eleemoſynarum liberalem donationem excitare debet, ſed etiam debet admonere Magiſtratus, vt Gazophylacia pro pauperibus conſtituant, eorumq́, curam illis commendent, qui ſint fideles Diaconi pauperum, qua in re conſiderari debent etiam veteris Eccleſiæ exempla.

Præcipuè vero conſideretur hiſtoria, quæ Marci 12. & Lucæ 21. deſcripta eſt: Filius Dei Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſedit contra Gazophylacium, ſpectans, quomodo populus æs conferret, cumq́, vidiſſet viduam pauperem conferre quadrantem, vocatis Diſcipulis dixit. Amen dico vobis, quod vidua hæc pauper plus miſit, quam omnes miſerunt in Gazophylacium. Nam omnes ex eo quod ipſis ſupererat miſerunt, at hæc è pe nuria ſua, omnia quæcunque habuit miſit, totam ſubſtantiam ſuam. Ea hiſtoria oſtendit Deum illa collectione theſauri pauperum delectari, & eſſe inſpectorem contributionum & diſpenſationum.

CAPVT XLIII.

DE MODO ELEEMOSYNARVM SEV BENEFIcentiæ & Liberalitatis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

DE liberalitate & beneficentia pulcherrime dicit Salomon prouerb. 5. Fontes tui deriuentur foras, & in plateis aquas tuas diuide, habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tecum: Id dictum venuſtiſſima figura & proprietatem approbat, præcipitq́ frugalitatem cuſtodientem res proprias, & tamen iubet, vt erogandis Eleemoſynis neceſſarijs benigne iuuentur egentes pro facultatibus. Eſt itaq́ hoc præceptum Oeconomicum vnicuilibet. patrifamilias diligenter conſiderandum. De vtraq́ re expreſſe dicit Salomon, videlicet de communicatione: Fontes tui deriuentur foras & in plateis aquas tuas diuide, libenter communica egentibus de fructibus fundi tui, laborum tuorum, de nummis tuis, de pane tuo, de proprietate vero dicit, Tu Dominus maneto fontis tui, & non alij tecum, hoc eſt, communicatio non ſit inordinata profuſio, exhauriens patrimonium & temetipſum ac tuos ad mendicitatem redigens. Eadem eſt doctrina ſeu admonitio Pauli de modo. 2. Corinth. 8. Quemadmodum voluntas prompta fuit, ita perficiatis ex eo, quod poteſtis, non vt alijs ſit relaxatio, vobis autem anguſtia. Ne autem ex hac doctrina de Eleemoſynarum modo accipiatur immiſericordiæ excuſatio, ideo ſit notum præceptum ſenis Tobiæ

ad fili-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ad filium. Cap. 4. Fili ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi autem exiguum, etiam illud exiguum impartiri ſtude. Namq́ etiam ille ſacrificium Deo præſtat, & mercedem ſuam non perdit, qui calicem aquæ frigidæ communicat: Ad modi obſeruationem pertinet dictum Salomonis antea citatum Prouerb. 5. Ne des facultates tuas crudeli. Vocat autem crudeles, robuſtos, ignauos & petaces ſtelliones, qui cum poßint ſuis laboribus ſe alere, tamen mendicitati ſe dedunt, & Eleemoſynas, quibus alij pauperes & egeni debebant ali, furantur, non ſunt mendici, ſed impoſtores & fures.

CAPVT XLIIII.

DE ADMONITIONE CICERONIS.

Cicero liberalitatem beneficentiamq́ apprimè commendat, quod ſit virtus non ſolum vitæ ſocietatiq́ humanæ vtilißima, ſed etiam naturæ humanæ maxime accommodata. Attamen quaſdam cautiones præſcribit, quæ ſunt in liberalitatis, beneficentiæq́ exercitio obſeruandæ. Prima cautio eſt, ne obſit benignitas & his ipſis quibus benigne fieri videbitur, & cæteris, vt enim aliarum virtutum, ita etiam benignitatis bonus honeſtuſq́ finis ſpectari debet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Itaq; et ille qui alijs nocet, vt in alios ſit liberalis, & qui ad malos vſus liberalitatem munificentiamq; ſciens confert, vtpote, ſi quis ſciens alicui ad luxuriam, vel ad maleficia conficienda liberaliter donet, non beneficus nec liberalis, ſed pernitioſus iudicandus eſt.

Secunda cautio eſt, ne maior ſit benignitas quam facultates, qui enim benigniores eſſe volunt, quam res patitur, primum in eo peccant, quòd ſemetipſos calamitoſos faciunt, & fontem tum neceſſariorũ ſumptuũ, tum beneficẽtiæ exhauriunt, vt amplius liberales & benefici eſſe non poſsint. Quid autem ſtultius eſt, quam id quod libenter facis curare, vt illud diutius facere non poſsis? Deinde peccant in eo, quod iniuram faciunt proximis, quas enim copias his & ſuppeditari æquius eſt, & relinqui, eas tranſferunt ad alienos. Ineſt autem etiam in tali liberalitate plerunq; cupiditas auferendi per iniuriam, vt ad largiendum ſuppetant copiæ:

Tertia cautio eſt: vt in beneficentia delectus ſit dignitatis, in quo etſi mores erunt ſpectandi eius, in quem beneficium conferetur, & animus erga nos, & communitas ac ſocietas vitæ, atq; ad noſtras vtilitates officia ante collata, tamen reuera calamitate & indigentia dignitas æſtimanda eſt, niſi manifeſta ſcelera indignitatem demonſtrent. Propenſior enim ſemper benignitas eſſe debet in calamitoſos, &

nemo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nemo negligendus eſt, in quo aliqua ſignificatio virtutis appareat. Poſteriores duas cautiones complectitur Cicero inſigni ſententia Officiorum 2. Non ita claudenda eſt res familiaris, vt eam aperire nō poſſit benignitas, nec ita reſeranda, vt pateat omnibus, ſequuntur enim largitionē rapinæ, cum enim dando egere ceperint homines, alienis bonis manum inferre conantur.

Quanquam vero omnes homines qui facultates habent, decet beneficentiæ liberalitatiſq; ſtudium, tamen virtus hæc maxime commendat ornatq; Reges, Principes, & omnes illos, qui alijs præſunt cum imperio, quorum Titulus antiquus, quem citat filius Dei Lucæ 22. à benefaciendo ſumptus eſt. Dicti enim ſunt Reges εὐεργέται benefici, quia Regium eſt benefacere. Nunc clementes vocamus, quæ appellatio beneficentiam & manſuetudinem ſimul complectitur. Cyrus apud Xenophontem iurat per omnes Deos, ſe maiore voluptate affici, cum alios beneficijs afficiat, quam cum ſeipſum ditet. Sic etiam Ariſtoteles inquit: non ſolum pulcrius eſt beneficio afficere, quā affici, verū etiam iucundius. Nulla enim res perinde parit gaudium, vt Beneficentia Titus Imperator memor & tituli & officij Regij, nullum diem abire ſinebat, quo non aliquem afficeret beneficio, id cum ſemel eſſet oblitus, veſperi cum gemitu dixit ad aulicos, amici diem hunc perdidi.

Sigiſmundus Imperator inſigniter liberalis fuit: accidit autem cum quodam tempore flumen tranſiret, vt equus, quo vehebatur vrinam in fluuium mitteret. Id videns vnus ex aulicis miniſtris, qui diu fideliter ſeruiuerat, clara voce, Ecce, inquit, equus iſte Domini ſimilis eſt. Imperator cauſam quærit. Reſpondet miniſter, ſicut Equus vrinam mittit in locum antea abundantem aquis, ita Imperator ſolet conferre beneficia in eos, qui antea abundant diuitijs, neglectis illis qui egent, intelligit Imperator ſe feſtiue accuſari, quod miniſtri benemeriti rationem nullam habuerit, & voluntatem quidem benefaciendi ipſi nunquam ſibi defuiſſe inquit, ſed ita fieri plerumq;, vt fructus beneficentiæ, Regum, ac principum, redeant non tam ad eos. quibus ex merito debeantur, quam ad eos, quibus fatum & fortuna magis faueant. Idq; ſe illi reipſa declaraturũ eſſe. Non ita multo poſt otium nactus Imperator, duas pixides magnitudine pares implet, vnam auro, alteram plumbo, æquali pondere, has miniſtro illi proponit, & vt vtram velit accipiat iubet. Miniſter vnam accipit, quæ cum aperitur, plumbum apparet. Tunc Imperator ad Miniſtrum ait. Agnoſcis ergo mihi non voluntatem bene-

faciendi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

faciendi, ſed tibi fortunam defuiſſe. Arguta fuit hæc Sigiſmundi ad excuſationem inuentio, ſed melius feciſſet, ſi miniſtri bene meriti aduerſam fortunam iudicio correxiſſet, Sicut Ariſtoteles admonet, quod donatio largitioq́; iudicij delectu facienda ſit.

CAPVT XLV.

DE PRODIGALITATE.

DVo, vt inquit Cicero, ſunt largorum genera, quorum alteri ſunt liberales, alteri prodigi, Liberales, qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur vel in re quærenda, vel augenda.

Prodigi, qui in epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationumq́; apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut nullam ſint relicturi omnino. Definitio illa exemplis oſtendit prodigalitatem eſſe profuſionem facultatum, & pecuniarum, in quoſcunq́; ſumptus, quos neq́; neceſſitas, neque honeſtas exigit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

exigit, vt autem frugalitas eſt ſpecies gratitudinis ad Deum. propterea quod donis Dei reuerenter vtitur, Ita prodigalitas ſpecies eſt ingratitudinis, quia eſt cōtemptus & abiectio donorū Dei, ac ſi filius aureum nummum à Patre datū petulanter abijciat. Ideoq́, punitur à Deo paupertate, & alijs pœnis, ſicut ſcriptum eſt Prouerb. 21. Qui diligit epulas, in egeſtate erit. Qui amat vinum & pinguia non ditabitur.

Pythagoras videns iuuenem prodigum, heus, inquit, miſer, non deſines confeſtim continuoq́ tibi durum paupertatis carcerem præparare? Repeto autem, quæ antea dixi de legibus ſumptuarijs quibus prodigorum petulantia & luxuria coerceri à Magiſtratibus debet: Prodigus enim non vnum committit furtum, ſed multa, furatur ſibimetipſi alimenta ad ſenectutem alendam neceſſaria, furatur vxori, liberis, hæredibus alimenta & hæreditatem, furatur pauperibus & egenis Eleemoſynas, quas ipſis de bonis ſuis debet obligatione diuina. Furatur Eccleſiæ ſeu Eccleſiaſtico miniſterio, & Reipu. ſeu Magiſtratui legitimas contributiones. Hæc furandi petulantia debet coerceri à Magiſtratibus, quia Reipublicæ intereſt, vt ciues bona ſua non dilapident, ſed ad neceſſarios & honeſtos vſus & conferant & conſeruent, quos Xenophon ita diſtribuit: nimirum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vt poßimus ſacrificare, hoc eſt, vt nos loquimur, conſeruare miniſterium Eccleſiaſticum, Secundo, vt poßimus iuuare ſtatum publicum, ſiquidem Reipub. diuitiæ ſunt facultates priuatorum, Tertio, vt nobis, liberis, Amicis & egenis poßimus prodeſſe, Hos vſus diuitiarum è communi vita & ſocietate tollunt prodigi, propterea quòd petulanti opum profuſione fontem horũ vſuum exhauriunt & exiccant. Ideo Diogenes cum ab alijs tres obulos peteret, à prodigo minam, id eſt, decem coronatos petebat. interrogatus de cauſa reſpõdit, quia ab alijs me iterum accepturum ſpero, à te vero poſthac nunquam amplius accipiam. Sic itaq; exiſtimandum eſt, quod prodigi ſint pernitioſi humanæ vitæ, ſocietatiſq; hoſtes, quorum petulantia & luxuries ſi legibus ſumptuarijs contineri non poteſt, alijs pœnis reprimenda, & corrigenda eſt. Iubent autem leges, vt prodigis qui ſunt inſanabiles, interdicatur bonis, & dentur curatores, ne propter ipſorum luxuriam reſpub: liberi, hæredes, omneſq; quorum intereſt, detrimentum enorme patiantur. Diphilus recitat Corinthiorum legem contra prodigos, cuius exemplum vtinam omnes Reſpub: imitarentur. Sic autem inquit.

Hoc optime lege cautum eſt hic apud Corinthios, vt ſi quem obſonare ſemper ſplendide

videmus

Splendide videmus, hunc rogemus vnde
Viuat, & quid faciat, & ſi facultates habet,
Quarum reditus expenſas ſoluere queant,
Bonis ſuis eum perfrui permittimus.
Sin autem ſupra ſubſtantiam ſuam ſumptuoſus
Prohibemus illi ne id faciat amplius, (fuerit,
Quod ſi non paret, plectitur multa,
Si is qui nihil habet ſumptuoſe vixerit,
Tortori eum tradunt, per Herculem,
Non enim abſq; aliquo malo viuere licet
Talem, ſcias, ſed neceſſe eſt eum
Aut prædari noctu, aut parietes perfodere,
Aut cum his, qui talia patrant commertium habere,
Aut in foro Sycophantam agere, aut teſtem a-
Tale hominũ genus expurgamus (gere falſum,
Et recte quidem per Iouem.

Magiſtratus qui prodigis licentiam concedunt, faciunt ſe participes, tum peccatorum, tum pœnarum, Ideoq; exempla oſtendunt, quod propter talem licentiam ſæpe florentes ciuitates, Reſpub: et Regna ſunt euerſa:

Apitij Romani enormem prodigalitatem deſcribit Martialis his verſibus,

Dederas Apiti bis trecenties ventri,
Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum,
Hoc tu grauatus ne ſitim & famem ferres,
Summa venenum potione duxiſti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quos verſus ſic interpretatur Budæus, Apiti ſexcenties ſeſtertium, id eſt, quindecies centena aureorum coronatorum millia inexplebili ingluuie helluatus, cum poſſes adhuc ducentis & quinquaginta millibus (quos centies laxum appellat) vitam lauto & eleganti victu producere, tamen venenū miſer hauſiſti, ne patrimonio tanto ſupereſſes, quod iam iā te deſerturum videbatur. Extat apud Martialem etiam elegans diſtichon de Cinnæ cuiuſdā luxu.

Nā tu dum metuis, ne quid poſt fata relinquas,
Hauſiſti patrias luxurioſus opes.

CAPVT XLVI.

DE MVNERIBVS ET DONIS.

GRæcorum prouerbia ſunt: Amicorum omnia ſunt communia. Item da aliquid, & accipe aliquid: quæ de donatione munerum vltro citroq; in amicitijs loquuntur. Cum enim Amicorum dona beneuoli & grati animi indicia ſint, Idcirco mutua illa donorum permutatio amicitiarum conſeruationem adiuuat. Non itaq; reprehendenda eſt munerum inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

amicos mutua donatio, ſi ſit moderata, Sed Candidum quendam ſordidum hominem reprehendit Martialis, qui cū auide acciperet dona amicorum, nulli tamen viciſsim aliquid donabat:

Das nihil, & dicis, Candide, κοίνα φίλων.

Neq; illud reprehendendum eſt, cum illi qui opera conſilioue officium, beneficiumq́ præſtitit, viciſsim gratitudinis ergo donum redditur, Ea enim gratitudinis ſignificatio, & decet ingenuum hominem, & illis quoq; qui minime expetunt dona, eſt grata, ſtudiumq; benefaciendi mira quadam gratitudinis delectatione excitat. Neq; culpandus eſt, qui amicum offenſum dono reconciliat, quo ſignificatur & offenſionis pœnitentia, & reconciliationis deſiderium. Afferunt autem ſecum dona ſingularem quandam ad placandum animos virtutem, quemadmodum poeta inquit.

Munera crede mihi placant hominesq; Deoſq;,
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Scriptum quoq; eſt prouerb. 21. Munus extinguit iras, & donum indignationem maximam. Recitatur in Geneſi Cap. 33 Iacobi Patriarchæ exemplum, qui rediens in patriam ex peregrinatione, quam propter iram & minas fratris Eſaui ſuſceperat, promiſit munera ad fratrem, vt ipſius offenſum animum rurſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rurſus placaret, iramq; ſedaret, At vero cum corrumpendi gratia dantur & accipiuntur munera, vterq; contra iuſticiam peccat, vt cum proditori datur munus, vt patriam prodat, aut Iudici, vt iniuſtam ſententiam pronunciet, aut teſti, vt falſum teſtimonium dicat, aut virgini, vt pudicitiam proſtituat, non tantum iniuſte faciunt, qui donis ad perpetranda flagitia corrumpuntur, ſed etiam illi, qui alios ſuis donis ad ſcelerum perpetrationem alliciunt, perſuadent, inuitant.

Recte itaq; in legibus non ſolum Iudicibus acceptio munerum, ſed etiam litigatoribus munerum donatio prohibita eſt. Quamobrem vſitato calumniæ iuramento hæc clauſula inſeritur, quod litigator nemini aliquid promiſerit vel dederit, vel in poſterũ permittere aut dare velit, niſi his quibus iura hoc permittunt. Nullum autem crimen magis dedecorat Magiſtratum & Iudicem, magisq; Iuſticiæ adminiſtrationi noxium eſt, quam δωροφαγία, *quæ eſt auiditas accipiendi munera, quam irritant illi, qui munera iudicibus offerunt, ſicut ſitim irritat, qui febricitanti poculum monſtrat. Fieri vero non poteſt, vt* δωροφάγος *iuſte agat, quandoquidem, ſicut Magnes ferrum, ita munus auari Iudicis cor animumq; attrahit, vt etiamſi minime ſibi propoſuerit, tamen quaſi ca-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tiuus ſeu toxico faſcinatus cogatur aliter dicere & facere, quam propriæ conſcientiæ iudicium dictat. Qui itaq; ſibi perſuadent, quod & munera accipere, & integrum ad iudicia animum ſeruare queant, illi magis propriæ perſuaſioni quam ſacræ ſcripturæ credunt, quæ hac perſuaſione mendacij arguitur. Sic enim inquit in ſcriptura Dominus cordium & rerum cognitor, Exodi. 23. Deut. 16. Non accipies munera, quia munera excæcant oculos iuſtorum, & ſubuertunt verba iuſtorum. Eccleſiaſt. 20. Xenia & dona excæcant oculos Iudicum, & quaſi murus in ore auertunt correctiones eorũ. Prouerb. 22. victoriam & honorem acquiret, qui dat munera, animam autẽ aufert acquirentis. Oderint itaq; Magiſtratus & Iudices δωροφαγίαν, & ſæpiſſime de grauiſſimis comminationibus cogitent, Eſaiæ 5. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſticiam iuſti aufertis ab eo. Iob. 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Reprehenditur filiorum Eli δωροφαγία 1. Reg. 6. quam ſecuta eſt horribilis vindicta Dei. Samuelis vero integritas deſcripta eſt 1. Reg. 12. cuius gloriationem bonæ conſcientiæ tanquam ſpeculũ, in quod intueãtur, proponere ſibi omnes Iudices debent. Sic autem ibi ſcribitur: Dixit Samuel ad vniuerſum Iſrael, Ecce præſto ſum,

loquimini

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

loquimini de me coram Domino, et corã Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquã acceperim, aut aſinum, ſi aliquem calumniatus ſum, ſi oppreſsi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munera accepi, & contemnam illud hodie, & reſtituam vobis. Et dixerunt, Nõ es calũniatus nos, neq; oppreſſiſti, neq; tuliſti de manu alicuius quippiã. Dixitq; ad eos: Teſtis eſt Dominus aduerſus vos, et teſtis Chriſtus eius in die hac, quia nõ inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt, teſtis.

Vtinam omnes Iudices haberent tale tum propriæ conſcientiæ, tum eorum quibus præſunt teſtimoniũ. Qui vero hoc teſtimonium contemnunt, ipſimet ſibi pœnas accerſunt, ſicut Filij Eli.

Obſeruatione quoq; digna eſt Ciceronis ſententia in 4 Verrina. Omnium rerum turpiſsimum, maximeq; nefarium eſt, ob rem iudicatã pecuniam accipere, precio habere addictam fidem & religionem.

Item, Sempronij Gracchi gloriatio apud Gellium non eſt diſsimilis Samuelis gloriationi. Ita, inquit, verſatus ſum in prouincijs, vt nemo poſsit vere dicere, aſſem vel eo plus in muneribus me accepiſſe, aut mea opera quenquam ſumptum feciſſe, Tunc cum Roma profectus ſum, zonas quas plenas argenti extuli, eas è prouincia inanes retuli. Alij vini amphoras, quas domo extulerant, argẽti plenas retulerunt.

Lycurgus obijciente quodam, quod ſe pe-

cunia à calumnia redemiſſet, bene habet, inquit, Viri Athenienſes, quandoquidem tot annos in Repub. verſatum dediſſe me, non accepiſſe pecuniam, criminantur obiectores.

Alcamenes interrogatus, cur à Meſſenijs oblata munera non accepiſſet: Reſpondit: Quoniam ſi accepiſſem, cum legibus pacem non habuiſſem.

Cimon Athenienſis Rhiſacem Perſam, qui à Rege defecerat, cum patrocinio ſuo vti vellet, pateras duas offerentem, vnam aureorum, alteram argenteorum nummorum plenam, iratus repulit dicens, ſe mercenarium non eſſe, ſi vero ſua vellet vti amicitia, domum munera illa referret.

Cum Cyrus mitteret ſtipendia militibus, Callicratidi ſeorſim xenia miſit, ipſe vero ſtipēdium quidem accepit, Xenia vero Regi remiſit, negans ſibi cum ipſo priuatam habendā eſſe amicitiam, ſed quam haberet publicam cum Lacedæmonijs omnibus, eandem illi ſecum quoq; intercedere.

Artaxerxes Perſarum Rex, miſit Diomedontem cum muneribus ad Epaminundā Thebanum, verum ipſe legato acerbè obiurgato, quod ſui corrumpendi cauſa tantum iter ſuſcepiſſet, dixit, Sibi pecunia opus non eſſe, quod ſi in re aliqua honeſta opera ſua poſtularetur,

ſemper

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſemper ſine præmio ſe facturũ eſſe, quod deceret. Si vero inhoneſti quid poſtularetur, totius orbis aurum, id à ſe non eſſe impetraturum.

CAPVT XLVII.

DE HOSTIVM DONIS.

Homerus narrat Ilia: 7. Hectorem & Aiacem hoſtes, inita amicitia, dona inter ſe permutaſſe, atq; Hectorem Aiaci gladium donaſſe, Aiacem Hectori baltheum, Deinde pariter vtriq; munus fuiſſe exitio, ſiquidem Aiax victus ab Vlyſſe, cognitiſq; illis, quæ per inſaniam dixerat & fecerat, eo gladio mortem ſibi conſciuit. Hector per occaſionem baltheo occiſus eſt ab Achille, iuxta muros Troianos, Quare Teucer apud Sophoclem in Aiace exclamat.

Videte propter Deum fortunam duorum virorum.
Hector quidem eodem illo, quem ab Aiace dono acceperat,
Baltheo, lacer ab equeſtri curru
Raptatus eſt, vſq; donec exhalauit animam.
Aiax vero enſem ab illo donatum habens
Eo ipſo concidit lethali affectus vulnere.
An non Erinnys hunc fabrefecit gladium?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et illum baltheum ſæuus Pluto opifex.

In eadem Tragœdia etiam ipſe Aiax, poſtquam mori decreuit, de enſe ſuo ab Hectore donato his verbis conqueritur.

Ego ab illo di e, quo hunc accepi gladium
Dono ab Hectore, viro inimiciſſimo,
Omnem apud Achiuos effudi gratiam.
Et verum eſt, quod vulgo fertur prouerbium:
Hoſtium dona non dona, nec vtilia ſunt,
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κ᾽ οὐκ ὀνήσιμα.

Recitantur etiam à Poetis aliæ tres fabulæ de hoſtium donis, nimirum de pyxide Pandoræ, quæ omne genus calamitatum attulit hominibus, De veſte, qua Medea nouam nuptam Iaſonis donauit. Et de veſte, quam Deianira miſit Herculi, quibus fabulis admonent, hoſtium dona cauenda eſſe, & cum accipiuntur, accipienda eſſe caute, & prudenter. Nam artus & neruus ſapientiæ eſt, non facile credere. Atq; diffidente ſapientia ſæpe nihil in humana vita eſt vtilius, vt in Tragœdia dicitur.

CAPVT XLVIII.

DE HOSPITALITATE.

AD beneficentiam pertinet hoſpitalitas, qua peregrinos & hoſpites, præcipue propter veræ doctrinæ profeſſionem exulantes, vera beneuo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

*beneuolentia & officijs hoſpitalibus complecti-
mur, Eam virtutem commendat Chriſtus Matt.
25. Hoſpes eram & accepiſtis me. Atq́; Apoſto-
lus Paulus Rom. 12. Hoſpitalitatem colite
Heb. 13. Hoſpitalitatis ne ſitis immemores,
per hanc enim quidam angelos hoſpitio excepe-
runt ſicuti Abraham, Loth &c. Item, Petrus 1.
Pet. 4. Hoſpitales ſitis erga vos mutuo ſine
murmure. Recitantur etiam in ſcriptura hoſpi-
talitatis ſanctorum exempla, vtpote, Abrahæ
Geneſ. 18. Lothi Geneſ. 19. Viduæ Sareptanæ
3. Reg. 17. Sunamitidis 4. Reg. 4. Et deſcri-
buntur in illis hiſtorijs inſignia hoſpitalitatis
præmia, quibus Deus officia hoſpitalitatis com-
penſauit. Auguſtinus præclare dicit: Diſce
Chriſtiane exhibere hoſpitalitatem, ne forte, cui
domum clauſeris, cui humanitatem negaueris,
ipſe ſit Deus. Inhoſpitalitatem exprobrabit im-
pijs filius Dei in nouiſſimo die, ſicut Matth. 25.
inquit, hoſpes eram & non collegiſtis me. A-
men dico vobis, quidquid non feciſtis vni ex
minoribus iſtis, nec mihi feciſtis. Eſt res indi-
gniſſima, ab Ethnicis Chriſtianos vinci hoſpi-
talitatis virtute, & officijs. Nãq́; omnes gentes
honeſtæ fuerunt huius virtutis ſtudioſiſſi-
mæ, ſenſeruntq́; Iouem ſingulari quadam
prouidentia benefacere illis, qui eſſent ho-
ſpitales, & punire inhoſpitales; tueriq́; hoſpi-*

 talitatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

alitatis iura, quibus hoſpites inter ſe tanquam vnius familiæ ſocij deuinctos ſe eſſe ſentiebãt, Itaq; ſi quis hoſpitalitatis iura violaſſet, id crimen non minus exiſtimabatur atrox, quam ſi patraſſet parricidium aut proditionem patriæ.

CAPVT XLIX.

DE GRATITVDINE ET INGRATITVDINE.

Beneficentiæ liberalitatiq; reſpondere debet gratitudo eorum, qui beneficijs ſunt affecti, χάρις γὰρ ἀντὶ χάριτος ἐχθέτω inquit Euripides. Et Cicero dicit, nullum officium referenda gratia magis neceſſarium eſſe, Atq; omnes beneficij immemores oderunt, eamq; iniuriam in deterrenda liberalitate ſibi etiam fieri, eumq; qui faciat, communem hoſtem tenuiorum putant. Plura autem tum de gratitudine, tum de contrario ingratitudinis vicio dicta ſunt lib.4 cap.30.

CAPVT L.

DE ÆRE ALIENO.

Sapiens dictum eſt: Felix qui nihil debet. Quo admonentur homines, vt æs alienum tanquam miſeriam caueant. Miſer enim eſt, qui ea quæ poſsidet alijs debet. Miſerrimus eſt, qui

animam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

animam debet, hoc eſt, cuius debita maiora ſunt quam poſſeßiones. Is enim animam debere dicitur, quia cum bonis ſuis debita ſoluere non poßit, ſemetipſum ad perpetuam ſeruitutem creditoribus debet. Cum itaq; tanta ſit in ære alieno infelicitas, & calamitas, at vero vix quiſquam ex negotiatorum genere ita res ſuas inſtituere poßit, vt ab ære alieno ſit liber: Ideo in negotiatione hæ cautiones obſeruandæ ſunt. Prima, Ne quis plus pecuniæ in negotiationem conferat, quã habet in bonis. Secunda, ne temere pro alijs ſpondeat, memor dicti. Sponde, noxa præſto eſt. Conſentit admonitio Salomonis prouerb. 22. Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis. Si enim non habes vnde reſtituas, quid cauſæ eſt, vt tollat operimentum de cubili tuo? Et cap. 6. Fili, fili, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum animã tuam, illaqueatus verbis oris tui, & captus es proprijs ſermonibus, fac ergo quod dico fili mi, & temetipſum libera, quia incidiſti in manum proximi tui, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ, eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis. Tertia cautio eſt, ne maiores ſumptus quis faciat, quam quantos certum lucrum ſuſtinere poteſt. Quod enim in dubio ad-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

huc eſt lucrum, in bonis computandum non eſt. Has cautiones ſi quis obſeruauerit, haud facile ſe ære alieno ita grauabit, vt non poßit ſe ſine difficultate liberare. Si quis verò cautiones illas negliget, non mirum fuerit, ſi tantum æris alieni contraxerit, vt non ſit ſoluendo. Quæ quidem temeritas non ſolum furti ſpeciem habet, ſed aliquando etiam quaſdam furti ſpecies turpitudine & atrocitate debiti excedit, nimirum, cum defraudandi alios dolum, propoſitumq; coniunctum habet, Adeo enim mali perfidiq; ſunt multi, vt cum ſciant, ſe nunquam exoluere debita ſua poſſe: Tamen indies magis magiſq; verſutijs, deceptionibus, fraude, doloq; debita cumulant, vt quam plurimos ſecum in perniciem paupertatemq; adducant. Hos peiores eſſe furibus illis, qui ſuſpendio puniuntur, nemo eſt, qui non exiſtimet. Ideoq; in illos quoq; Magiſtratus animaduertere debebat: Cum alijs autem qui ſine deſtinata malitia, fraude, aut dolo, æris alieni calamitate oppreßi ſunt, non tantum creditores, ſed etiam Magiſtratus humaniter & benigne agere debent, imo iuuare eos debet quiſq; Chriſtianus remittendo, donando, alijſq; officijs, vt durißima illa calamitate, quantum fieri poteſt, liberentur. Ea

officia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

officia pertinent ad opera Miſericordiæ. Et Ariſtoteles ea inter liberalitatis officia ponit.

CAPVT LI.

DE INDVCIIS QVINQVENNALIBVS, QVAS vulgus quinquernellas vocat.

HVmaniſſima lex eſt de quinquennalibus inducijs, quæ aliquando, licet raro, conceduntur illis, qui per aduerſam fortunam in eam inciderunt calamitatem, vt æs alienum habeant maius, quam exoluere poſſint, abſq; vili & miſerabili diſtractione bonorum ſuorum. Iniuſtiſſimum autē eſt, quod impoſtores hoc beneficio legum & Magiſtratus abutuntur, ad corradendas opes, per creditorum fraudulentas deceptiones, ſicut ſæpenumero in emporijs accidit. Contra illam impoſturam præcipiunt leges, vt qui inducias quinquennales ſibi à principe concedi petit, probet ſe ſine ſuo ſcelere per aduerſam fortunam ad tantam deueniſſe paupertatem, vt creditoribus fidem ſeruare nequeat, & vt eas petat intra decennium. Cum itaq; perſona petens inducias eſt honeſta,

beneficio digna & induſtria, ita vt ſit ſpes, quod tempore induciarum rem ſuam rurſum augere poßit. Et creditorum eſt ea conditio, vt debitorum ſolutionem queant expectare, Tunc hoc beneficium ſeu priuilegium graui deliberatione conceditur, Ita tamen, vt ſi debitor poſt impetrationem induciarum noua nomina fecerit, ea priuilegio induciarum non intelligantur.

CAPVT LII.

DE ALIIS PECCATIS CONTRA SEPTIMVM præceptum.

DOli, fraudes, impoſturæ, iniuriæ, quibus alij aliorum bona ad ſe iniuſte attrahunt, ſunt multiplices, ſicut eſt humana nequitia ad malas artes ingenioſa & audax. Cum itaq; omnes ſpecies enumerari & numerari haud poſſint, Ideo ſatis eſt illud ſcire, omnes prohibitas eſſe præcepto ſeptimo: Non furtum facies. Et comminationes de pœnis huic præcepto additas omnes illas ſpecies complecti.

LIBER

LIBER SEPTIMVS DOCTRINÆ ETHICÆ, SEV MORALIS DE PRÆCEPTO Octauo Decalogi.

CAPVT I.

DE SVMMA OCTAVI PRÆCEPTI.

PRÆCEPTVM Decalogi octauum, *Non dicas falſum teſtimonium contra proximum tuum*, præcipit veritatem & candorem in omni vita, in doctrinis, in Iudicijs, in contractibus, pactis, teſtimonijs, ſermonibus, actionibus, & prohibet mendacia, ſophiſmata, calumnias, criminationes, falſas ſuſpitiones, obtrectationes, conuicia, falſa teſtimonia, falſa iudicia, inſidioſas ſimulationes, & diſsimulationes ſeu occultationes in moribus, & actionibus, ſimileſq́; impoſturas, quibus & concordiæ, vnitati, tranquillitati Eccleſiæ, & Rerumpub: & hominum ſaluti, vitæ, honori, famæ, & bonis nocetur.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

DE VERITATIS SIGNIFICATIONE.

VEritas aliquando ſignificat idem, quod verum, hoc eſt, noticiam veram, ſeu doctrinam, ſeu ſententiam, ſeu ſermonem verum, Imo ipſam conſenſionem noticiæ, doctrinæ aut ſermonis cum rebus. In dicto Rom. 1. Gentes veritatem tenent captiuam in iniuſticia, ſignificat veritas noticiam veram. In dictis Pſal. 117. veritas Domini manet in æternum. Iohan. 17. Sermo tuus veritas eſt. Iohan 18, Ego ad hoc natus ſum & ad hoc veni in mundum vt teſtimonium perhibeã veritati. In his, inquã, dictis ſignificat veritas doctrinã veram. Simili ſignificatione etiam ab alijs ſcriptoribus vſurpatur. Euripides dicit: oratio veritatis ſimplex eſt. Terentius, veritas odium parit. Cicero, Tantam ſemper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis aut cuiuſquam hominis ingenio aut arte ſubuerti potuerit: In illis locis veritas ſermonem verum cum rebus conſentientem ſignificat. Aliquando veritas eſt virtutis nomen, quæ inclinat voluntatem hominis, vt veras doctrinas, veras ſententias, veros ſer-

ros ſermones amet, & amplectatur, & ipſemet quoq; ſtudeat vera docere & dicere, conſtantiamq; dictorum præſtare & fugere inſidioſas occultationes, ſimulationes & mendacia, in tota vita, in ſermonibus & in moribus.

CAPVT III.

DE VERITATIS INQVISITIONE.

APud Ciceronem duæ extant grauiſſimæ ſapientiſſimæq; ſententiæ, Officiorum lib. 1. Prima, Inprimis hominis propria eſt veri inquiſitio atq; inueſtigatio: Hæc ſententia ex lege naturæ ſumpta eſt, imo eſt lex naturæ, cuius talis eſt demonſtratio: Homo conditus eſt, vt agnoſcat Deum, intueatur creaturas, agnoſcat & conſeruet diſcrimen inter honeſta & turpia, ſecundum noticias impreſſas. Talis agnitio eſt veritas, quia veritas eſt cognitio rei cuiuſq;, ſicut eſt. Ergo homo conditus eſt ad veritatem, ſeu ad veritatis agnitionem, indagationem, inquiſitionem, conſeruationem. Secunda ſententia Ciceronis eſt: Omnes artes in veri inueſtigatione verſantur: qua ſententia, quantũ eius à Philoſopho fieri potuit, docet, quomodo in hac infirmitate,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

infirmitate, & caligine humana ſit quærenda ſeu inueſtiganda veritas, nimirũ per ſtudia bonarum artium, & eius ſtudij, imo omnium artium regulam tradit vtiliſsimam & vniuerſalem, nimirum: Artes debent eſſe inueſtigationes veritatis, & ſtudioſi artium ad veritatis inquiſitionem debent dirigere ſtudia, artes non debent eſſe ſophiſticæ præſtigiæ aut fallaciæ, neq; ideo diſci debent, vt ſint inſtrumenta præſtigiarum, & ſophiſticarum deceptionum. Cum autẽ omnium artium dignitati & veritati longiſsime anteponenda ſit doctrina ſacræ ſcripturæ diuinitus reuelatæ, Ideo antequam de alijs artibus & de cauſis certitudinis, ſeu veritatis earum dicam, prius de ſacra ſcriptura dicendum eſt, quem locum, cum in ſecundo libro de primæ Tabulæ præceptis breuitatis gratia omiſerim, creſcente præter inſtitutum ſub manibus opere, hic inſeram.

CAPVT IIII.

DE APPELLATIONE SACRAE SCRIPTVRAE.

LIbri Scripturæ diuinitus reuelatæ appellantur Biblia, propter excellentiam, quia nullum extat ſcriptum excellentius, præſtantius, diuinius, magiſq; verum, certum, vtile ac neceſſari-

neceſſarium. In his enim libris reuelatur ſapientia diuina, ignota omnibus Philoſophis, de Dei eſſentia, & voluntate, de origine creaturarum, de operibus Dei, de lapſu hominum, ſeu de peccato, de promiſſione, miſſione, incarnatione, paſſione, morte, reſurrectione filij Dei pro genere humano, de peccatorum remiſſione, de collectione, conſeruatione, & gubernatione Eccleſiæ, de propria doctrina & vero cultu Dei in Eccleſia, de veris conſolationibus non tantum contra ærumnas huius vitæ, ſed etiam contra peccatum, Diabolum, condemnationem, & mortem æternam, de reſurrectione piorum ad vitam æternam, & impiorum æterna condemnatione. Appellantur etiam libri ſancti, ſeu ſacra vel ſancta ſcriptura, propter tres præcipue rationes, Primo quidem propter Autorem Deum, quo nihil eſt ſanctius. Loquitur enim in ſcriptura ſacra Deus pater, Deus filius, et Deus Spiritus ſanctus. Et ſcriptores librorum Biblicorum, non ex propria voluntate, aut ſpeculationibus, commentati ſunt vel ſcripſerunt, ſicut ſcripta Philoſophorum, Platonis, Ariſtotelis, Ciceronis, Plinij, Senecæ, aut aliorum, ſunt commentationes humanarum ſpeculationum, humanæq; rationis & ſapientiæ. Sed quæ in libris Biblicis ſcripta ſunt, ea ſunt dictamina Spiritus ſancti, qui interno afflatu Prophetis, Apoſto-

 lis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lis, Euangeliſtis, ſcripturam horum librorum dictauit, ſicut præceptor in Schola diſcipulis ſua voce dictare ſolet. Quamobrem etiam quæ Diſcipuli ſcribendo excipiunt, ea præceptoris à quo dictata ſunt, nomen & autoritatem præſe ferunt, Ita de autore ſacræ ſcripturæ ſeu librorum biblicorum loquuntur hæc dicta, 2. Reg. 23. Hæc ſunt nouiſsima verba Dauidis: Dixit Dauid filius Iſai, dixit vir certificatus de Meſsia Dei Iacob, de quo cecinit dulces Pſalmos Iſraelis, Spiritus Domini locutus eſt per me & ſermo eius per linguam meam. Zachariæ 3. Verba quæ miſit Dominus Deus exercituum in Spiritu ſancto ſuo per manum Prophetarum priorum 1. Pet. 1, Credentes exultatis læticia ineffabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum veſtrarum, de qua ſalute requiſiuerunt & ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, prænuncians afflictiones Chriſti, & gloriã ſecuturam, Eſtq; illis reuelatum, quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quæ nunc annunciata ſunt vobis, per eos, qui per Spiritum ſanctum de cœlo miſſum euangelizauerunt vobis, quæ & Angeli ſpectare deſiderant.

rant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

runt. 2. Pet. 1. *Habemus firmiorem Prophe-
ticum ſermonem, cui attendentes bene facitis,
tanquam lucernæ in loco caliginoſo, donec dies
illuceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus ve-
ſtris. Hoc primum intelligentes quod omnis
Prophetia ſcripturæ, propria interpretatione
non fit, non enim voluntate humana allata eſt
olim Prophetia, ſed à Spiritu ſancto impulſi lo-
cuti ſunt ſancti Dei homines.* 2. Timoth. 3.
*Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt
ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum.
ad erudiendum in Iuſticia, vt perfectus ſit ho-
mo Dei, ad omne bonum opus inſtructus.* De
Apoſtolis notiſsimæ ſunt omnibus promiſsio-
nes & Spiritus ſancti donatio, quare Eccleſia
recte ſentit, ipſam appellationem Apoſtolicæ
vocationis hanc ſignificationem in ſe contine-
re, quod doctrina ab Apoſtolis prædicata, &
ſcripta, ſit doctrina diuina, à Spiritu ſancto
inſpirata, ſeu dictata, æque ſicut Prophetarum
doctrina. Scriptum autem eſt de Apoſtolis
Acto. 2. *Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto,
cœperuntq; loqui varijs linguis, pro vt Spiri-
tus ſanctus dabat illis eloqui.* Et Iohannes in-
quit 1. Iohan. 4. *Nos ex Deo ſumus, qui nouit
Deũ audit nos.* Paulus ad Gal. 1. *Notum facio*

 vobis

vobis fratres Euangelium, quod Euangelizatum eſt à me, quod non eſt ſecundũ hominem, neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Rom. 15. Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Chriſtus, vt obediant gentes in verbo & factis, in virtute ſignorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus ſancti. 1. Corinth. 2. Nobis reuelauit Deus per ſpiritum ſuum, Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiã profunda Dei, quis enim ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt, nemo nouit niſi Spiritus Dei. Nos autem non Spiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritũ qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis, quæ & loquimur, non verbis quæ docet humana ſapientia, ſed quæ docet Spiritus. 1. Corinth. 11. Accepi à Domino, quod tradidi vobis: Hæc itaq; prima ratio eſt appellationis, quæ poſtulat & requirit ab omnibus hominibus obedientiam, reuerentiam, & aſſenſionem fidei, certo ſtatuentis ſacram ſcripturam non eſſe ſermonem incertum, dubium, aut falſum, ſed vt Paulus dicit, ſermonem fidelem, certum, indubitatum, hoc eſt, veriſſimum. Imo ſermonẽ ſanctum, cuius autoritas eſt ſacroſancta & inuiolata. Admonet enim hæc ratio, cum ea reuerentia legendam, audiendam, & fide accipiendam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cipiendam eſſe ſacram ſcripturam Biblicam, ac ſi Deus nobiſcum viſibili forma loquatur, ſicut cum Moſe, & ſicut Chriſtus cum ſuis Diſcipulis locutus eſt. Quam admonitionem ſæpe repetunt Prophetæ in ſuis concionibus. Sic dicit Dominus, Dominus locutus eſt. Eſtq́; cogitatio huius admonitionis, quod ſcriptura ſancta eſt ſermo Dei, valde neceſſaria, quia inde ſequitur, quod is qui ſcripturæ non credit, Deum mendacij arguit, Ideoq; Chryſoſtomus dicit. Quando Deus aliquid pronunciat, dictis ipſius non contradicendum, ſed credẽdum eſt potius. Conſequitur et illud, quod nõ debeat homo veritatem ſanctæ ſcripturæ metiri regulis aut demonſtrationibus Philoſophicis. Nam debet eius autoritas omnibus hominibus eſſe ſacroſancta, de cuius veritate dubitare nefanda impietas eſt. Id admonet Paulus in loco præallegato, 1. Corinth. 2. vbi hæc notabilia verba adduntur, Spiritualibus ſpiritualia comparantes. Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, ſtulticia enim eſt illi, & non poteſt intelligere. Quia ſpiritualiter examinantur, hoc eſt, Doctrina ſeu ſcriptura ſancti Spiritus, in libris Biblicis non debet examinari Philoſophice ſecundum demonſtrationes Philoſophicas, ſed debet ei ſine omni dubitatione fides adhiberi, iuxta Regulas ſpirituales, Deus dixit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& facta ſunt, Item verbum Domini manet in æternum, Item, Non eſt impoßibile apud Deum omne verbum. Item Credo in Deum patrem omnipotentē. Hæc fides, vt Hieronymus inquit, firmißime debet ſtatuere, & credere, neminem Prophetarum & Apoſtolorum, qui ſcripſerunt ſacrā ſcripturam impulſi à Spiritu ſancto aliquid ſcribendo erraſſe.

Secunda ratio ſanctæ appellationis ſumitur ab ipſa materia, ſiquidem ſcriptura Biblica eſt ſanctum Dei verbum, ſancta doctrina diuinitus reuelata, de cognitione ſanctißimæ eſſentiæ & voluntatis & operum Dei, ſancta doctrina legis & Euangelij, de ſancta Religione, cultu Dei, pœnitentia, ſanctis Articulis fidei, ſancta Eccleſia Dei, eiuſq; collectione, gubernatione, conſeruatione, deq; eius Redemptione, & ſaluatione, per incarnationem & mortem filij Dei, & ſanctificatione per regenerationem Spiritus ſancti. Tota hæc materia librorum Biblicorum ſiue ipſam doctrinam, ſiue hiſtorias, & exempla ſpectes, eſt ſanctißima, Itaq; hæc cogitatio de ſcripturæ ſanctitate admonere etiam nos debet, vt ad eius lectionem, auditionem, meditationem, pias & ſanctas mentes, ac cogitationes, per inuocationem auxilij & gratiæ Spiritus ſancti afferamus, & cum ſancta reuerentia, ſine prophanis & impuris

cogitatio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cogitationibus, in lectione Bibliorũ verſemur, cogitantes ſanctam ſcripturam non eſſe tractandam illotis manibus, hoc eſt, impuris, prophanis & immundis cogitationibus, non eſt enim ſcripta porcis aut canibus, vt eam conculcent aut lacerent, ſicut dicitur Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis. & canes conuerſi dirumpant vos.

Tertia appellationis Ratio ſumitur à virtute ſanctificante, & viuificante. Nam ſola ſancta ſcriptura Biblica continet eam doctrinam, per quam Deus nos ſanctificat, & viuificat donatione remiſsionis peccatorum, vitæ æternæ, & Spiritus ſancti, qui per verbum & ſacramenta efficaciter regenerat nos efficiens in nobis fidem purificantem corda noſtra, & alios ſanctos effectus, ſeu fructus. De hac virtute ſacræ ſcripturæ dicitur Iohan. 17. Sanctifica eos in veritate, ſermo tuus veritas eſt. Iohan. 15. Vos mundi eſtis propter ſermonem quẽ locutus ſum vobis. Rom. 10. Fides ex auditu eſt, auditus per verbũ Dei, Galat. 3. Ex auditu fidei accepiſtis Spiritũ ſanctum. Act. 10. Loquente adhuc Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebãt verbũ. Iacob. 1. voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt ſimus primitiæ creaturæ ſuæ, Ideo

abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite in vobis plantatum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Iſtæ ſunt tres rationes præcipuæ, cur libri Biblici appellantur ſcriptura ſancta, de quibus homo pius ſæpe cogitare debet.

CAPVT V.

DE TESTIMONIIS SEV ARGVMENTIS CERtitudinis ſacræ ſcripturæ.

VNa eſt cauſa & firmiſſimum Argumentum certitudinis verbi Dei, ſeu ſacræ ſcripturæ, nempe Deus ipſe, qui fallere & mentiri nequit, quia eſt ipſa veritas, & ſermo eius veritas eſt. Iohan. 17. Sermo tuus veritas eſt. Iohan. 14. Ego ſum via, veritas & vita. Iohan. 16. Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Quare homo pius ſine omni hæſitatione, & dubitatione, aſſentiri ſacræ ſcripturæ debet, & ſicut in Philoſophorum ſcholis dicitur, contra negantem principia non eſſe diſputandum, propterea quod tollens ſeu negans principia, nō pugnat cum argumētis, ſeu cum arte, ſed cum ipſa natura: Ita multo magis Chriſtiani abhorrere debent ab omnibus ſpiritibus, qui veritatem ſeu certitudinem ſacræ ſcripturæ, in

ræ in dubium vocant, quia omnium principiorum primum, & ſupremum principium eſt, Deum eſſe verum. Qui contra hoc principium principiorum diſputant, prorſus audiendi non ſunt, propterea quod ſunt athei, cum ipſo Deo pugnantes, & Deum negantes, ſicut Pſal. 14. ſcriptum eſt, Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus: Quia autem, proh dolor, omnibus temporibus aliqui ſunt athei, & blaſphemi deriſores diuinæ ſcripturæ, quales fuerunt Iulianus Apoſtata, Imp: Alexander, & Clemens pontifices: Ideo prodeſt in conſpectu habere quædã euidentia teſtimonia, ſeu argumenta, quæ mentes hominum confirmant, vt huic doctrinæ, quæ in ſcriptura proponitur, aſſentiantur. Sit itaq; primum teſtimonium, ſeu argumentum, Antiquitas. Erudite enim à Tertulliano dictum eſt, primum quodq; veriſsimum eſſe. Non dubium eſt, ideo Deum condidiſſe, & hactenus ſeruaſſe, & vſq; ad finem mundi ſeruaturum eſſe humanum genus, vt eſſet & ſit Eccleſia, in qua vera ipſius Noticia, & vera doctrina luceret & luceat. Sic neq; dubium eſt, inde ab initio generis humani veram doctrinam religionis extitiſſe in Eccleſia, de vera cognitione eſſentiæ & voluntatis Dei, de Iuſtificatione hominis, de fide, de vera inuocatione, & de veris cultibus Dei: Non enim nunc & heri tantum, ſed per-

petuo vera fuerunt, ſunt & erunt dicta hæc: Deum nemo vidit vnquam, filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. Item fruſtra colunt me doctrinis hominum. Nulla autem doctrina religionis eſt antiquior, quam ea, quæ in ſcriptura biblica præſcripta eſt, ſicut teſtatur exordium libri Moſi, & tota doctrinæ Biblicæ ſeries, atq; concordantia per ſcripta Prophetarum, Euangeliſtarum & Apoſtolorum, reliquæ, omnes doctrinæ præ ſe ferentes Religionis ſpeciem, & tamen à doctrina Biblicæ ſcripturæ diſcrepantes, ſunt nouæ, excogitatæ ab hominibus, & inter ſe varijs modis diſſonantes, id quod luce meridiana clarius demonſtrant idolatricæ doctrinæ ethnicorum de multitudine & Genealogijs deorum, Item veterum pſeudoprophetarum, Phariſæorum, Sadducæorum & recentium Iudæorũ, Turcarum, Papiſtarum, & omnium hæreticorum doctrinæ. Debemus autem quotidie gratias agere Deo, quoties Moſen legimus, quod certo conſilio voluit Deus vt ille diuinus ſcriptor, cum prima & antiquiſſima doctrina, etiam primas & antiquiſſimas hiſtorias, à creatione & exordio mundi, vna cũ exactiſſima chronologia, ſeu computatione annorum coniungeret, vt ipſa computatio annorum in obſeruatione hiſtorica, ſimul etiam de antiquitate doctrinæ admoneret. Inter ethni-

cas

eas hiſtorias nullæ certam ſeriem longius producunt, quam hiſtoriæ Græcæ. Atqui exiſtimant Græci, res longe antiquiſſimas eſſe expeditionē Argonauticam Iaſonis, ac ſociorum, & bellū Troianum. Sed computatio annorum oſtendit, Argonauticam expeditionem non eſſe antiquiorem hiſtoria Iairi, iudicis Iſraelitarum, & Troiam captam eſſe, quando Abdon iudicare cepit Iſraelem, hoc eſt, anno ab exitu ex Ægypto 330. At Moſes certa ſerie & computatione Chronologica numerat ante bellum Troianum annos bis mille, ſeptingentos & octuaginta tres, & ante expeditionem Argonauticam amplius quā annos bis mille & ſeptingentos. Eſt quoq; illud obſeruatione dignum, quod multæ narrationes aliarū gentium ſuffragātur hiſtorijs Moiſis, propterea quod haud obſcurè oſtēdunt, priora et antiquiora eſſe monumēta Eccleſiæ. Māſit diluuij nomen apud Gracos, māſerunt nomina Iapeti, Ionis & alia multa, ſed quomodo ſeruatum ſit genus humanum in diluuio, vnde ſit ortus Iapetus, quis fuerit Ion pater Ionicæ gentis, nemo eorum narrat, niſi Moſes. Celebratiſſimū eſt apud gentes nomen Hammonis, quem Arabes & Ægyptij errore coluerunt. At ex ſola Moſis hiſtoria facile iudicari poteſt, eas gentes ortas ab Hamo, Noæ filio degenere,

retinuiſſe

retinuiſſe nominis memoriam in idolatrico cultu, qualis fuit mos Ethnicarum gentium. Hæc annotatio de antiquitate hiſtoriarum, quæ à Moſe à creatione vſq; mundi deſcriptæ, & cum doctrina Eccleſiæ coniunctæ ſunt, valde vtilis eſt. Et quamuis ad autoritatem ſcriptorum Moſaicorum ſufficere debet autoritas Spiritus ſancti, & commendatio Ieſu Chriſti, filij Dei, citantis libros Moſis, quamuis etiam extat teſtimonium de Prophetia Enoch in Epiſtola Iudæ, quæ oſtendit Eccleſiam, etiam ante Moſen habuiſſe deſcriptã doctrinam & hiſtorias, nec omnino reijcienda eſt Ioſephi narratio, Adamum duas tabulas lapideas collocaſſe, inq; illis ſcripſiſſe creationem mundi, lapſum ſuum, & promiſsionem de Meſsia: tamen ſimul etiam ſucceſſio patrum conſideretur, quæ oſtendit, quomodo hæc ipſa doctrina, vna cum hiſtoriarum ſerie, quæ extant in libris Moſis, quaſi per manus tradita ſit. Auus Moſis Cahad circiter 35. annos vixit cum partriarcha Iacob, qui fuit annorum 50. cum moreretur Sem, qui in diluuio ſeruatus eſt, vna cum patre Noha in arca. Nohæ vero pater Lamech cum primo parente Adamo vixit annos 56. auus Nohæ Mathuſalẽ vixit cum Adamo annos 253. Hæc obſeruatio non minus iucunda eſt quam vtilis. Secundum teſtimonium ſeu argumentum

tum

tum certitudinis, ſunt diuina miracula, addita huic doctrinæ, quæ in ſacra ſcriptura traditur, & exhibita illi populo, qui fuit eius doctrinæ & ſcripturæ cuſtos. Quod autem miracula diuina ſint teſtimonia doctrinæ, id non ſemel repetitur, & Marci vltimo expreſſe ſcriptum eſt: Apoſtoli egreßi prædicauerunt Domino cooperante, & ſermonem confirmante per ſigna ſubſequentia. & Heb. 2. Quæ ſcilicet ſalus cum per Dominum primum enunciata eſſet, ab eis qui audiuerunt, certo perlata eſt ad nos, conteſtante Deo ſignis & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus ſancti donis, ſecundum ſuam voluntatem diſtributis. Quamuis autē verum eſt, totum mundum eſſe Theatrum miraculorum Dei apud omnes gentes, ſiue curſum cœli & ſyderum, ſiue conſeruationem ſpecierum in animalibus & plantis, ſiue ipſam vitam & actiones animæ ac corporis in homine, ſiue Oeconomiarum & politiarum conſeruationes, mutationes, incrementa & decrementa, ſiue bonorum defenſiones, & liberationes, & ſceleratorum pœnas conſideres, deinde quamuis etiam verum eſt, Diabolos quoq; ad Idolomaniarum conſtabilitionem facere miracula mendacia, ſeu miraculorum præſtigias, quod & Chriſtus Matth. 24. & Paulus 2. Theſ. 2. affirmat, & experientia teſtatur, tamen habet Ec-

cleſia

cleſia ſemper ſua propria miracula, quæ certis notis & ſignis ab alijs miraculis diſcerni poſſunt, ſicut alibi de diſcrimine miraculorum dicitur. Et in his multa ſunt immitabilia Diabolis, quorum ſimilia nunquam ſunt facta, neq; fient vnquam apud alias gentes, ſicut Iohan. 9, dicitur: à ſeculo non eſt auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati. Et magi Ægyptij cum amplius non poſſent miracula Moſis & Aaronis imitari, coram Pharaone faſſi ſunt, ea virtute Dei effici. Eius generis miracula ſunt, aſſumptio Enoch & Eliæ in cœlum. Seruatio Nohæ in Diluuio, Fœcundatio effœtarum, & ſterilium Mulierū, ſtatio Solis & Lunæ, regreſſus Solis, multa miracula eductionis ex Ægypto, Eclipſis ſolis in plenilunio, reſuſcitationes mortuorum, partus virginis, & omnia miracula Chriſti, tum quæ facta ſunt in ipſius conceptione, natiuitate, morte, & reſurrectione, tum quæ fecit ipſo tempore diſpenſationis, oſtendens gloriam ſuam, confirmans ſuam miſſionem, & doctrinam, & demonſtrans per ſe regnum Dei ad nos veniſſe, ſicut inquit Matth. 12. Si ego in Spiritu Dei eijcio dæmonia, Ergo peruenit ad vos Regnum Dei, Item miracula quæ ſunt facta in manifeſta miſſione Spiritus ſancti, Act. 2. Talia Exempla non ſunt alibi facta, ſed tantum in Eccleſia cuſtodiente doctrinam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſacræ ſcripturæ Biblicæ, ſicut Pſal. 147. ſcriptum eſt, Non fecit taliter omni nationi & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Sunt itaq; teſtimonia confirmantia eam doctrinã quæ in ſacræ ſcriptura librorum Biblicorum traditur.

Tertium Argumentum ſunt prædictiones propheticæ, ſeu vaticinia, & euentus cum illis congruentes, prædictiones, inquam, non tantum promiſsionum, de Meſsiæ miſsione in carnem, quas omnes ad minutiſsimum apicem vſq; impletas eſſe, Euangeliſtarum & Apoſtolorum ſcripta teſtantur, ſed etiã aliæ prædictiones de cruce, perſecutionibus, defenſionibus, liberationibus Eccleſiæ, de pœnis, vt de diluuio, de captiuitate Babylonica, et alijs. Itẽ de vaſtationibus regionum, rerumpub: de mutationibus imperiorum, Regnorum, Monarchiarum, & de alijs rebus, quæ omnes ſunt impletæ, & adhuc implentur vſq; ad finem mundi.

Quartum Argumentum ſeu teſtimonium eſt ipſum genus doctrinæ. Neceſſe eſt fateri in nulla doctrina Ethnicorum tradi certam doctrinam de Deo, de creatione mundi, de origine hominis, de cauſa peccati, miſeriarum, mortis. Sic quoq; fateri neceſſe eſt, nullos Philoſophos tradidiſſe integram doctrinam legis, Atqui de Euangelica doctrina & conſolatione

de remiſsi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

de remiſsione peccatorum, propter filium Dei, de vita æterna, omnibusq́ beneficijs per Chriſtum nobis acquiſitis, prorſus muti ſunt & tacent omnes Philoſophorum libri. Admirantur quidem ſæpe Philoſophi fabricam & gubernationem mundi, aliquando etiam aliquid tanquã per ſomnium dicunt de Deo, de immortalitate animæ, de pœnis poſt hanc vitam, quæ vt Iuſtinus Martyr inquit, mutuati ſunt à Prophetis, tanquam ſemina veritatis, ſed nihil certi de his rebus aut ipſi ſciunt, aut alios docent, quarum agnitionem homini eſſe neceſſariam etiam ipſa cognoſcendi ſeu ſciendi cupiditas admonet: quare aſſentiamur doctrinæ ſacræ ſcripturæ, in qua tale genus doctrinæ traditur, quod nulla ſapientia humana inuenire potuit, & cuius certitudinem ac veritatem percipimus in ipſa conſideratione, in ipſis rebus, in ipſa experientia, deniq; in efficacia, ſiue cum per legem terremur, ſiue cum per Euãgelij conſolationem erigimur.

Quintum Argumentum ſeu teſtimonium eſt miraculoſa & perpetua conſeruatio doctrinæ biblicæ, per ſeriem Doctorum in Eccleſia, iuxta dictum Zachariæ 7. de miſsione Prophetarum: verba quæ miſit Dominus Deus exercituum per manus Prophetarum priorum. Item Heb. 1. Multifarie multiſq́ modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſsime in diebus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in diebus illis locutus eſt nobis in filio. Epheſ. 4. Et ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, alios Prophetas, alios Euangeliſtas, alios paſtores, & doctores, ad conſummationem ſanctorum in opus myſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur à vento doctrinæ in aſtutia, ad circumuentionẽ. Huius Argumenti meditatio complectitur magnam confirmationem, quia oſtendit, neceſſe eſſe eam perpetuam conſeruationem vnius & vniformis doctrinæ in tantis tumultibus, ruinis, & furoribus mundi, & in innumerabilium errorum colluuijs vere eſſe opus Dei, congruens ad regulam, verbum Domini manet in æternum. In alijs omnibus religionibus Ethnicis multiplices fuerunt & confuſiones, & mutationes. ſola hæc, & vnica doctrina in ſua puritate ab Adam vſq; ad nos conſeruata eſt, Dei beneficio, & ſic conſeruabitur deinceps vſq; ad finem mundi, iuxta immutabile dictum: Verbum Domini manet in æternum. Multa ſunt quæ bonam mentem delectare poſſunt, ſi ſeriem conſideret doctorum Eccleſiæ ab Adam vſq;. Adamum audiuerunt multis annis Seth, Enos, Kena, Mahalaleel, Iared, Henoch, Mathuſalem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Lamech pater Nohæ, Enos filium Seth & alios audiuit Noha. Hunc poſt diluuium poſteri audiuerunt annos 350. *Nohæ ſucceſsit filius Sem, qui dictus eſt Melchiſedech, quem audiuerunt Abraham, Iſaac & Iacob, hunc audiuerunt filij ipſius, inter quos fuit Ioſeph, qui hanc doctrinam etiam Ægyptijs tradidit, eumq́, audiuit Cahad Auus Moſis, per Moſen doctrina mirifice illuſtrata eſt, & addita ſunt diuinitus miracula & teſtimonia manifeſta. Moſen audiuerunt Ioſue, Eleazar, Phinees, & alij, & conſtitutum eſt collegium Sacerdotum ad tuendam doctrinam, & libri certi commendati ſunt. Et quanquam ſæpe poſtea in ſacerdotibus & Regibus aliquibus magna fuit & negligentia, & impietas: tamen Deus excitauit ſubinde inſtauratores puræ doctrinæ, vt Samuelem, cuius auditores fuerunt Nathan, Gad, Dauid, hos ſecutus eſt Addias Silonites, deinde Elias, Eliſæus, Eſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Eſdras, Nehemias, Machabæi, Simeon, Baptiſta, & ipſe filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Apoſtoli, & horum diſcipuli. Et quanquam ſecutæ ſunt non ſolum multæ & atroces perſecutiones, ſed etiam multiplices corruptelæ & hæreſes, tamen miſericors Deus mirabiliter hanc doctrinam huiuſq́ doctrinæ libros incorruptos conſeruauit. Et ſemper dedit confeſſores, con-*

ſeruatores

ſeruatores, inſtauratores doctrinæ vſq; ad noſtra tempora, quibus excitauit ſanctum Prophetam Lutherum, eiq; adiunxit collegas Philippum, Pomeranum, Ionam, Crucigerum, Regium, Brentium, & alios, Neq; dubitemus hanc doctrinam incorruptam vſq; ad finem mundi manſuram eſſe iuxta dictum, Verbum Domini manet in æternum. Cum hoc Argumento de conſeruatione doctrinæ coniungenda eſt conſideratio miraculoſæ conſeruationis Eccleſiæ, ſeu eius populi, qui fuit huius doctrinæ cuſtos, qui etſi alias fuit & erit maior, alias minor, tamen ſemper fuit & erit aliqua Eccleſia. quæ hanc doctrinam incorruptam retinuit & retinebit, ſicut in diluuio Eccleſia animarum octo in Arca, & tempore Eliæ, & natiuitatis Chriſti Eccleſia aliqua, quantumuis exigua, hanc doctrinam incorruptam & puram retinuit.

Sextum Argumentum ſeu teſtimonium eſt confeſſorum huius doctrinæ conſtantia, quæ dupliciter confirmat alios, primum, quia miraculum eſt, qua Deus oſtendit ſe robur addere infirmis, retinentibus hanc doctrinam in cordibus, contra & terrores, & ſupplicia, & præſentiam ſuam declarat, ſicut multi martyres, & confeſſores in ipſis perſecutionibus, & ſupplicijs mirabiliter liberati ſunt, vt Daniel & ſocij, multi quoque mirandas res effecerunt. Deinde quia celſitudo animorum

in his, qui ſupplicia placide ſuſtinent, oſtendit Euangelium eſſe in ipſis efficax, & eſſe ſemen Dei, vt Iohannes nominat, quo inchoantur æterna vita, Iuſticia & læticia.

Septimum Argumentum ſeu teſtimonium eſt Spiritus ſancti teſtimonium in omnibus credentibus, qui fide amplectuntur hanc doctrinã, præſcriptam in Biblicis libris, videlicet, fiducia, conſolatio, & læticia in corde, acquieſcens in Deo, & in veritate promiſſionum, quæ extant in his libris, quam fiduciam, conſolationem & læticiam accendit Spiritus ſanctus per huius ſcripturæ verba & doctrinam, Et qua vincuntur non ſolum anxietates, dolores, & ærumnæ huius vitæ, ſed etiam terrores mortis, condẽnationis, & inferni, imo vero ipſa mors, condemnatio, diabolus, & infernus, Quæ fiducia, conſolatio & læticia eſt ſenſus & experientia dicti Chriſti: verba quæ ego loquor, Spiritus ſunt & vita. Item Apoſtolici dicti, Euangelium eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti. Hoc teſtimonium cum ſit obſignatio diuina, per Spiritũ ſanctum ſingulorum credentium cordibus impreſſa, igitur magnifaciendum eſt, & reuerenter ſæpe multumq́ cogitanda ſunt dicta, quæ de hac obſignatione loquuntur, Iohan. 3. inquit Baptiſta. Qui acceperit doctrinam Chriſti, obſignauit, quod Deus verax eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſt. Iohan. 5. ſcriptum eſt. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium in ſe. Rom. 8. Acce-piſtis Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus abba pater. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quod ſimus filij Dei, Epheſ. 1. cum audiuiſſetis verbũ veritatis, Euangelium ſalutis veſtræ, in quo credentes obſignati eſtis Spiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionem veritatis, in laudem gloriæ ipſius.

Octauum teſtimonium ſeu Argumentum ſumitur à pœnis hæreticorum, qui hanc doctrinam corruperunt, & à pœnis hoſtium Eccleſiæ, qui hanc doctrinam, & populum huius doctrinæ cuſtodem perſecuti ſunt. Vtrorumq́; pœnæ ſunt teſtimonia, doctrinam Biblicam eſſe verbum Dei, cuius defenſor eſt Deus. Hæc argumenta ſeu teſtimonia ſæpe cogitanda ſunt, vt ea opponamus Epicureis & atheis, qui blaſphemas calumnias expuunt contra ſacrã ſcripturam, quales fuerunt Iulianus Apoſtata, & Symmachus ſenator Romanus, quem refutauit Ambroſius, & fuerunt, ſunt, & erunt omnibus temporibus ſimilia Diaboli membra.

CAPVT VI.

DE DISCRIMINE SCRIPTVRÆ SEV DOCTRINÆ Biblicæ, & Philoſophiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

PAulus inquit Colloſ.2. videte, ne quis vos deprædetur per Philoſophiam, & inanem deceptionem. ſecundum traditionem hominum, iuxta elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum. Multi non recte intelligentes hoc dictum, prorſus damnauerunt ſtudia Philoſophica, & lectionem Librorum, qui à Philoſophis ſcripti ſunt. verum Paulus non damnat doctrinam ſeu ſcientiam, collectam ex principijs diuinitus inſitis, ex lege naturæ, ex demonſtrationibus, experientia, conſideratione operum Dei, atq; exemplis diuinæ prouidentiæ & gubernationis. Sicut non damnat Arithmeticam, ita neq; alias artes bonas damnat, habentes demonſtrationes diuinitus monſtratas in natura, Sed monet abuſum cauendum eſſe, & præcipue illum abuſum, cum in doctrina fidei quærantur demonſtrationes Philoſophicæ, quas ratio intelligat, ſicut in doctrinis Geometricis, aut Phyſicis. Nec dubiũ eſt multos hac fallacia à veritate ſacræ ſcripturæ abduci in errores, & impediri, ne credant ſcripturæ, ſicut 1. Corinth. 1. ſcriptum eſt: Græci ſapientiam quærunt. Et de Platone narratur, Cum vidiſſet in Ægypto libros Moſis, & legiſſet deſcriptionem creationis, dixiſſe eum: Moſes multa ſcribit, ſed nihil probat, hoc eſt, non adfert probationes Philoſophicas ſeu demonſtrationes, quas intelligat ratio, Itaq; admonet Paulus obſeruandum & tenendum eſſe

diſcrimen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

diſcrimen inter doctrinam ſacræ ſcripturæ & Philoſophiam, neq; genera doctrinarum confundenda eſſe, neq; articulos aut doctrinam fidei, quæ in ſacra ſcriptura Biblica traditur ad demonſtrationes ſeu regulas Philoſophicas eſſe reſtringendam, ſeu accommodandam, ſeu ſecundum illas eſſe examinandã, quia vt 1. Corinth. 2. dicitur, Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, ſtulticia enim ſunt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinantur ſeu dijudicantur, Et fides noſtra non conſiſtit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Obſeruato diſcrimine non ſolum non nocet, ſed etiam vtilis eſt homini Chriſtiano ſobria & recta cognitio veræ Philoſophiæ, & artium Philoſophicarum, quæ & viam ac rationẽ dicendi, & docendi tradunt, ac monſtrant veſtigia aliqua ſeu argumenta cognitionis, prouidentiæ, gubernationis, & bonitatis Dei in conſideratione creaturarum, legis naturæ, principiorum, exemplorum in experientia. Prodeſt etiam conſiderare errores, qui ſunt in Philoſophicis doctrinis, vt ſint exempla humanæ imbecillitatis, & ſtulticiæ in ſcrutatione articulorum & myſteriorum fidei, admonentia, quod alia ſapientia reuelata à Deo, in ſacra ſcriptura, de illis myſterijs rationi incognitis, quærenda & amplectenda ſit. Ideo eleganter à Baſilio dictum eſt; vtile eſſe Chriſtianis le-

gere Philoſophorum & Poetarum ſcripta, quia cum eadem dicunt, prodeſt conſenſus, cum dicunt diuerſa, prodeſt collatio, verba Baſilij ſunt. Quamobrem ſi noſtrorum ſermonum ac gentiliũ vlla eſt conuenientia, & nobis illorum valde confert noticia. ſin minus, eas ſaltem ſimul conferendo, & differentiam diſcere licebit, cum ad melioris optionem atq; delectum non parum faciat comparatio, vt inferiora ſæpe collata ſunt potioribus ornamento. Citat etiam Baſilius exempla Moſis & Danielis, quos philoſophica doctrina excelluiſſe inquit. Extant ſimiles loci de vtilitate ſtudiorum Philoſophicorum, ſi ſint ſobria, apud Nazianzenum, Tertullianum & alios. Auguſtinus quoq; inſignem regulam tradit de recto vſu Philoſophiæ, libro 2. de doctrina Chriſtiana. Sicut inquit, Iſrahelitæ Idola & vaſa aurea & argentea Ægyptiorum auferunt, & ad iuſtos ac Deo placentes vſus conferunt, ſic Chriſtiani philoſophiam & diſciplinas liberales, quæ in Ethnicorũ libris extant, non prorſus relinquere debent, quod Ethnici eis impie abutebantur, ſed ad iuſtum prædicandi Euangelij vſum debent transferre.

Quomodo vero hæc doctrinarum genera differunt? Stolidum, impium, & blaſphemum eſt iudicium Numerij, qui apud Epiphanium inquit. Quid eſt Plato, niſi Moſes Attice loquẽs? Talia iudicia, quæ Philoſophiam cum Theolo-

gica

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gica doctrina ſacræ ſcripturæ confundunt, ſunt abominanda. Ideo ſemper ſint in conſpectu manifeſta diſcrimina doctrinarum, quorum hæc ſunt præcipua. Vnum diſcrimen poſitum eſt in reuelatione, ſicut Baptiſta inquit, Deum nemo vidit vnquã, filius vnigenitus qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. Et Chriſtus Matth. 16. Beatus es Simon, filius Ionæ, quia caro et ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui eſt in cœlis. 2. Pet. 1. ſcriptum eſt, non humana voluntate allata eſt olim prophetia, ſed à Spiritu Dei impulſi locuti ſunt ſancti Dei homines. Act. 2. Spiritus ſanctus ſedit ſuper ſingulos eorum, ac repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, ceperuntq́ loqui varijs linguis, pro vt Spiritus ille dabat eloqui. 1 Corinth. 2. loquimur ſapientiam Dei in myſterio, quæ eſt recondita, quã præfinierat Deus ante ſecula in gloriam noſtrã, qnam nemo principum huius ſeculi cognouit, quoniam ſi cognouiſſent, haudquaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, ſicut ſcriptum eſt, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligẽtibus illum. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum, Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunditates Dei, quis enim hominum nouit ea, quæ ſunt hominis, niſi Spiritus hominis qui in ipſo eſt? Sic etiam quæ Dei ſunt, ne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mo nouit, niſi Spiritus Dei Nos, autem non Spiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis, quæ & loquimur, non verbis, quæ docet humana ſapientia, ſed quæ docet Spiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, ſtulticia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinantur. Spiritualis autem omnia iudicat, ipſe autem à nemine iudicatur. Quis enim cognouit ſenſum Domini aut quis inſtruit eum? &c. Nos autem ſenſum Christi habemus. Plura teſtimonia huc pertinentia in præcedente capite recitata ſunt. Eſt itaq; hoc primum diſcrimen valde illuſtre, & conſpicuum, quod Philoſophia eſt ſapientia, cognitio, & doctrina rationis humanæ, extructa ex reliquijs principiorum naturalium, & legis naturæ, & ex accurata conſideratione & inquiſitione opificij mundani, & creaturarum ac earum virium, motuum, actionum, conſeruationis & gubernationis, nec non exemplorum, quæ in experientia & vita occurrunt, & accidunt. Sed doctrina ſacræ ſcripturæ eſt Sapientia reuelata diuinitus ſpeciali modo per vnigenitum filium Dei & per Spiritum ſanctum.

Secundum diſcrimen eſt in rebus ipſis, etſi enim in aliquibus partibus doctrina legis eſt alt-

quomo-

quomodo quædam conſonantia, vt in doctrina legis de externa diſciplina, ſeu moribus, ſæpe eadē præcepta traduntur in ſcriptura et in Philoſophorum ac Poetarum libris, tamen toto genere differt Biblica doctrina à Philoſophia, & differentia in omnibus partibus conſideranda eſt: Philoſophia Euangelij doctrinam & promiſsionis myſterium prorſus ignorat, & quamuis Philoſophia eſt aliqua pars doctrinæ legis, tamen in præcipuis partibus errat multipliciter, & in illis partibus, in quibus eſt aliqua conſonantia cum ſcriptura, eſt mutila & imperfecta, Vtrumq; exemplis declarandum eſt. Paulus Rom. 1. de gentibus dicit: Quod habeant aliquā noticiam naturalem de Deo, quā Deus creator manifeſtauit eis, hoc eſt, indidit rationi, ſeu menti humanæ, & oſtendit opificio mundi, ordine, conſeruatione & gubernatione creaturarum, ideoq; confirmatur aliquo modo illorum operū Dei conſideratione: Idem admonēt Philoſophorum ſaniorum, vt Socratis, Platonis, Ciceronis et ſimilium ſententiæ ſeu diſputationes de Deo. Et Plato quidem aliquid dicit, cum definit, Deum eſſe mentem æternam, cauſam boni in natura. Sed tamen hæc ipſa tum cognitio, tum Definitio Dei, valde manca & imperfecta eſt, quia minime monſtrat, quis ſit verus Deus, videliter pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum

filio

filio vnigenito, incarnato, paſſo & reſuſcitato, & cum Spiritu ſancto vnus Deus. Itaq; Philoſophica cognitio & definitio eſt imperfecta cognitio et definitio Dei ignoti, ſicut in ara Athenienſi ſcriptum fuit. Quemadmodum enim Chriſtus de Samaritanis inquit, eos adorare quod neſciunt: ita de Philoſophis recte dicitur, eos definire quod neſciunt, cum Deum definiunt, & diſputare de eo, quod neſciunt, quādo de Deo diſputant, imo cogitare de eo, quod neſciunt, quando de Deo cogitant. Deinde Plato & omnes Philoſophi in ſua Philoſophia de Deo, multipliciter errant, fingentes multitudinem & genealogias Deorum. Sicut autem error ſemper eſt fœcundus, & error errorem gignit, ita hi errores Philoſophorū poſtea innumerabiles alios errores, de operibus Dei, de creatione, de creaturarum conſeruatione, de gubernatione, et ſimilibus pepererunt, qui errores omnes recitari breui narratione non poſſunt. De lege quoq; dicit Paulus Rom. 2. Cum gentes quæ legem non habent, natura quæ legis ſunt faciunt, eæ legem non habentes ſibijpſis ſunt lex, oſtendentes opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, ſimul atteſtante conſcientia ipſorum, & cogitationibus inter ſe accuſantibus aut etiam excuſantibus. Ex hoc fundamento ſcilicet aliqua noticia naturali legis, conſequitur aliquo modo quædā conſonantia Philoſophicæ doctrinæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tum doctrina biblica, in explicatione legis. Imò ipſa vera Philoſophia moralis eſt aliqua pars legis diuinæ, quatenus ea natura nota eſt, Et eam conſonantiam oſtendit collatio præceptorum moralium ex vtroq; genere doctrinæ. Sed tamen in hac quoq; parte Philoſophica doctrina valde imperfecta eſt, præcipit quidē Philoſophia moralis de externa diſciplina, & gubernatione morum, ac moderatione aliqua affectuum, et reprehendit ac damnat vitioſas actiones pugnantes cum regulis ac præceptis honeſtæ diſciplinæ, Item affectuum vitioſorum contumaciam & dominationem arguit, ſed veras, præcipuas, principales & proprias virtutes primæ tabulæ maximæq; primi præcepti, quæ in omnibus alijs virtutibus & actionibus prælucere debent, Philoſophia non docet. Item, ignorat hæc dicta, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Item Fructus ſpiritus ſunt caritas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, temperantia. Item, Quidquid non eſt ex fide, peccatum eſt. Item omnia ad gloriam Dei facite. &c. Quare in doctrina de cauſa efficiente, formali & finali virtutum, omittit Philoſophia id quod eſt præcipuum. Et ſicut non intelligunt Philoſophi legem Dei requirere integritatem naturæ humanæ, quemadmodū primum creata eſt, ſeu conformi-

tatem

tatem perfectam cum voluntate Dei in omnibus actionibus, iuxta interiores & exteriores potentias, vires, ſenſus, membra, Ita neq; intelligunt lege Dei damnari non tantum externa delicta actionum, & contumaciam vitioſorum affectuum. ſed etiam prauitatem, deformitatem, corruptionem, malitiam, hærentem in ipſa natura ab Adam propagata, & naſcentem nobiſcum, vna cum omnibus fructibus malæ concupiſcentiæ in omnibus viribus, potentijs, ſenſibus, actionibus. Hic magnus eſt defectus in ipſa morali Philoſophia, deinde accedunt alij errores, de fine hominis, de ſummo bono, de natura eligente optimum, de beatitudine, Religione, & cultu diuino, & multis alijs materijs, quæ ſine cognitione ſcripturæ ſanctæ explicari haud quaquam poſſunt. Talia exempla ſæpe cogitanda ſunt, vt hæc genera doctrinarum, Philoſophiam ac ſacram ſcripturam non confundamus, ſed recte diſcernamus. Et poſſent addi plura exempla, vtpote, de Creatione, de prouidentia, de cauſis miſeriarum in humana vita, de conſtitutionibus, conſeruationibus, & mutationibus imperiorum, de pœnis tum vniuerſalibus, tum particularibus, et ſingularibus, de conſolationibus in ærumnis, & de alijs rebus, de quibus ſæpe aliquid dicunt Philoſophi, ſed non omnia, neq; integre, & ſæpe valde

errant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

errant. Semper autem ſit in conſpectu præcipuum diſcrimen de doctrina Euangelij, quæ prorſus eſt ignota rationi, & omnibus Philoſophis verſantibus tantum in Philoſophiæ ſtudijs, ſed eſt omnino arcana ſapientia Dei, per filium vnigenitum, & Spiritum ſanctum reuelata, de illis rebus, quas humani ſenſus non capiunt, & ratio humana non intelligit, videlicet de omnibus articulis fidei noſtræ, de cognitione veri Dei, eſſentiæ & voluntatis ipſius, de miſericordia & dilectione Dei erga nos propter vnigenitum filium Dei, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, deq; eiuſdem filij vnigeniti promiſſione, donatione, incarnatione, obedientia, paſſione, morte, reſurrectione, aſcenſione in cœlum, beneficijs, meritis, de promiſſione, & donatione Spiritus ſancti, de iuſtificatione fidei, de remiſſione peccatorum, de Eccleſiæ collectione, & ſanctificatione, de vera inuocatione, & veris cultibus Dei in Eccleſia, de veris conſolationibus Eccleſiæ, de Sacramentis, de reſurrectione mortuorum, de vita æterna. De his rebus nihil nouit Philoſophia, ſed omnino pertinent ad aliud genus doctrinæ videlicet ad doctrinā Euangelij, in ſacra ſcriptura reuelatam & propoſitam diuinitus.

CAPVT VII.

DE INTERPRETATIONE SCRIPTVRÆ.

SEmper fuerunt certamina & diſputationes de interpretatione ſcripturæ, & de iudicijs interpretationum. Monachi quadruplicem finxerunt modum interpretandi ſcripturam, quos vocant quatuor ſcripturæ ſenſus, Literalem, Tropologicum, ſeu moralem, Allegoricum, & Anagogicum, de quibus modis ſolent recitare hoc diſtichon.

Litera geſta docet, quid credas, allegoria,
Moralis, quid agas, quo tendas, Anagogia.

Poſtea aſſentatores Papæ finxerunt interpretationem ſcripturæ eſſe poteſtatem, & ſicut in regno aut in Imperio penes Regem, aut Imperatorem & ſupremum ſenatum eſt poteſtas interpretandi legem, & iudicandi de aliorum interpretationibus: Ita Papiſtici tribuunt Papæ tanquam ſupremo Domino, & congregationi Cardinalium & Epiſcoporum, tanquam ſupremo ſenatui, ſeu concilio, poteſtatem interpretandi ſcripturam, & de aliorum interpretationibus iudicandi. Anabaptiſtæ vero & ſimiles Enthuſiaſtæ interpretationem intelligunt Enthuſiaſticum afflatum ſine auditione, lectione, cogitatione, & meditatione

verbi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

verbi, quales fuerunt afflatus in oraculis. Hos errores reprehendi neceſſe eſt. Etſi enim in interpretatione ſuum habet locum figurarum explicatio, & recta allegoriarum accommodatio, tamē ſciant adoleſcentes, Monachorum figmentum de quadruplici ſenſu, obſcurare, & ſæpe prorſus tollere verum ſenſum, ſeu intellectum ſcripturæ. Deinde etiam hoc ſciant, toto cœlo errare papiſtas, cum dicunt, ſcripturæ interpretationem eſſe poteſtatem, ſimilem prætoriæ poteſtati. Interpretatio ſcripturæ non eſt poteſtas, ſed donum Dei, hoc eſt, lumen quod Deus per Spiritum ſanctum accendit in his, qui verbum Dei audiunt, legunt & meditantur in vera inuocatione Dei, ſicut ſcriptum eſt Iohan. 14. Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem: Et 1. Iohan 3. Ipſa vnctio docebit vos de omnibus. Et cap. 5. ſcimus quod filius Dei venit & dedit nobis mentem, vt cognoſcamus illum, qui verus eſt. Lucæ 24. de hoc dono expreſſe dicitur: Tunc aperuit Ieſus illorum mentem vt intelligerent ſcripturas, propter hoc donum, quod perpetuo manet in Eccleſia, iuxta promiſſionem Eſaiæ 9. Et in Iohanne vocatur Eccleſia columna & ſtabilimentum veritatis, non propter ordinariæ ſucceßionis poteſtatē, Nam quod hoc donum interpretandi, & intelligendi ſcripturam non ſit poteſtas ad ordinem &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ad certas perſonas, & ad vnam aliquam ſedem ſeu ſucceßionem alligata, id expreſſe dicitur 1. Corinth. 14. Prophetæ duo aut tres loquantur, & cæteri dijudicent, pono, ſi alij fuerit reuelatum ſedenti, prior taceat. Poteſtis enim omnes ſingulatim prophetare, vt omnes diſcant & omnes conſolationem accipiant, & ſpiritus Prophetarum Prophetis ſubiectus eſt. Demum contra figmentum de Enthuſiaſmo ſæpe repetantur admonitiones de ſcrutatione, auditione, lectione, & meditatione verbi Dei, & firmiter tenenda eſt ſententia, ſpiritum ſanctum non dari contemptoribus verbi, Sacramentorum, & miniſterij Euangelici, neq; in talibus efficacem eſſe.

Porro Apoſtolus Paulus tradit diuinam regulam de interpretatione ſcripturæ, vt ſit interpretatio analoga fidei. Rom. 12. hoc eſt, congruat cum fundamẽto, ſeu verbo Dei & Symbolis ſeu Articulis fidei, & inquirat veram cognitionem Dei, & filij eius Ieſu Chriſti, cui tota ſcriptura teſtimonium perhibet, quod remißionem peccatorum accipiant per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Non debet interpretatio aberrare à norma verbi Dei, ſed huic immotæ & æternæ normæ ſemper ſit conſentanea. Sunt enim immotæ & vniuerſales

Regulæ

Regulæ in Eccleſia. Qui loquitur, loquatur vt ſermones Dei. Item, Spiritus ſanctus glorificabit Chriſtum Iohan. 16. Hæ Regulæ ſint lucerna lucens in omni interpretatione, ſiue ſimplici, ſiue allegorica. Quæcunque enim interpretatio ab his regulis diſcrepat, ea eſt falſa, & propterea cauenda eſt, iuxta vniuerſalia præcepta: cauete à falſis Prophetis, Item, Si quis aliud Euangelium docuerit, anathema ſit. Item, Si quis hanc doctrinam non adfert, eum non recipiatis. Ad has regulas addit Paulus vtiliſsimam & plane neceſſariam admonitionem, de ſenſu ſeu intellectu ſcripturæ 2. Corinth. 1. Non alia vobis ſcribimus, quam quæ legitis & agnoſcitis. Hoc dicto admonet Paulus ſermonem ſacræ ſcripturæ non eſſe incertum, ambiguum, & non intellectum ſermonē, ſicut ſunt oracula et ænigmata, ſermones incerti, obſcuri, & ambigui. Tali ſermone non vtitur filius Dei, aut Spiritus ſanctus in ſcriptura, ideo certa eſt ſignificatio verborum, & phraſium, & allegoriarum, nec debet eſſe in Eccleſia licentia ludendi ambiguis interpretationibus, & transformationibus, ſicut immoderate luſit allegorijs Origenes, & qui ipſum ſecuti ſunt. Quamobrem etiam ex veſtuſtioribus multi iſtam licentiam reprehenderunt

inter quos fuit Epiphanius, cuius extat inſigne & grauiſsimum dictum, neceſſarium ad ſcripturæ interpretationem. Sic enim inquit, verba Dei non omnia indigent allegorijs, ſed ſicut ſe habent, indigent autem ſpeculatione & ſenſu, ad ſciendam cuiuſlibet rei ſubſtantiam. Hæc ſunt Epiphanij verba, Manifeſtũ eſt legis moralis ſermonem proprium & perſpicuum eſſe, ſunt quoq; proprio ſermone traditæ Euangelij promiſsiones, ſic de omnibus Articulis fidei ſentire neceſſe eſt. In quibuſdam materijs, etſi ſunt picturæ, & allegoriæ, quæ aliud ſignificant, tamen etiam verborum proprietas recte intelligatur, & ea intellecta accommodatio conſentiet cum norma ſeu Analógia fidei. Ait autem Epiphanius ſpeculatione opus eſſe, id eſt, conſideratione phraſium, figurarum, collatione locorum ſcripturæ, cogitatione circumſtantiarum, definitionibus, diſtinctionibus & recta conſcientia in argumentis. Ad hanc ſpeculationem pertinet donum & ſtudium cognitionis linguarum. Item cognitio neceſſariarum artium, Grammaticæ, Dialecticæ &c. Deinde ſenſu quoq; opus eſſe inquit, hoc eſt, experientia in vera pœnitentia, & conſolatione, Nam illa experientia in ipſo ſenſu oſtendit, quid ſignificent vocabula, & quid ſint Vita, Mors, Dolor, Timor, Conſolatio, Læticia, Fides, Spes,

Dilectio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Dilectio &c. Sit autem vt ſenſus,ita etiam ſpe-
culationis exercitium examen ſpirituale, vt
vocat Apoſtolus 1 Corinth. 2. Eo enim ſenſu
ſunt intelligendæ ſcripturæ,quo ſunt ſcriptæ,in-
quit Bernardus, quare vt deſcriptione,ita eti-
am de interpretatione intelligendum eſt illud
Pauli dictum. Nos non ſpiritum huius mundi
accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, vt ſcia-
mus quæ à Deo donata ſunt nobis, quæ & lo-
quimur,non in doctis humanæ ſapiẽtiæ verbis,
ſed in doctrina Spiritus ſpiritualibus ſpiritua-
lia comparantes, Animalis enim homo non
percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei,ſtulticia eſt
enim illi,& non poteſt intelligere, quia ſpiritu-
aliter examinantur, porro omnis interpretatio
ſcripturæ debet ſeruire ædificationi, ſicut vni-
uerſaliter de donis & miniſterijs dicitur Epheſ.
4. dedit alios Apoſtolos, alios Prophetas, alios
Euãgeliſtas, alios paſtores ac doctores, ad in-
ſtaurationẽ,in opus adminiſtrationis, in ædifica-
tionẽ corporis Chriſti,donec perueniamus omnes
in vnitatẽ fidei,et agnitionis Dei, Et 1. Cor. 14.
Quoties conuenitis, vnuſquiſq; veſtrũ canticũ
habet,doctrinam habet, linguam habet, reuela-
tionem habet, interpretationem habet, omnia
ad ædificationem fiant. Et præcipua capita, ad
quæ omnis interpretatio dirigenda eſt, annotat
Paulus,vbi de vtilitate ſeu vſibus ſacræ ſcri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

pturæ diſſerit. Rom. 15. Quæcunq; præſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam præſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Et 2. Timoth. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, eſt vtilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in iuſticia, vt integer ſit homo Dei, ad omne bonum opus apparatus.

CAPVT VIII.

CONTRA PYRRHONIORVM ET ACADEMICORVM errorem, quod nihil ſit in rerum natura & in artibus certum & verum.

Epictetus Stoicus recte exagitat Pyrrhonios & Academicos, tollentes ex rerum natura, & ex artibus veritatem, & certitudinem, docenteſq; nihil certo debere affirmari, de quacunq; re, ſed aſſenſionem de rebus omnibus ſuſpendendam eſſe, quia omnia incerta & dubia ſint. Quanta enim ſit non quidem abſurditas tantum, ſed etiam inſania in illa

Academi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Academicorū doctrina, id exempla oſtendunt. Quis enim hominum tam ſtupidæ mentis eſt, qui non iudicet inſanum eſſe, ſi quis has propoſitiones neget eſſe certas & veras: Ignis eſt calidus, Glacies eſt frigida, Nix eſt alba, ſplendente Sole dies eſt, at non puduit Academicos illas propoſitiones vt alias omnes in dubium vocare, eleganter autem dicit Epictetus, ſe, ſi Academici alicuius ſeruus eſſet tali eum ratione aut ad laqueum adigere, aut ab inſania abducere velle. Si Dominus iuberet oleum in balneum adferre, allaturum ſe ſtercus aut aliam rem fœtidam, ſi poſtularet Dominus panem, allaturum ſe lapidem, & expoſtulanti Domino reſponſurum eſſe, Nullam eſſe certitudinem, an oleum oleum, an panis panis, An vero ſtercus oleum & lapis panis ſit. Grauiſſimeq; addit, illudunt nobis Academici, cum illis quæ natura dedit vtantur omnibus, & tamen verbis ea tollant, cum frigent, accedunt ad ignem, & tamen negant hanc propoſitionem certo veram eſſe, Ignis eſt calidus, cum eſuriunt, non lapidem ſed panem poſtulant. Cum ſitiunt, non poſtulant arenam aut cineres, ſed aquam, aut vinum, & tamen negant certo ſciri, an panis ſit panis, an aqua ſit aqua, an vinum vinum ſit.

Horum puerilium exemplorum conſideratio monſtrat facilimam & euidentem rationem refutandi furores Pyrrhoniorum & Academiorum, quibus deletur præſtantiſſimum donum Dei, ſcilicet veritas, peruertitur & negatur tota rerum natura, euertuntur omnes artes bonæ, quæ ſunt præſidia vitæ, & obruitur agnitio Dei, quæ quantulacunq; eſt in natura hominis, illuſtranda & confirmanda eſt veris argumentis, non eſt extinguenda. Sed nos omiſſis furoribus illis, ad ipſam rem ſeu doctrinam de veritate & certitudine artium Philoſophicarum, & rerum in natura accedemus. Tria ſunt propoſitionum genera in omnibus artibus, & in tota vita. Aliquæ ſunt certo veræ, Aliquæ ſunt incertæ ſeu dubiæ, Aliquæ ſunt falſæ. Certo veræ propoſitiones ſunt, quæ cum rebus, quas ſignificant conſentiunt, & quibus recte cognitis, mens aſſentiri cogitur, vel propter euidentiam, vel propter demonſtrationem, vel propter vniuerſalem experientiam vel propter teſtimonia non fallentia. vt Deus eſt, Deus eſt bonus, Ignis eſt calidus, Glacies eſt frigida, Sol mouetur, Terra perpetuo conſiſtit &c. Incertæ ſeu dubiæ propoſitiones ſunt, de quibus recte cognitis, aſſenſio ſuſpenditur, aut etiamſi propter concinnitatem magis inclinamus

in vnam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

in vnam partem, tamen languida eſt aſſenſio, vt Ariſtotelici tradunt in viſione oculum intus recipere colorum ſpecies in obiectis per medium perſpicuum, Hæc propoſitio etſi eſt probabilis, tamen quia caret euidenti demonſtratione, ideo dicitur incerta, & dubia, atq; aſſenſio ipſius ſine vitio ſuſpenditur, donec alia ſententia melioribus rationibus probetur, nimirum quod viſio fiat radijs ex oculis emiſſis & obiectum ferientibus, ac comprehendentibus, Falſæ propoſitiones ſunt, quæ non congruunt cum rebus, quas ſignificant. Inter has aliæ ſunt manifeſte falſæ, Vt Ignis eſt frigidus, Glacies eſt calida, aliæ habent ſpeciem veri, ideoq; à multis cum magno applauſu accipiuntur, vt Epicurea ſententia, quod voluptas ſit ſummum bonum, etſi eſt falſa, tamē multi ſophiſticis argumentis decipiuntur, vt hanc falſam propoſitionem pro vera amplectantur. Eſt autem vera eruditio, & vera ſapientia, poſſe in omnibus artibus, & in tota vita, has propoſitiones, nimirum veras, dubias, & falſas recte ab inuicem diſcernere, certa tenere, falſa reijcere, & de dubijs argumenta in vtramq; partem recte examinare. Et quia Deus, vt eſt verax, ita vult etiam vt rationales creaturæ ad ipſius imaginem conditæ veritatem in ſcientijs, artibus, & omnibus rebus ament, inquirant, ample-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ctantur & teneant, Ideoq́; ipſimet tradidit, præſcripſitq́; in artibus & tota rerum natura certa principia, & regulas iudicandi, ſeu diſcernendi, quæ vera aut falſa ſunt.

CAPVT IX.

DE CAVSIS CERTITVDINIS IN ARTIBVS Philoſophicis & rerum natura.

STOici tria κριτήρια doctrinarum conſtituerunt, quæ ſunt normæ iudicij & certitudinis in Philoſophia, & omnibus artibus, ac ſcientijs, de quibus lux humani ingenij iudicat: Experientiam vniuerſalem, Principia nobiſcum naſcentia, & ordinem bonæ conſequentiæ, quibus recte additur quartum, quod Philoſophis ignotum fuit, nimirum teſtimonia ſacræ ſcripturæ, de quibus primo loco dicam. Multa in artibus & doctrinis Philoſophicis, imo in tota rerum natura, & vita, iudicantur ex teſtimonijs Biblicis, quorum veritas eſt certiſſima, in Phyſica doctrina omnes Philoſophi errant de mundi & creaturarum fabrica, & origine, ſola ſcriptura ſacra docet

veram

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

veram mundi & omnium creaturarum cauſam, originem, & conditionem. De perennitate fluminum varie diſputatur à Philoſophis, ſed certa ſententia recitatur à Salomone in Eccleſiaſte Cap. 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, ad locum vnde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Non tantum noſtra ætate, ſed etiam olim mota eſt diſputatio de motu terræ, & Solis conſiſtentia, ſed certam veritatem ibidem monſtrat Salomon, Terra inquit in æternum ſtat, Sol oritur & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, luſtrans vniuerſa in circuitu, cum itaq; Philoſophus de talibus rebus diſputat, eam reuerentiam ſacræ ſcripturæ, hoc eſt, ipſo Deo autori, exhibere debet, vt in certitudine teſtimoniorum ſcripturæ acquieſcat, nec contrarias ſententias aut amplectatur aut defendat, ſicut dicitur in præcepto octauo. Non dices falſum teſtimonium. In Ethica doctrina Lex Dei certiſsima eſt, veritatis regula. Itaque in Ethicis diſputationibus illud ſine omni dubio verum & certum eſt, & eſt amplectendum, quod cum Decalogo, aut ſententia aliqua ſcripturæ congruit. Quamobrē recte faciant Iureconſulti, quod in allegationibus iuris primū locū

tribuunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tribuunt teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, vt cum
de fœnore diſputatur, prohibitiones, quæ ex
tant in verbo Dei omnibus humanis legibu
& conſtitutionibus anteferuntur. Eſt enim
certiſsima regula Deo diſplicere, iniuſtum eſſ
peccatum eſſe, & nulla lege concedi deber
quicquid lege Dei prohibitũ eſt. In deliberatio
nibus & conſultationibus, de actionibus in to
vita hoc κριτήριον expreſſe omnibus homin
bus præſcripſit Deus, Ioſuæ 1. Cuſtodi & fa
omnem legem, quam præcepit tibi Moſes ſeru
meus, ne declines ab ea ad dextram vel ad
niſtram, vt intelligas cuncta quæ agis, non r
cedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed m
ditaberis in eo diebus & noctibus, vt cuſtod
as, & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo, tu
diriges viam tuam, & intelliges eam. Qu
quis in deliberationibus hoc κριτήριον ſeu ha
regulam ſequitur, ille certo nouit, quod action
iuſtas, rectas & Deo placentes eligat. Nunc
Stoicorum κριτήρια accedo, inter quæ primo
cenſeri ſolet experientia ſenſuum, ſeu exper
entia vniuerſalis, quando ſcilicet de illis, qu
ſenſu percipiuntur, omnes ſani eodẽ modo iu
cant. Namq; Deus ita nos creauit, vt ſenſib
res percipiamus, & vt omnes, qui ſumus ſa
mentis ſimiliter iudicemus de rebus ſenſib
perceptis. Certum eſt eſſe in cœlo Solem, Lu

& Stel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& ſtellas, quia oculis noſtris illa lumin a conſpicimus in cœlo: Certum eſt moueri cœlum, quia circumuolutionem videmus. Certum eſt, eſſe terram, eſſe aquam, in terra eſſe beſtias, arbores, herbas, in aqua piſces, quia has res videmus, & tangimus, certum eſt animalia edere vocem, homines loqui, quia voces & ſermones auribus percipimus: Ita certum eſt Solis radios calefacere, ignem vrere, aquam humectare, glaciem frigidam eſſe, mel dulce eſſe, Abſinthium eſſe amarum, fœminas parere, mares non parere, in vita animantium eſſe ſenſum & motum, Mortem eſſe deſtructionem ſenſus & motus, vinum & piper calefaciendi, opium frigefaciendi virtutem habere: Cicutam et venenum interficere homines, talia ſunt certa, quia hæc ita eſſe, ſenſus noſtri percipiunt, & omnes ſani homines hæc ita eſſe iudicant, moti vniuerſali experientia. Traduntur autem duæ eruditæ regulæ de experientia vniuerſali.

Prima, cum talis natura rerum condita qualem ſenſibus percipimus, opus Dei tale affirmandum eſt, vt quia ſentimus in igne calorem, in aqua humiditatem, in ſaccaro dulcedinem, in abſynthio amaritudinem, affirmandum eſt, Ignem eſſe calidum, aquam eſſe humidam, Saccarum eſſe dulce, Abſynthium eſſe

amarum

amarū, quia Deus has res ita fecit, ſeu treaui

Secunda regula eſt: Vniuerſalis expe

entia ideo vera eſt & certa, Quia dato oppo

to ſequitur naturæ deſtructio. Negare en

vniuerſalem experientiam, eſt negare natu

ordinem à Deo conditum. Negare ignem e

calidum, aquam eſſe humidam, eſt negare ig

ignem, aquam aquam eſſe.

Secundum κριτήριον *ſunt noticiæ nob*

cum naſcentes, quæ κοιναὶ ἔννοιαι *id eſt, co*

munes ſententiæ, quia ſunt omnibus per ſe n

tæ, & principia appellantur, quia ſunt pri

ſemina diuinitus inſita, quibus omnes

propter naturalem noticiam, & propter e

dentiam ſine alia confirmatione aſſentiunt.

Hæ ſententiæ ſunt certo veræ, quia ſunt

inſita mentibus diuinitus, & dato oppoſito

queretur naturæ & omnium artium deſt

ctio, vt ſi in Ethicis hæc ſententia deleat

delicta turbantia ſocietatem humanam ſu

punienda, funditus interiret ſocietas hu

na. Si hæc ſententia deleatur in Phyſi

ſeu in arte medica, contraria contrarijs cur

tur, tota ars deſtruetur, Si numerorum

ticia deleatur, ſequetur infinita confuſio rer

& alia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& actionum. Sit igitur infixum animis, principia, hoc eſt, naturales noticias congruere cum mente diuina, & transfuſas eſſe diuinitus in homines, ac propterea veras & immotas eſſe, & eſſe rectrices vitæ, & ex eis artes extrui, ac in qualibet arte ita inquiri veritatem, & acquiri veram eruditionem, ſi diſcentes hos fontes quærant, & ad hæc Exordia ſeu principia reuocare præcepta ſtudeant, imo in communi vita præluceant quoq; hæ ſententiæ actionibus & gubernent conſilia.

Tertium κριτήριον eſt intellectus ordinis in Syllogiſmo, ſeu in argumentatione recte coagmentatis membris, vocaturque vſitate demonſtratio. Hoc κριτήριον erudite additur ſuperioribus, quia concluſiones quæ bona conſequentia ſequuntur ex certis propoſitionibus, vel natura, vel per experientiam notis, tam ſunt certæ, quam ipſæ propoſitiones, ſicut dicitur in Regula: Ex vero nil niſi verum ſequitur in bona conſequentia. Et quidem cum in vita non ſatis ſit noſſe ſimplices propoſitiones, vt ſunt principia & ſententiæ per experientiam notæ, ideo Deus etiam hanc lucem addidit, vt mens humana com-

pona

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ponat, iungat conuenientia, & diſtrahat ea quæ non conueniunt, & in ea collatione plura inueniat, antea nondum animaduerſa. Ac ne aberremus, ſimul Deus monſtrauit ordinem, & metas, quas in tali compoſitione ſeruari neceſſe eſt. Hæ metæ vocantur Syllogiſmi recte facti, & quia inter primos ſunt Syllogiſmi Arithmetici, in his perſpicuitatem conſequentiæ conſideremus. Natura notæ ſunt proportiones, in harum collatione vero Syllogiſmi ordine poſitis tribus numeris quantum ſequi neceſſe eſt.

Vna libra ceræ valet drachma vna,
Hic ſunt libræ decem, Ergo
Decem drachmæ erunt precium.

Hic ordo eſt primæ figuræ ſyllogiſmorũ, ſi dextre accommodes, nã maior pro vniuerſali ponitur. Quælibet libra valet vna drachma, vel, quot ſunt libræ, tot ſunt drachmæ, vt autẽ proportio, quæ naturali luce mentis iudicari poteſt, oſtendit conſequentiam in talibus Syllogiſmis Arithmeticis valere & immotam eſſe: Ita in cæteris Syllogiſmis valere conſequentiam & immotam eſſe conſpicitur ex demonſtrationibus, non procul accerſitis, ſed obuijs & euidentibus, de quibus in Dialectica dicitur, & quarum euidentia ſciamus munitam eſſe certitudinem in ratiocinando. Cum igitur demon-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtrationes figurarum in Dialectica ſint illuſtres & perſpicuæ, uſitate dicitur etiam ordinem in Syllogiſmis natura notum eſſe.

CAPVT X.

DE DIFFERENTIIS PRINCIPIORVM.

PRimum diſcrimen principiorum ſumitur ex materia. Alia ſunt ſpeculabilia, alia Practica. Speculabilia principia vocantur noticiæ naturales ſeu propoſitiones natura notæ, ex quibus Phyſicæ aut Mathematicæ doctrinæ extruuntur, Vt totum eſt maius qualibet ſua parte. Item, Quæ ſunt uni æqualia, inter ſe ſunt æqualia. Item, vnius corporis ſimplicis vnicus eſt motus naturalis.

Practica principia vocantur noticiæ naturales ſeu propoſitiones natura notæ, quæ regũt hominũ mores, Vt: natura humana intelligit diſcrimen honeſtorum et turpium diuinitus inſitum mentibus, intelligit Deo obediendum eſſe in faciendis honeſtis, & vitanda turpitudine. Homo conditus eſt ad ſocietatẽ. Conueniens eſt homini tueri ſocietatem, colenda iuſticia. Conueniens eſt turbantem iniuſte ſocietatem reprimere. Hæ & ſimiles propoſitiones, quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mores regnant, dicuntur vſitatè Practica principia, quod eò diligentius conſiderandum eſt, quia cum de lege naturæ dicitur: hinc ſumitur vera & illuſtris deſcriptio.

Lex naturæ eſt noticia principiorum Practicorum & concluſionum, quæ ex illis bona conſequentia ducuntur, diuinitus inſita mentib. humanis, primum de agnitione Dei, & obedientia Deo debita, Poſtea de moribus ciuilibus, qui referendi ſunt ad hunc finem, vt Deus celebretur. Apud Ciceronem lib. 1. de legibus extat talis definitio: Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetq́; contraria.

Secundum principiorum diſcrimen hoc eſt: Principiorum alia alijs illuſtriora, aut etiam priora ſunt, Geometræ prima & maxime illuſtria principia vocant κοῖνας ἐννοίας καὶ ἀξιώματα, *Poſtea ponit theſes, hypotheſes, & poſtulata. Philoſophia moralis ex Phyſica aſſumit hanc propoſitionem: Natura hominis condita eſt ad certum finem, id in Phyſicis demonſtratur, non confirmatur in philoſophia morali, ſed recipitur tanquam hypotheſis, id eſt, firma propoſitio aliunde aſſumpta, vt ſit inchoatio doctrinæ moralis. Vt autem principia Arith-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rithmetica & Geometrica, & demonſtrationes inde factæ, firmæ & immotæ ſunt, ita ſciamus reuera principia Practica, & demonſtrationes inde factas, firmas & immotas eſſe, ſicut aſſenſus firmus & perpetuus eſt, quo aſſentior huic propoſitioni, Bis quatuor ſunt octo, ita firmo aſſenſu amplecti homines oportebat hanc propoſitionem, Non faciendum eſt furtum. Sed in hac caligine minus illam diuinam lucem conſpicimus, & praui affectus languefaciunt aſſenſionem in practicis materijs. Ideo Cynici ſuſtulerunt principia practica, & demonſtrationes practicas, qui dixerunt, Nihil eſſe in natura iuſtum, ſed tantum opinione. Quod cum & falſum ſit, & contumelioſum, aduerſus Deum, monendi ſunt ſtudioſi, vt vim horum principiorum, & harum demonſtrationum recte conſiderent, & aſſenſionem confirment cum veris rationibus, tum vero etiam teſtimonijs voce Dei traditis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XI.

DE ARTIBVS DICENDI ET PRIMVM de Grammatica.

IN Scholis tres artes dicendi traduntur, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, quarum vnus finis eſt, nimirum veritas in ſermonibus, ſiue in narrationibus, ſiue in negotijs, ſiue in Iudicijs, ſiue in doctrinis, iuxta regulam, Matth. 10. Sit ſermo veſter eſt eſt, non non, quod vltra hæc adiungitur, à malo eſt. Ad Grammaticam refero ſingularum linguarum veram cognitionem, hoc eſt, verum intellectum & vſum ſermonis, vocabulorum, phraſium, & figurarum in qualibet lingua. Hoc ſtudium decet omnes homines, & præcepto octauo mandatum eſt, vt in qualibet lingua proprie, perſpicue & ſine inſidioſa ambiguitate loquantur de rebus, & ſicut prouerbio dicitur: Scapha ſcapham, Ficu ficum nominent, non ludant obſcuris & dubijs ænigmatibus, nihil certi ſignificantibus, hoc eſt, aut negantibus, aut affirmantibus, quales deluſiones fuerunt in Delphicis reſponſis.

Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.

Item, Pyrrhus Halim tranſiens magnum perdet Imperium. Tales deluſiones ſeu ambigui

ſermo-

ſermones,nec affirmationes,nec negationes, ſed inſidioſæ & fraudulentæ ſunt deceptiones, quæ cum præcepto octauo pugnant, Non dices falſum teſtimonium. Deinde illis qui alios docent, hoc ſtudium eſt neceſſarium, vt eas linguas diſcant, quæ ad illarum doctrinarum noticiam, quas profitentur, pertinent, ne ignoratione linguarum decepti, à veris ſententijs aberrent, & falſa pro veris doceant. Hoc ſtudium indagandi veritatem,ex cognitione fontium,ſeu linguarum, in omnibus artibus & doctrinis requiritur præcepto octauo. Sic præter vernaculam linguam Theologo neceſſaria eſt cognitio linguarum: Hebrææ, Græcæ & Latinæ, vt libros Propheticos & Apoſtolicos, Hebraicè & Græcè ſcriptos, & orthodoxorum patrum, qui partim Græco,partim latino ſermone ſcripti ſunt, recte intelligat, & interpretetur. Iureconſulto ad verum legum intellectum, & interpretationem,in primis opus eſt Latinæ linguæ,& phraſium, quibus Cicero & alij Oratores veteres vſi ſunt cognitione. Medico vtriuſq; linguæ, Græcæ & Latinæ noticia omnino eſt neceſſaria, ne errore exiguo vnius vocabuli deceptus hominem, quem ſanandum accepit, interficiat, & contra vtrumq; præceptum quintum & octauum peccet. Quia autem non ſolum vana, ſed etiam periculoſa eſt varietas appellationum,

 & ſen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& ſententiarum apud Medicos, de herbis & alijs rebus, quarum vſus eſt in medicatione, Ideo Magiſtratus qui ſunt corporum & bonorum tutores, deberent in eam curam incumbere, vt Synodus peritorum medicorum conuocaretur, qui vnam certam nomenclaturam plantarum, & rerum ſimplicium, atque vnam compoſitionum formam, & ponderum regulam conſtituerent, ne rixis & diſſenſionibus & erroribus medicorum multis vita eriperetur.

CAPVT XII.

DE DIALECTICA.

PRopriè ad octauum præceptum pertinet Dialectica, quæ eſt ars inquirendi veritatē in omnibus ſcientijs, & Cicerone teſte lib. 3. de finibus, ideo inter virtutes numerata eſt à Stoicis, quod habeat rationem, ne cui falſo aſſentiamur, neue vnquam captioſa probabilitate fallamur, eaque quæ de bonis & malis diceremus, tenere tueriq; poſſimus. Plato 7. Dialogo de Republica dicit, Hanc artem ſolam eſſe participem rerum verarum, & legem ſtatuendam eſſe admonet, qua iubeantur diſcen-

diſcentes hanc artem potiſsimum diſcere. In Parmenide Socrates adoleſcentem aſpirantem ad altiores artes ſine Dialectices cognitione his verbis alloquitur. Pulcherrimus profecto impetus eſt, quo incitatus es ad optimas artes, ſed retrahe te, et magis in Dialectica exerce. dũ iuuenis es, id niſi feceris, veritas te effugiet. Diſcernatur autem ars Dialectica à Sophiſtica, quæ pugnat cum præcepto octauo, propterea quod falſas ſentẽtias inſidioſe ornat, & incautis obtrudit. Recte itaq; de illa dicitur à Salomone: qui ſophiſticæ loquitur odio dignus eſt.

CAPVT XIII.

DE RHETORICA.

SApienter & recte dictum eſt: eloquentia eſt Deo grata dicere. Eſt autem Deo grata veritas. Itaque ars Rhetorica ſeu oratoria ideo eſt diſcenda, vt de rebus veris perſpicuè, ſapienter, & ornate dicatur, & vt vi orationis homines perſuadeantur, vt veris ſententijs aſſentiantur, Rhetorica non debet eſſe ſycophantica aut adulatoria ars, quemadmodum propter abuſum apellatur in Gorgia Platonis. Quintilianus elegãter dicit, bonũ Oratorem eſſe non poſſe, niſi idem ſit vir bonus, quod Cato velut ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Oraculo protulerit, Oratorem eſſe virum bonum dicendi peritum. Stoici vt Dialecticæ ſcientiam & vſum, ita etiam eloquentiam virtutem eſſe dixerunt ſapientiæ ſpeciem, quia vt Ariſtoteles inquit: Rhetorica docet iuſta perſuadere & contraria fugere. Extat inſignis locus apud Ciceronem tertio de Oratore, qui memoria dignus eſt: Quo maior eſt vis, inquit, eloquentiæ, hoc eſt magis probitate iungenda, ſummaq; prudentia, quarum virtutum expertibus, ſi dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem Oratores effecerimus, ſed furentibus quædam arma dederimus. Nihil autem tam eſt inhumanum (ait idem Cicero 2. Officiorum) quam eloquentiam ad ſalutem hominum & conſeruationem datam, ad bonorum peſtem pernitiemq; conuertere. In Eccleſia cum eloquentia confertur ad ædificationem & explicationem vtilis doctrinæ, & verarum ſententiarum, maximam adfert vtilitatem, ſed cum homines impij eloquentiæ dono ad hæreſes, & Eccleſiarum turbationes abutuntur, id maximum & pernitioſiſſimum vitium eſt. Noti ſunt Adoleſcentibus verſus Vergilij, in quibus vtrumq; dicit: Oratorem bonum ſimul etiam virum bonum eſſe oportere, quia Menandro teſte, mores dicentis, perſuadentes non oratio, & talis Oratoris boni incomparabi-

lem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lem in ſocietate & Rebuſpublicis vtilitatem eſſe.

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta
eſt
Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat,
Tunc pietate grauem & meritis ſi forte virum
quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſq; auribus aſtant.
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

CAPVT XIIII.

DE MVSICA.

MVſica canendi ars eſt, quæ voces ac ſonos certis numerorum & menſurarum proportionibus moderatur, & quidem ipſa ſuauitas & vis Muſices oſtendit hanc artem naturæ humanæ congruere, & ex veris principijs proportionum naturæ conuenientibus eſſe extructam, Eſſe enim in Muſica admirabilem quandam virtutem, ad mouendum animos hominum, & afficendum corda & ſenſus omnes ſentimus. Eadem dicta ardentius in animos & corda hominum penetrant, magiſq; afficiunt additis harmonijs muſicis, quam ſi tantum pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nuncientur. Indigniſſima vero res eſt quod leues homines tam inſigni, dulci & efficaci ad mouendum animos arte abutuntur ad nugas & obſcœnitates, cuius ſi vſus tantum ad res pias, bonas, honeſtas, & vtiles conuerteretur, maximam ſui admirationem & amorem concitaret. Præclare à Platone ſcriptũ eſt in Timæo. Cum nihil tam cognatum ſit mentibus noſtris, quam numeri atq; voces, quibus & excitamur & incendimur, & lenimur, & langueſcimus, & ad hilaritatem, & ad triſticiam ſæpe deducimur. Non eſt hominis liberaliter inſtituti tantum ad voluptatem, rationis expertem, Muſicam referre, ſed concentu animum perturbatum reuocare ad tranquillitatem, cuius rei gratia hoc donum à Muſis hominum generi datum eſt.

Ariſtoteles 8. politicorum ait eſſe aliquas naturales recreationes defeſſæ naturæ, inter quas etiam Muſicæ harmoniæ ſunt, & has non ſolum adferre voluptatem, ſed etiam multa docere, vt tota vetuſtas cantilenis hiſtorias, & multas vtiles cõmonefactiones complexa fuit, Et Homerus idcirco fingit Achillem ludentem Cithara more veterum, accinere cantilenas de antiquorum Heroum rebus geſtis, & virtutibus, tum etiam efficere Muſicam ait mitiores

res & magis compoſitos mores, ſicut Horatius de Orphei Muſica ſcribit.

Syluestres homines ſacer interpreſq́; Deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lenire Tygres rapidoſq́; leones.

Imo etiam habere quandam ſingularem vim ad ſubitam affectuum moderationem, ſicut Orpheus iratos Duces Argonautas lyra ſua ad tranquillitatem reuocauit. Maxima accedit dignitas arti Muſicæ ex commendatione Spiritus ſancti in ſacra ſcriptura, quæ & vocalem & inſtrumentalem Muſicam commendat. Suffocato Pharaone Iſraelitæ Epinicion cecinerunt Domino, non voce tantum, ſed etiam inſtrumentis Exod. 15.

Dauid canens Cithara Pſalmos ſeu hymnos, Spiritum malum à Saule fugauit, ſicut ſcriptum eſt, 1. Regum 16. Quandocunque ſpiritus Domini malus arripiebat Saulem, Dauid tollebat Citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & lenius habebat, recedebat enim ab eo Spiritus malus. Atq; Dauid regnum adeptus ordinauit ad cultum Dei cantores, & organa Muſica, Pſalmoſq́; ad eum vſum compoſuit, id quod Pſalmorum aliquorũ tituli commonſtrant. Et noti ſunt vltimi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Pſalmi verba, Laudate Dominū in ſono tubæ, Laudate eum in Pſalterio & Cithara, laudate eum in Tympano & Choro, laudate eum in Chordis & Organo, laudate eum in Cymbalis, bene ſonantibus, laudate eum in Cymbalis iubilationis, omnis ſpiritus laudet Dominū, Alleluia. Noſtraq; ætate ſanctus Propheta Lutherus ea in re cum maxima laude, & Eccleſiæ vtilitate Dauidem ſecutus eſt, ſicut liber Pſalmorum ſeu Hymnorum Lutheri teſtatur.

In Epiſtola ad Epheſios extat expreſſum mandatum de vero vſu Muſices, quod omnibus pijs notum eſſe debet: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis & Hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris. Domino gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Adſcribam pauca inſignia Patrum dicta de Muſices laude.

Baſilius in prooemio Pſalterij: Pſalmi cum concinna quadam delectatione & voluptate mentem ſalutari doctrina & ſapientia imbuunt, Cum enim videret Spiritus ſanctus, difficulter genus humanum poſſe ad pietatem, & virtutem flecti, propterea quod neglecta viuendi ratione, ad voluptatem prono feratur impetu,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

impetu, melodiæ oblectationem doctrinæ præceptis commiſcuit, vt vna cum ſuauitate & dulcedine rerum bonarum & vtilium doctrina animis illaberetur, iuxta ſapientium medicorum conſuetudinem, qui auſteriora pharmaca ægrotantibus præbentes melle oram calicis illiniunt, propter hanc igitur cauſam concinna hæc Pſalmorum carmina nobis excogitata ſunt, vt ætate & virtute iuuenes ſua quidem opinione canerent, reuera autem animos erudirent. Nemo enim ex ignaua multitudine Apoſtolicum aut Propheticum præceptum facile memoria complectens, ex templo domum diſcedit. Sed Pſalmorum Oracula, & domi cum voluptate canunt, & in foro ſecum circumferunt, & multi prorſus iracundia effrenati, poſtquam Pſalmorum cantu mulcentur, feris ac temerarijs animi motibus ſopitis, ſedati ac tranquilli domum redeunt.

Pſalmus animis tranquillitatem adfert, & ſedans turbulentos cogitationum fluctus, pacem in cordibus gubernat, mollit animi aſperitatem, refrenata intemperantia ad modeſtiam & ſobrietatem hominem flectit, conciliat amicitiam, coniungit diſſentientes, Inimicos reconciliat, quis enim eum iudicauerit amplius hoſtem eſſe, cum quo vna voce Deum compellauit

uit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uit? Proinde præſtantiſſimum bonum, mutuam videlicet dilectionem Pſalmodia præbet, dum concentum veluti vinculum quoddam, ad coniungendos animos adhibet, & in vnius chori conuentu totam Eccleſiam coagmentat. Pſalmi Dæmones fugant, Angelorum auxilia aduocant, pellunt timores nocturnos, mitigant labores diurnos, Infantes defendunt, viris ornamento ſunt, ſenibus ſolatium præbent, Mulieres decenter ornant, ſolitudines habitatoribus replent, cœtus hominum ad modeſtiam aſſuefaciunt, Inſipientes primis rudimentis inſtituunt, proficientibus acceſſionem addunt, perfectos confirmant.

Pſalmi communis Eccleſiæ vox ſunt, dies feſtos illuſtrant, eam quæ ſecundum Deum eſt, triſticiam efficiunt. Nam ex lapideo corde poſſunt lachrymas euocare, Pſalmos canere munus angelicũ eſt, cœleſte πολίτευμα, ſpirituale θυμίαμα. O ſapientiſſimi præceptoris conſilium, qui canendo nos vtilia diſcere voluit. Itaq; firmius præcepta animis infiguntur, nihil .n. quod cogẽdo, quod vero cum ſuaui delectatione ſubit, multo firmius inſidet, & radices agit, quid enim non ex Pſalmis diſces, inde firmam animi magnitudinem petes, hinc veram iuſticiam, modeſtiam, grauitatem, perfectam,

pru-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

prudentiam, veram pœnitentiæ rationem, patientiam, & nihil non bonorum hauries.

Hinc perfecta Theologia eſt prædictio aduentus Chriſti in carnem, comminatio extremi iudicij, ſpes reſurrectionis, metus pœnarum promiſsiones gloriæ, myſteriorum reuelationes, omnia hæc tanquam in amplo aliquo, & communi penu, in libris Pſalmorum recondita ſunt.

Auguſtinus lib. 9. Confeſsionum cap. 6. Non ſatiabar illis diebus dulcedine mirabili, conſiderare altitudinem conſilij tui, ſuper ſalutem generis humani, Quantum fleui in Hymnis & canticis tuis, ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter: Voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum & exinde æſtuabat affectus pietatis, & currebant lacrimæ, & bene mihi erat cum eis. Cap. 7. Cum Iuſtina Valentiani regis pueri mater Ambroſium perſequeretur Hæreſis ſuæ cauſa, qua fuerat ſeducta ab Arrianis, excubabat pia plebs in Eccleſia mori parata cum Epiſcopo ſuo, Ibi mater mea ancilla tua, ſollicitudinis & vigiliarum primas partes tenens orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi à calore Spiritus tui excitabamur, tamen ciuitate attonita atque turbata, tunc Hymni & Pſalmi, vt canerentur ſecundum

dum morem Orientalium partium, ne populus mœrore & tædio contabeſceret, inſtitutum eſt. Ex illo in hodiernum diem retentum, multis iam ac pene omnibus gregibus tuis etiam per cætera orbis imitantibus.

CAPVT XV.

DE ARITHMETICA, GEOMETRIA ET Aſtronomia.

INter Philoſophicas doctrinas certiſſima eſt euidentia artium Mathematicarum, cum propter euidentiam principiorum ſpeculabilium, tum propter immotam & immutabilem demonſtrationum certitudinem, quibus nemo qui ſanæ mentis eſt, poteſt contradicere, ad cuius rei teſtimonium vel vnicus Euclidis liber poſſet ſufficere, ſed in re manifeſta non ero prolixus.

CAPVT XVI.

DE DOCTRINIS PHYSICIS AD QVAS ETIam Medica ars pertinet.

DV-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

DVbitarunt multi, an ſit certa veritas in doctrinis Phyſicis, propterea quod in illis artibus magna eſt artificum diſſenſio, & opinionum varietas, multos etiam mouet dictum vſitatum in Scholis, Mathematicus verſatur circa verum. Phyſicus circa prope verum. Sciant autem ſtudioſi, quod ſicut à Deo in rebus naturalibus ordo, & vires creatæ, illæque ad certos fines, & vſus deſtinatæ ſunt: Ita vere Dei voluntatem eſſe, vt in creaturarum conſideratione aſpiciamus Dei veſtigia & opera, & res nodis vtiles ad vitam tuendam quæramus. Et quanquam in hac noſtra imbecillitate ingeniorum multa ignoramus de vera arte, quæ ignorantia gignit varias opiniones, tamen non ideo tota ars ſeu doctrina tanquam incerta eſt contemnenda, aut abijcienda, ſed magis incumbendum eſt, vt ex principijs artis, & ex vniuerſali experientia magis magiſq; veritas & certitudo indies inquiratur. Paulus Roma. 1. inquit per conſiderationem operum Dei in creatione mundi, ſeu creaturis intelligi inuiſibilia Dei, quo encomio artium, etiam Phyſicas conſiderationes complectitur, ſicut eſt in verſu:

Præſentemq; docet vna vel herba Deum.

Et 2. Reg. 4. Prædicat ſcriptura in Salomone, excellentem Phyſices cognitionem, quod diſputauerit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tauerit de lignis à Cedro vſq; ad Hyſſopum, quæ egreditur de pariete, & de omnibus iumentis, volucribus, reptilibus & piſcibus.

Medica ars illuſtri commendatione ornatur, Eccleſiaſt. 38. Honora medicum propter neceßitatem, etenim illum creauit altißimus, à Deo eſt enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem, Altißimus creauit de terra medicinam, & vir ſapiens non abhorrebit illam. Hæc teſtimonia non recitarentur in ſcriptura, ſi nulla eſſet certitudo harum doctrinarum, Et quidem, ipſi ſenſus noſtri, de certitudine & veritate iudicare poſſunt, Ignem eſſe calidum, calorem ignis ab aqua extingui, Mel dulce eſſe, abſynthium eſſe amarum, glycyrrizam mederi tußi, nemo ſanus negat, propterea quod ipſi ſenſus & experientia hæc vera & certa eſſe teſtantur, Cum itaq; vera Phyſica nihil aliud ſit quam conſideratio rerum naturalium, quales à Deo ſunt creatæ & medica ars ſit Phyſices vſus ad conſeruationem corporum accommodatus, ſicut Deus ordinauit, iuxta dictum Eccleſiaſtici: Altißimus creauit medicinam, ideo ab eorum clamoribus abhorreamus, qui has artes ſycophantice vituperant, peccant enim illi contra præceptum octauum: Non dices falſum teſtimonium, & non tantum artibus, ſed Deo creatori, ipſiq; naturæ rerum iniuriam faciunt,

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& homines malitioſe ſpoliant vtilitatibus, quas ex his artibus capere debent. Olim Socratis hoſtes inter cætera crimina ei obiecerunt, quod naturæ inquiſitionem aſpernaretur, & phyſicen improbaret, ideo quod ſtudia hominum ad diſputationes de moribus traduceret, ſed Xenophon hanc calumniam grauiſſime refutat, demonſtrans Socratem non abduxiſſe homines à Phyſicis, ſed ad Phyſices ſtudia adiunxiſſe doctrinam de moribus, quæ eſt neceſſaria omnibus hominibus, & ſicut vitæ humanæ, ita etiam omnium aliarum artium ornamentum eſt.

CAPVT XVII.

DE PHILOSOPHIA MORALI SEV ETHICA & Iurisprudentia, quæ eſt pars Ethices.

PHiloſophia moralis ad quam pertinet doctrina legum, eſt pars legis diuinæ, eſt enim ipſa lex naturæ, ab ingenioſiſſimis hominibus animaduerſa & explicata doctrinæ ordinæ ac ſententijs certis. Conſtat autem legem naturæ eſſe legem Dei, de his virtutibus, quas ratio intelligit. Hæc magna laus eſt Philoſophiæ moralis & legum, atque manifeſta demonſtratio certitudinis & veritatis

quæ eſt in doctrina Ethica, & honeſtis legibus, ſed ſciendum eſt, Philoſophiam moralem eſſe, non omnes omnium opiniones, ſed certas noticias, quæ ſunt demonſtrationes, aut earum membra, id eſt, principia vel concluſiones, ſic etiam leges eſſe, non quorumcunq́ hominum placita, ſed ſententias veras & honeſtas, ex lege naturæ extructas, à lege & naturæ nō diſcrepantes, accommodatas ad circumſtantias locorum, temporum & perſonarum, ſicut recte dici ſolet: de ſubſtantia legis eſt, non repugnare legi naturæ. Item, Pugnantia cum natura non habent vim legum. Itaq́ vituperantes doctrinam Ethicam, & legalem, peccant contra octauum præceptum, Non dices falſum teſtimonium, Sæpe autem cogitantur vtilitates Philoſophiæ moralis, vt ad eius ſtudium & amorem animi excitentur, Idcirco eas breuiter & ordine recitabo, ſicut erudite à D. Philippo Melanthone ſunt collectæ.

Primo, vtilis eſt collatio cum Euangelio & lege Dei, ac illuſtrat genera doctrinæ: Tenendum enim eſt diſcrimen legis & Euangelij, & ſciendum eſt, Ethicam doctrinam eſſe partem legis diuinæ de ciuilibus moribus.

Secunda vtilitas, Quia Ethica doctrina pars eſt legis naturæ, & quia Deus vult legem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

naturæ cognoſci, certæ hæ diſputationes proſunt, quæ per ſigna & demonſtrationes colligunt leges naturæ, & ordinem monſtrant.

Tertia, Cum velit Deus legibus magiſtratuum regi ciuiles mores, etiam hanc doctrinam approbant, quæ legum fons eſt.

Quarta, cum diſcunt homines erudita ratione metiri officia, fiunt mores mitiores.

Quinta, hæ diſputationes ſunt exempla methodi.

Sexta, Etiam in Eccleſia in diſputationibus de ciuilibus officijs, & moribus multa ſumuntur ex hac doctrina, videlicet ex lege naturæ, vt cum de contractibus, de officijs magiſtratuum, de virtutibus plerisq́ꝫ, de legibus humanis diſſeritur. Et maiori dexteritate explicare tales materias poſſunt, qui recte inſtituti ſunt in hac Philoſophia.

Septima, Plurimum refert tenere diſcrimina virtutum, affectuum, temperamentorum, inclinationum, habituum.

Octaua, In dicendo & ſcribendo hæc doctrina ſuppeditat multa egregia lumina, ſæpe enim incurrunt negotia in locis huius artis.

Nona, Vtile eſt obſeruare, quæ noticiæ nobiſcum naſcuntur, vt numerorum, menſurarum, ordinis, ſed multo præſtantiores ſunt no-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ticiæ morales, quæ monſtrant Deum, & oſtendunt diſcrimen honeſtorum & turpium

Decima, Et harum noticiarum conſideratio admonet nos, ex quanta dignitate deciderint homines. Transfuderat Deus imaginem ſuam, noticiam Dei, & diſcrimen honeſtorum & turpium in mentes humanas, tanquam in ſpeculum, et fulſiſſent hæ noticiæ multo clarius & voluntas flagraſſet amore Dei, & omnibus virtutibus ornata fuiſſet, ſi natura hominum manſiſſet incorrupta. Nunc vero ſunt obſcuræ noticiæ, manent tamen & ſunt teſtimonia, quod ſit Deus, quod ſit prouidentia, etiamſi corda non obtemperant.

Vndecima, Ergo hæc conſideratio legis naturæ in mente hominis euidens teſtimonium eſt, quod monet eſſe Deum, & eſſe prouidentiam, Quare confirmat pias opiniones in his, qui recte inſtituti ſunt.

Duodecima, Eſt etiam teſtificatio de doctrina Religionis, quia Philoſophia cernit infirmitatem in hominis natura, & fatetur ſe cauſam tantæ calamitatis non videre, Ideo cum diuina doctrina cauſam oſtendit, & offert remedia, agnoſcendum eſt ſuperius doctrinæ genus.

Decimatertia, Vna eſt vera Philoſophia, quæ intra metas demonſtrationum verſatur, nec lu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ludit ſophiſmatibus, Ac Ariſtoteles cum ſit amans methodi, pleraq; rectius dicit, quam cæteri Philoſophi, Magna eſt autem vtilitas videre vbi errent Sectæ. Hæc collatio magis illuſtrat legem naturæ, & clarius oſtendit morbos humanos. Deniq; Cyclopica ſtoliditas & arrogantia eſt, aſpernari doctrinam hanc, quæ legum & hiſtoriarum lumen eſt, ac ſplendidiſſimum ornamentum eloquentiæ, & regula plurimarum actionum in vita.

CAPVT XVIII.

AN SIT IVDICANDVM IVXTA IVS ſcriptum, an ſecundum æquitatem.

IVdicia ſunt ordinata, vt recte & iuſte iudicetur. Et iudex id ſibi ſtudio habere debet, vt audita vtraq; parte, cauſaq; cognita, iuſtam & veram ſententiam pronunciet, nec in ſententia falſum dicat. Itaq; ad conſcientiam iudicis pertinet, vt huius quæſtionis explicationem teneat, An ſit iudicandum ſecundum ius ſcriptum, an vero ſecundum æquitatem. Eius itaq; quæſtionis eruditæ explicationem repetam ex Ethicis Domini Philippi Melanthonis, cuius hæc ſunt verba: Duæ ſunt quæſtiones.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Prior, An ſatius ſit in Rebuſpub. vti ſcripto ac certo iure, an permittere magiſtratibus, vt res iudicent iuxta naturalem æquitatem cogitatam ſine ſcripta lege, ſicut multæ gentes barbaricæ nullas habent ſcriptas aut certas leges. De hac quæſtione copioſe diſputat Ariſtoteles 3. politicorum, & pronunciat, ſatius eſſe vti ſcripto ac certo iure, quia incertæ opiniones facile pariunt diſcordias. Vbi autem non eſt ſcriptum ius, ibi ſæpe accidere poteſt, vt alijs iudicibus aliud videatur, ac præſertim potentibus, & principibus opus eſt legibus graui autoritate ſcriptis, Non .n. volent priuatis iudicum opinionibus, ſed legum oraculis cedere. Item, Ius ſcriptum frenat affectus Iudicum, Ideo Ariſtoteles tradidit ſententiam digniſsimam memoria, de ſcripti Iuris dignitate. Qui legem iubet præeſſe, Deo & legibus imperium tribuit, Qui autem hominem iubet præeſſe, præficit beluam, nam cupiditas & iracundia deprauant etiam optimos viros, Lex autem mens eſt ſine cupiditatibus. Hanc ſententiã meminerint ſtudioſi, vt magis ament ius ſcriptum, Etſi enim legum vincula ægrè patiuntur homines tyrannici, tamen ita ſtatuendum eſt, ſatius eſſe vti ſcriptis legibus, nec concedendam eſſe licentiam imperitis vituperandi ius ſcriptum. Nam & Deus ſuæ politiæ tradidit ſcriptas leges, &

Atti-

Attica & Romana Reſpub. vſu compere, runt, non poſſe retineri pacem ſine ſcripto iu: re, ſed hæc euidens eſt vtilitas, ideo de prima quæſtione non addo longiorem diſputatio- nem.

Secunda quæſtio eſt, vtrum, vbi extat ius ſcriptum, Iudex potius iuxta ſcriptum, aut iuxta æquitatem, hoc eſt, rationem priuatam, omiſſo ſcripto iure pronunciare debeat. De hac quæſtione ſunt prolixæ diſputationes, de rigore & æquitate, ſed trado ſimplicem, pla- nam & veram regulam. Regulariter ex ſcripto iure pronunciandum eſt, præſertim in ijs caſi- bus, de quibus lex principaliter loquitur, Vt enim Magiſtratui, ſic ſcriptæ legi debetur obe- dientia, ergo non licet diſcedere à ſcripto iure. Item, Iudicis ſententia habet autoritatem, non quia priuata cogitatio eſt, ſed quia legis vox eſt, Ergo Iudex debet legem ſequi, non priua- tas opiniones, nec pugnat æquitas cum ſcripto iure, nam in illis caſibus, de quibus Lex princi- paliter loquitur, grauiſſima deliberatione legis- lator deprehendit, id eſſe æquiſſimũ, quod con- ſtituit, Ideo recte inquit textus, Codice de Iudi cijs. Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſticiæ, æquitatiſq́ ſcriptæ, quam ſtricti Iuris rationem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Hic textus vetat à ſcripto diſcedi, & monet illud ipſum, quod ſcriptum eſt, æquitatem eſſe. Sed hic obijcitur: at Ariſtoteles vocat æquitatem mitigationem legis, non ſcriptam? Reſpondeo. Ariſtoteles generaliter æquitatem vocat mitigationem legis, ſiue ſcriptam, ſiue non ſcriptam, vt enim nunc plurimæ mitigationes extant ſcriptæ in ipſis legum textibus, & in commentarijs interpretum. Sic Athenis mitigabantur leges, declarabantur, inflectebantur, aut exaſperabantur decretis, quæ ipſi vocant ψηφίσματα. Idem accidit in omnibus Rebuſpub. Lex eſt, vt is qui interfecit hominem, capitali pœna afficiatur. Huic legi textus ipſe addit mitigationem in caſuali homicidio, & Doctores plurima mitigant. Quod autem ſcriptæ mitigationes ſequendæ ſunt, manifeſtum eſt, quia ſunt leges, & habent vim legum. Conſenſus enim Doctorum vim legis habere cenſendus eſt, cum non ſolum honeſta & graui ratione nitatur, ſed etiam autoritate, quæ profeſſoribus conceſſa eſt. Sed illud quæritur, an æquitas non ſcripta ſequenda ſit, ſicut indocti ſæpe contendunt. Hic iterum reſpondeo, vt ſupra, regulariter anteferendum eſt Ius ſcriptum, nec ab eo diſcedendum eſt in caſu, de quo principaliter loquitur.

Quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Quid enim attineret ſcribi leges, ſi cuilibet priuato arbitrio liceret pronunciare de quocunque caſu, ſpreta lege. Talis barbarica licentia indigna eſt bene moratis hominibus, Sed incidunt interdum caſus, de quibus lex non principaliter loquitur ac honeſta ratio flagitat moderationem propter aliquam circumſtantiam perſpicuam. Hic etiamſi deeſt ſcripta æquitas, tamen iudex adhibere debet mitigationem, vt lex de fure ſtrangulando loquitur principaliter de eo, qui atroci conſilio fecit furtum, non loquitur principaliter de homine modeſto, impulſo, fame ad furandum, Hunc igitur puniet Iudex mitius, habetq́ locum æquitas in tali caſu, nec diſſentit à ſcripto, quia ſcriptū de alio caſu principaliter loquitur. Ita Milo fuerat abſoluendus, non enim fecerat initium pugnæ, etſi poſtea modum defenſionis exceßit, quia non occidit Clodium in continenti, ſed tamen vir fortis toties petitus armis à Clodio, cum iam depugnaſſet pro vita, iuſtißimam cauſam habuit doloris & iræ, habuit igitur excuſationem valde probabilem. Quanquam autem hoc modo Ariſtoteles legum mitigationem docet, & inquit leges ſicut regulam plumbeam ad caſus nonnihil inflectendas eſſe, tamen modus eſt eius rei, videlicet vbi eſt perſpicua & probabilis ratio, ideo Imperator in obſcuris

mate-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

materijs iuſsit legum & æquitatis dijudicationem ad ſe referri.

CAPVT XIX.

DE VARIETATE LEGVM CIVILIUM.

APud Platonem Hippias diſputat, iuſtum non eſſe idem vbiq;, quia in peregrinatione compererit in diuerſis politijs eſſe diuerſas leges, Et hæc quidē ita eſſe, negari haud poteſt, quia exempla ſunt manifeſta, Anglicæ, Danicæ, Polonicæ leges, in multis non concordant, cum legibus Imperij Romani, & cum Gallicis legibus, & in vno Imperio ſæpe ciuitatum municipalia ſtatuta ſunt diuerſa. Cum autem verum ſit vnum & ſimplex, & plus vno verum, eſſe non poſsit, non abs re eſt, quod Hippias mouet illam diſputationem, An iuſtum poſſit eſſe diuerſum & mutabile quæ his quæſtionibus eſt agnata, An in illa varietate ſeu diuerſitate poſsit eſſe veritas legum, ſeu ſententiarum quæ pronuntiantur ſecundum leges, & an Iudex ſecundū ſuæ iurisdictionis leges pronuncians de cauſis, poſsit cum bona conſcientia eſſe certus, quod vere & recte pronunciet, nec peccet contra præceptum octauum, Non dices falſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

falſum teſtimonium, Explicationem harum quæſtionum eſſe conſcientijs vtilem & pertinere ad legem, autoritatem, & reuerentiam, nemo non intelligit. Sic autem reſpondeo, Fons & fundamentum omnium honeſtarum bonarumq; legum, eſt Decalogus, & Lex naturæ. Hoc fundamentum eſt immutabile, ſicut recte reſpondet Hippiæ Socrates ſunt leges quædam non ſcriptæ, communes omnibus hominibus, quas Deus ipſe generi humano tradidit. Itaq; in hoc fundamento Decalogi & legis naturæ omnes honeſtæ leges omnium gentium vbiq; locorum conſentire & concordare debent, ſicut recte dici ſolet. De ſubſtantia legis eſt, non repugnare legi naturæ. Ergo reuera lex non eſt, quæ Decalogo aut legi naturæ repugnat.

Quæ autem eſt legum varietas, ea non in fundamento eſt, ſed in accommodatione ad circumſtantias, facta à viris ſapientibus, propter graues & probabiles cauſas, cui accõmodationi debetur reuerentia & obedientia, propter autoritatem, qua Deus ornauit Magiſtratum ſeu politicam poteſtatem, ea Imperia, ſicut ſcriptum eſt Roma. 13. Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit, non eſt

enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

enim poteſtas niſi à Deo, quæ vero ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt, Itaque quiſquis reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Hoc dictum non tantum de perſonis loquitur, ſed ſimul de ipſa gubernatione, quæ regitur legibus, quibus poteſtas debet eſſe armata, Itaq; omnium gentium leges honeſtas diuina autoritate approbat, & confirmat, mandatq; Chriſtianis, vt earum politiarum honeſtis legibus, in quibus viuunt, obtemperent. Etſi itaq; ad iudicem ſæpe cauſæ deferuntur, de quibus diuerſorum populorum diuerſæ ſunt leges, Imo de quibus forenſes leges Moſaicæ, quæ ſunt ab ipſo Deo Iudæis præſcriptæ, à legibus loci, in quo habitat Iudex, diſcrepent: tamen ſciat iudex ſententiam iuxta ſuæ iuriſdictionis leges dicendam eſſe, eamq; cum bona conſcientia vt veram & iuſtam pronunciet, & litigantes ſciant ſe tali ſententiæ iuxta leges loci prolatæ obedientiæ reuerentiam debere propter Dei mandatum, & ordinationem: Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit. Quod ſi vero ſint leges, aut promulgentur edicta, cum Decalogo & lege naturæ pugnantia, teneant iudices immutabilem regulam: Oportet Deo magis obedire quam hominibus. Item, Date Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei, Cum qua regula

con-

conſentit ſapientiſsima oratio Antigones ad Creontem apud Sophoclem.

Neq; poſſe tantum putaui tua edicta,
Vt non ſcriptas, & certas Deorum
Leges poſsit mortalis violare.
Non enim nunc & heri, ſed ſemper valent,
Et nullus ſcit vnde editæ ſint,
Has ego non debui metu cuiuſquam violare.
Sciebam enim me morituram eſſe.

CAPVT XX.

DE RECTO VSV LINGVÆ SEV SERMONIS.

CIcero dicit hominem à brutis animantibus diſcerni ratione & oratione. Id à Philoſopho rectè dictum eſt, etſi Theologus de diſcrimine hoc ex ſcriptura ſacra profundius diſſerere poteſt, Agnoſcenda ſunt autem reuerenter hæc Dei beneficia, ſeu dona in nobis, Ratio & oratio. Nunc de oratione dicam, cuius inſtrumentum eſt lingua admirabile membrum, quod dominatur in tota vita humana, & gubernat omnes ſocietates, Eccleſiaſticas, politicas, Scholaſticas, Oeconomicas, regit omnia negotia, priuata & publica, Itaque & bonorum & malorum multorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſt cauſa. De illa ita ſcribit Iacobus, cap. 3. Si quis in ſermone non labitur, hic perfectus eſt vir, poteſt enim freno circumducere totum corpus, Ecce autem equis frena in ora mittimus, vt pareant nobis, & totum corpus illorum agitamus, Ecce naues cum magnæ ſint, & à ventis validis moueantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quocunque impetus dirigentis voluerit, ita & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna efficit. Ecce exiguus ignis quam magnam ſyluam incendit, & lingua velut ignis eſt, & ſumma iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à gehenna.

Omnis enim natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentum, & cæterorum domatur, & domita eſt à natura humana, linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plenum veneno malifero, per ipſam benedicimus Deo, & patri, & per ipſam maledicimus hominibus, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt, ex eodem ore procedit benedictio & maledictio, Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eodem foramine emittit dulcem & amaram aquam? Nunquid poteſt fratres mei ficus oliuas facere, aut vitis ficus? Sic neque fons pariter dulcem & amaram aquam gignit. Hæc de lingua humana ſunt veriſsima, & cum ipſa rerum experientia conſentiunt. Linguæ enim recto bonoque vſu omnia in vita humana conficiuntur bona, docentur homines in Eccleſia, in Scholis, gubernantur homines, reguntur conſilia & deliberationes in omnibus ſocietatibus & regiminibus, efficiuntur omnia officia, iubentur bona, prohibentur mala, conficiuntur omnia negotia, vtilia & neceſſaria in vita, ſed ſi ad malum vſum lingua conferatur, nullum eſt vel venenum, vel telum nocentius. Itaq; iuuentus ab ineunte ætate ita adſuefacienda eſt, vt lingua rectè vtatur, quia vt Chriſtus inquit: Mortales de omni verbo otioſo reddituri ſunt rationem in die iudicij. Sitq; de ea aſſuefactione notum Pſalmi 33. dictum, quod Petrus repetit 3. capite Epiſtolæ 2. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Quis eſt homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem, perſequere eam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Vt autem in promptu ſint ſtudioſis adoleſcentibus inſignes ſententiæ, tum de bono, tum de malo vſu linguæ, idcirco aliquot recitabo. Prouerbio. 12. de fructu oris ſui vnuſquiſq; replebitur bonis. Prouerb. 13. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. Prouerb. 17. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, qui autẽ inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala, ſtultus quoq; ſi tacuerit, ſapiens reputabitur & ſi compreſſerit labia ſua intelligens. Prouerb. 18. Os ſtulti contritio eius, & labia ipſius ruina animæ eius, Mors & vita in manibus linguæ, qui diligunt eã, comedent fructus eius. Prouerb. 21. Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam. Prouerb. 25, Sicut vrbs patens, & abſq; murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere Spiritum ſuum. Item, mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Item, Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas, Eccleſiaſt. 5. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo, ſin autem ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati, lingua vero imprudentis ſubuerſio eſt ipſius. Eccleſiaſt. 9.

Ter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Terribilis eſt in ciuitate homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis eſt. Eccleſ. 12. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea non perdat me. Eccleſiaſt 14. Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Eccleſ. 21. Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba autem prudentium ſtatera ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientium os illorum. Eccleſi. 23. Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum, eſt enim in illa verbum peccati. Eccleſia. 28. Aurum tuum & argentum tuum conſla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. Eccle. 37. Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt. Eccleſiaſt. 51. Dominus dedit mihi linguam, & in ipſo laudabo eum. Matth. 5. Sit ſermo veſter, Eſt eſt, Non non, quod enim his abundantius eſt, à malo eſt. Matth. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Ephe. 4: Deponentes mendacium loquimini veritatem, vnuſquiſq; cum proximo ſuo, Omnis ſermo ſpurcus ex ore veſtro non procedat, ſed

Si quis bonus eſt ad ædificationem vt det gra-tiam audientibus. 1. Corinth. 15. Nolite ſe-duci, corrumpunt bonos mores colloquia praua: Iacob. 1. Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt reli-gio. Sint etiam nota aliqua Philoſophorum dicta.

Pindarus cuidam tribuens heroicas laudes dicit eum fuiſſe ἄνδρα ἐυθύγλωσσον, *id eſt, ha-bentem linguam rectam in loquendo & conſu-lendo.*

Theognis inquit, Mens bona & lingua bo-na in paucis hominibus ſunt.

Euripides in Iphigenia Tau. Egregia res eſt lingua, cum fides adeſt.

Idem in Oreſte.

Quando facundus oratione male ſentiens
Perſuadet vulgo, eſt magnum malum morbi,
Quicunq; autem prudenter conſulunt recta ſem-per, Etiamſi non ſtatim, tamen poſtea ſunt vtiles vrbi.
Principem oportet ſic conſiderare videntem,
Nam ſimile periculum eſt dicenti orationem, & principi.

Idem in Iphigenia Aulidenſi.

Es argutus, lingua arguta odioſum malum eſt.

Idem in Bacchis.

Effrenati oris, & enormis inſaniæ

Fi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Finis eſt infortunium,
Tranquilla autem vita & prudentia
Stabilis manet, & firmat domum.

Idem in Oreſte de Tantalo.

Petulantem habebat linguam turpiſsimum morbum.

Theocritus de Cupidine inquit, quod habeat inſidioſam mentem, & blandam loquelam.

Cicero, Malo indiſertam prudentiam, quam ſtulticiam loquacem.

CAPVT XXI.

SENTENTIÆ DE VERITATE.

Recitabo quaſdam inſignes ſententias de veritate, tum ex ſacra ſcriptura, & patribus Eccleſiaſticis, tum ex Philoſophis, vt eas intueantur adoleſcentes, illarumq; meditatione ad amorem & inquiſitionem, & ſtudium veritatis exuſcitentur. Et primum ex ſacra ſcriptura. Mandatum vniuerſale proponitur Zachariæ 8. pertinens ad omnes homines, Veritatem & pacem diligite.

Primum autem hoc mandatum præcipit, vt diligamus & inquiramus veritatem cœleſtis doctrinæ, diuinitus reuelatæ, cuius liber eſt ſacra ſcriptura Biblica, ne qua æternus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Deus & pater per filium vnigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per Spiritum ſanctum nobiſcum loquitur. Teneantur itaque hæc dicta: Iohan. 17. inquit Chriſtus, pater ſanctifica eos in veritate, ſermo tuus veritas eſt. Iohan. 14. Ego ſum via, veritas & vita. Iohan. 18. Ego in hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Iohan. 8. Si vos manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos, Iohan. 16. Cum venerit Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem, hoc eſt, docebit vos omnem veritatem. Pſalm. 117. ſcriptum eſt. Veritas Domini manet in æternum. Pſal. 119. Omnia mandata tua veritas, & principium verborum tuorum veritas. Roma. 3. Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Sciamus vero ad inquiſitionem, ſtudium & agnitionem veritatis doctrinæ cœleſtis, ante omnia opus eſſe inuocatione Dei, Idcirco ipſe quoque filius Dei pro nobis orauit, Iohan. 17. vt pater Eccleſiam in veritate verbi ſui ſanctificet, cum qua oratione pontificis noſtri, etiam noſtras preces quotidie coniungere debemus, ſicut facit Dauid Pſalm. 25. Deduc me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus ſalutis meæ. Pſalm. 19. Ne auferas ab ore meo verbum veritatis.

Se-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secundo præcipit mandatum in Zacharia, vt in omnibus alijs artibus, ſcientijs doctrinis, ſermonibus, negotijs, contractibus, actionibus, veritatem ſeruemus & colamus, quia vt Pſal. 30. dicitur: Dominus veritatem requirit. Et ad Epheſ. 4. hoc præceptum expreſſe ponitur, Deponentes mendacium, loquimini veritatem, vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Sunt etiam hæc inſignia Patrum Eccleſiaſticorum prædicta de veritate.

Auguſtinus lib. 6. confeſſionum: ſolus Deus veritatis doctor eſt. Idem de Chriſtiana doctrina Chriſtiana. Veritati non præiudicat antiquitas. Idem, Si de veritate ſumitur ſcandalum, vtilius permittitur naſci ſcandalum, quam veritas relinquatur. Idem, Veritas dulcis, & amara eſt. Idem, Veritatem etſi ſplendor orationis ornat, non tamen facit. Idem, Veritate vinci bonum eſt. Idem ſermone 99. de tempore, Veritas magis elucet impugnata. Idem, Epiſtola 48. contra veritatem cognitam dimicare, idolatriam ſuperat. Sumptum eſt hoc dictum ex 4. capite Eccleſiaſtici. Ne contra dicas verbo veritatis vllo modo.

Tertullianus, Veritas nihil erubeſcit, niſi abſcondi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Chryſoſtomus, Veritas Sole ſplendidior eſt.

Hieronymus, Tantus ſit in te veritatis amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes.

Quandoquidem etiam ratio intelligit, nihil magis decere humanam excellentiam, aut naturæ ipſi magis congruere, quam veritatem, quæ eſt conſonantia agnitionis & ſermonis, cum rebus ipſis, quamobrem Ambroſius dicit: Naturam veritatis magiſtram eſſe. Ideo multæ inſignes veritatis commendationes apud ſapientes Philoſophos, & Poetas extant, ex quibus aliquas, quæ ſunt maxime illuſtres, enumerabo.

Olympias inquit apud Stobæum: Veritas cœli ciuis eſt, & ſola fruitur Deorum conuictu.

Pindarus, Veritas principia magnæ virtutis promouet.

Bacchilides, Hominum virtus & ſapientia veritas eſt.

Sophocles in Philoctete, Boni viri eſt verum dicere.

Euripides in Phœniſsis, Oratio veritatis ſimplex eſt.

Et non habet opus multis hinc inde interpretationibus,
Res ipſas per ſe dicit, mala vero cauſa
Languẽs in ſeſe, habet opus accuratis pharmacis.

Py.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Pythagoras, Tunc rem ſimilem Deo faciunt homines, cum veritatem exercent.

Polemon, multo ſuauius eſt vera dicere, quam audire.

Apollonius, Mendacium illiberale eſt, veritas generoſa.

Plato 5. de legibus.

Veritas ſane tum Dijs, tum hominibus, ad omnia bona dux eſt: Huius quilibet qui fœlix, & beatus futurus eſt, ab initio ſtatim particeps ſit oportet, vt quam plurimum temporis verax in vita degat, Sic enim fide dignus erit, Indignus autem qui mendacium ſponte eligit, demens, qui inuitus, ex quibus neutrum optandum eſt, Amicis enim deſtituitur, quiſquis fide indignus fuerit.

Socrates apud Platonem 6. de Repub.
Familiarius ſapientiæ nihil, quam veritas reperitur.

Ibidem, Diſcendi cupidum neceſſe eſt ſtatim à pueritia veritatem omnem ſummopere affectare.

Ibidem, Pergamus ad hæc, repetentes quod ſupra induximus, qualem eſſe natura oporteat eum, qui honeſtus ſit bonuſq; futurus, Dux autem eius in primis erit veritas, quam ſequi om-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nino, at paſſim debet, aut ſi vanus ſit, vere quoq; expers Philoſophiæ ſit oportet.

Idem in Timæo Platonis, Eum qui totus veritatis diſcendæ cupiditate flagrarit, atq; omnē operā præcipue in hoc vno impenderit, neceſſe eſt omnino, ſi quidem veritatem affingat, immortalia & diuina comprehendere, Et quatenus humana natura immortalitatem aſſequi poteſt, eatenus hunc penitus immortalem euadere.

Cicero 1. Officiorum, In primis hominis propria eſt veri inquiſitio, atq; inueſtigatio.

Ibidem, Omnes artes in veri inueſtigatione verſantur. Simile eſt dictum Auguſtini. Lex omnium artium ipſa veritas.

Cicero pro Cluentio, Multorum improbitate depreſſa veritas emergit, & innocentiæ defenſio interclusa reſpirat.

Ibidem, Eſt interdum ita perſpicua veritas, vt eam infirmare nulla res poſſit. Interdum tamen eſt adhibenda vis veritati, vt eruatur.

Cicero in Vatinium, Tantam ſemper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiuſquam hominis ingenio aut arte ſubuerti potuerit, & licet in cauſa nullum patronum aut defenſorem obtineat; tamen per ſe ipſa defenditur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tur. Eadem eſt ſententia dicti 3. Eſdræ 3. Forte vinum, fortior Rex, fortiores mulieres, ſuper omnia vincit veritas.

Et dicti Socratis in Gorgia Platonis. Quod verum eſt, refelli nunquam poteſt.

CAPVT XXII.

DE SAPIENTIA ET PRVDENTIA.

CIcero in primo virtutum gradu coniungit ſapientiam & prudentiam, quas in perſpicientia, indagatione & inuentione veri ponit. Vt enim, inquit, Maxime quis perſpicit quid in re quaq; veriſſimum ſit, quiq; & acutiſſime & celerrime poteſt, & videre, & explicare rationem, is prudentiſſimus, & ſapientiſſimus rite haberi ſolet. In Scholis diſtinguitur. Sapientiam definiunt Scholæ eſſe rerum diuinarum humanarumq; ſcientiã, prudentiã vero eſſe ſcientiã rerum bonarum & vtilium, vel iuxta Ariſtotelẽ, rationẽ eſſe rectam, eorũ quæ agenda ſunt, Definitio illa ſapientiæ in ſola Philoſophia nimis eſt glorioſa, in Scholis Chriſtianorum vera eſt, Etſi enim lex naturæ & conſideratio creaturarum aliquid de rebus diuinis doceant, quod etiam Paulus admonet Rom. 1. Tamen id

ali-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

aliquid valde exiguum, obſcurum, mancum, imperfectum, & ferme nihil eſt, nulla eſt enim vera ſapientia ſeu rerum diuinarum ſcientia, ſine cognitione verbi Dei, ſicut egregie diſputatur à Paulo 1. Corinth. 1. & 2. vbi diſertè inquit: *Non cognouit mundus per ſapientiam Deum*, & affirmat omnem rationis humanæ ſapientiam, in fidei doctrina, eſſe ſtulticiam. Addo etiam nullam eſſe veram prudentiam, ſine pietate, cuius fundamentum vera noticia Dei, & verbi ipſius, ac fides verbo Dei aſſentiens et nitens. Cū vero in ſcriptura frequentiſsimus ſit vſus vocis ſapientiæ, non ineptè à Theologo ita diſtingui poteſt, quod alia ſit ſapientia Euangelij, & fidei Chriſtianæ, de qua dicitur 1. Corinth. 1. Prædicamus Chriſtum crucifixum, Dei potentiam & Dei ſapientiam. Item, Chriſtus Ieſus factus eſt nobis à Deo ſapientia. Et, loquimur ſapientiam inter perfectos. Sapientiam autem non ſeculi huius, neq; principum ſeculi huius, qui abolentur, ſed loquimur ſapientiam Dei in myſterio, quæ eſt recondita, quam præfinierat Deus ante ſecula, in gloriam noſtram, quam nemo principum huius ſeculi cognouit, Alia vero ſit ſapientia ſeu prudentia legis, quæ mores & actiones, totāq; vitā Chriſtianorū gubernat, vt conſilia, mores, actiones legi conſentiant et Deo placeant, Atq; hæc Euan-

geli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gelicã illam fidei ſapientiam ſemper præſupponit, vt loquuntur Scholæ, propterea quod ſine fide Deo placere nihil poteſt, et quicquid ſine fide fit, peccatum eſt. Itaq; in omni doctrina, deliberatione, actione, vita tota, mens intueatur has de ſapientia regulas ſeu ſententias. Pſalm. 119. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Item, Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & dat intellectum paruulis. Item, Sapientiorem me facis inimicis meis præcepto tuo, quia in æternum meus theſaurus eſt, Doctior ſum omnibus docentibus me, quia teſtimonia tua ſunt diſertio mea. Plus intelligo quam ſeniores, quia mandata tua cuſtodio. Prouerb. 1. Timor Domini eſt initium ſapientiæ, Iob 28. Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia. Deut. 4. Hæc eſt veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc dicant: En populus ſapiens, & intelligens, gens magna, non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Ioſuæ 1. Confortare & eſto robuſtus valde, vt cuſtodias & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moſes ſeruus meus, ne declines ab ea ad dexteram, vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta, quæ agis, Non re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed medi-
taberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & faciās omnia quæ ſcripta ſunt in eo, tunc diri-
ges viam tuam, & intelliges eam. Nunc quoq; Philoſophica quædam dicta de ſapientia et pru-
dentia addam.

Horatius lib. 1. Epiſtolarum:

Ad ſummum ſapiens vno minor eſt Ioue, di-
ues,
Liber, honoratus, pulcer Rex deniq; regum.

Æſchylus, Qui vtilia nouit, non qui mul-
ta nouit ſapiens eſt.

Sophocles, Non latis dorſis præditi viri
tutiſsimi ſunt.
Sed qui recte ſapiunt, illi vbiq; vincunt.
Cæterum ingens lateribus bos, à parua tamen
Scutica rectus, viam ingreditur.

Phocyllides:

Ratio homini telum eſt acutius ferro.
Deus enim vnicuiq; animali arma dedit: aëream
naturam
Auibus, magnam celeritatem, roburq; leoni-
bus,
Tauris autem ſponte nata cornua, & aculeos
apibus ingenitum telum largitus eſt.
At hominibus propugnaculo eſt ratio.
Eis vero optima ratio diuinitus inſpiratæ ſapi-
entiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Vir ſapiens robuſto præſtantior eſt.
Sapientia gubernat agros, & ciuitates & Naues.
Heſiodus:
Optimus ille quidem eſt, qui ſibi cuncta proſpicit.
Sapiens, quæ in poſterum quoq; & in finem meliora ſunt.
Bonus autem & ille eſt, qui recte dicenti paret.
At qui nec ipſe ſibi ſapit, nec audita vlterius
Animo verba complectitur, is prorſus inutilis vir eſt.

Pythagoras, Conſule ante opus ne quid ſtulte committas.
Fac ea quæ tibi nihil obſunt, & ante factum delibera.

Iſocrates, Fortitudo cum prudentia quidem iuuat, ſine ipſa vero magis lædit homines.

Architas Pythagoricus, Vir prudens hoc maxime pacto naſcitur, Primum nactus ſit oportet ingenium ſolers, memor & laborioſum. Deinde ſtatim à puero animũ exerceat, ratiocinetur, circa Mathemata, exactas ſpeculationes, & rectam Philoſophiam verſetur. Poſtea de Dijs & legibus, & vitiis hominum experiẽtiam adipiſcatur. Duo enim ſunt, quæ prudentis habitum gignunt, quorum alterum eſt, vt mens diſciplinis, & cognitione ſit munita. Alterum ſpectacula & negotia multa, quæ

pa-

partim ipſummet vnumquenq; ſpectaſſe oportet, partim alio modo percepiſſe.

Menander.

Ne hoc deſpicias, an iunior dicam,
Sed an viri prudentis verba proferam,
Odi ſapientem, qui ſibi non ſapit.

Euripides apud Stobæum.

Non caret damno,
Mentem ineſſe ſapientibus, quæ nimium ſapit.

Eadem eſt ſententia verſus Latini,
Crede mihi ſapere eſt, non nimium ſapere.

Terentius in Adelphis, O Demea iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes eſt modo videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt, proſpicere.

Cicero, Non eſt ſapientis dicere, non putaram.

CAPVT XXIII.

DE FIDE ETHICA.

FIdem non quidem Chriſtianam, ſed Ethicam definit Cicero lib. 1. Officiorum, quod ſit dictorũ cõuentorumq; conſtantia & veritas, deducitq; nomen à fio & dico, quia fiat quod dictum eſt, eamq; virtutem iuſticiæ fundamentum eſſe dicit, quo dicto ita illam laudat, vt vix quidquam laudis amplius poſsit addi, Si

enim

enim fundamentum iuſticiæ eſt fides, certe etiam omnium ciuilium actionum, negotiorum, ſocietatum eſt fundamentum & vinculum, qua abrogata, vt ſapienter inquit Liuius, Omnis humana ſocietas tollitur, Namq; quod anima eſt in homine, hoc fides eſt in humanis ſocietatibus, Itaq; perfidia ſocietatum mors, ac deſtructio eſt. Quamobrem tam ſancte colendam, præſtandamque fidem eſſe præceperunt ſapientes, vt etiam hoſti ſit ſeruanda, Antiqui finxerunt fidem Deam eſſe, eiq; templa extruxerunt, vt ipſa religione ad virtutis huius amorem cultumq; incitarentur homines, quam Ouidius omnibus alijs ſacrificijs præfert.

Non boue mactato cœleſtia numina gaudent,
Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte, fide.

Silius Italicus dicit: Fidem regno præferendam
Nec rumpite fœdera pacis. (eſſe.
Nec regnis præferte fidem.

Liuius, Famæ ac fidei damna maiora ſunt omni æſtimatione.

Mimus, fidem qui perdidit, perdere vltra nihil poteſt, Traduntur autem paucæ exceptiones, quando fides promiſſorum ſine ſcelere violari poſſit.

Prima exceptio, Si promiſſum eſt noxium Eccleſiæ, patriæ, ciuitati, in qua viuis, aut alijs innocentibus hominibus, vel ſi eſt contra bo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nos mores, hoc eſt, turpe & inhoneſtum, nam ſicut iuramentum: ita fides conuentorum non debet eſſe vinculū iniquitatis, Itaq; recte & ſapienter dictum eſt, In iniuſtis partis reſcinde fidem, Item, pacta quæ contra bonos mores fiunt rata eſſe non debent. Et valet excuſatio, te non eo animo & voluntate promiſiſſe, vt Eccleſiam, patriam, ciuitatem tuam læderes, aut innocentibus hominibus iniuriam faceres, aut turpe quid perpetrares.

Secunda, Si promiſſum eſt inutile, aut noxium ei, cui facta eſt promiſsio, vt ſi cui promiſiſti venenum aut gladium, & ille ſemetipſum eo necare velit.

Tertia, Si eius, cui facta eſt promiſsio, conditio ita mutata fuerit, vt ſine euidenti periculo ſeruari promiſsio haud poſsit, vt ſi furioſus gladium repetat, quem apud te ſanus ita depoſuit, vt promitteres te repetenti redditurum eſſe, vel ſi ebrius pecuniam à te repetat, vt eam perdat & conſumat alea, aut helluatione, quam ſobrius apud te depoſuit, vt ſeruaretur.

Quartam exceptionem ita tradit Cicero lib. 1. Officiorum, contra officium eſt maius damnum anteferre minori, vt ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem præſentem eſſe venturum,

turum,

turum, atque interim grauiter ægrotare filius ceperit, non ſit contra officium, non facere quod dixeris, magiſq; ille cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, quam ſe deſtitutum queratur.

Hæc exceptio oſtendit multas honeſtas excuſationes, in quotidiana vita, quando videlicet maior neceßitas minori, ſuperior reuerentia obedientiæ inferiori præferenda eſt. Sed caueri debet, ne talis excuſatio ſophiſticæ prætendatur malitiæ. Non enim ſemper valet regula Ciceronis, Promiſſa ſeruanda non eſſe, ſi tibi plus noceant, quam illi proſint, cui promiſeris.

Quinta exceptio etiam traditur à Cicerone, illis, inquit, promißis ſtandum non eſſe, quis non videt? quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo, promiſerit, quæ quidem pleraq; iure prætorio liberantur, nonnulla legibus.

CAPVT XXIIII.

DE SIMPLICITATE, INGENVITATE ET candore.

AD veritatem pertinet ſimplicitas, quæ alio nomine ingenuitas, vel candor nuncupatur. Eſt enim hæc virtus, veritas in tota vita, quæ facit vt in doctrinis dicamus aperte ſine inuolucris & ambagibus noſtram ſententiam, & in Conſilijs, Colloquijs, conuerſationibus, actionibus, tum verbis, tum vultu, ſine hypocriſi, & ſine inſidioſa occultatione, ſimulatione, diſsimulatione, ſignificemus quæ ſit noſtra mens & voluntas, vtque de aliorum verbis & factis, propter probabiles rationes, ſine malignis ſuſpitionibus dextre iudicemus, nec ſiniſtrà aut calumnioſa interpretatione, probabiliter dicta aut facta, deprauemus, neue propter leues ſuſpitiones, diffidentiã, liuorem, maleuolentiam & odium, aduerſus alios concipiamus. In ſumma eſt rectitudo quædam lucens in tota vita, dictis, factis, iudicijs, conſilijs. & in omni conſuetudine, oſtendens nos ſerio & bono ſtudio, & conſcientia omnia agere & dicere.

De hac virtute concionatur Chriſtus, Matthæi 10. Eſtote prudentes vt ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Et Matth. 6. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit. 2. Cor. 1. Gloriatio noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia car-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. Matth. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Roman. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum, Domino ſuo ſtat aut cadit. Vnuſquiſq; noſtrum pro ſe rationem reddet Deo, non ergo amplius inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, nec ſcandalum. Homerus ſimplicitatem ſeu ingenuitatem Achillis prædicat, qui ait ſe odiſſe, vt mortem illos, qui aliud corde ſentiunt, & aliud ore dicunt, quos ſcriptura homines duplici corde appellat, Eccleſiaſtic. 2. Væ duplici corde & labijs ſceleſtis & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs.

CAPVT XXV.

DE CONSTANTIA.

CONſtantia eſt perſeuerantia in vera & recta ſententia, ſiue in doctrina, ſiue in conſilijs, ſiue in iudicijs, eam perquam eſſe neceſſariam in Eccleſia & Rebuſpub. omnes ſani intelligunt.

De hac itaque in Religionis ſeu fidei doctrina ſæpe repetantur præcepta, 2. Timoth. 3. Tu permane in his, quæ didiciſti, & credita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſunt tibi, ſciens à quo didiceris. Item, Depoſitum ſerua, Apocalyp. 1. Eſto fidelis vſq; ad mortem. Matthæi 10. Qui perſeuerauerit vſq; ad finem, hic ſaluus erit. In ciuili vita conſtantiam conſiliorum, dictorum & actionum omnes ſapientes laudant, leuitatem & inconſtantiam vituperant, ſed cauendum eſt, ne pulchrum conſtantiæ nomen, ſiue in Eccleſia, ſiue in ciuili conuerſatione, negotijs, vita, tribuatur pertinaciæ. Sicut ſæpe vitia imponunt hominibus virtutum prætextu ſeu ſpecie, & ſæpe nomina virtutum vitijs tribuuntur, ſicut eſt in Diſticho:

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Virtus pro vitio nomina ſæpe tulit.

Eſt autem pertinacia, obſtinate perſeuerare in falſa opinione, iniuſta vel crudeli ſententia, malo conſilio, inutili actione. Talia ſunt multorum hominum ingenia, vt contra conſcientiam ſemel conceptum errorem defendere, pronunciatam ſententiam exequi, in conſilio dicto perſiſtere, in opere cepto pergere pertinaciter velint, etiamſi ipſa rei euidentia, aut alijs manifeſtis demonſtrationibus, vel probabilibus rationibus, de errore, iniuſticia, inutilitate, conuincantur. Imo etiamſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

am ſi cernant, quod ſua pertinacia Eccleſiam Rempublicam, ſeq́, ac ſuos in pericula & exitia præcipitent, Illud nimirum ſibi perſuaſum habentes, nullam eſſe ignominiam maiorem, quam ab eo quod ſemel placuit, rurſus deſiſtere, Cum non ignominia, ſed maxima virtus & laus ſit audire veriora, meliora, ſaniora, vtiliora, & illis auditis, & cognitis aſſentiri. Nemo enim ſe tam ſapientem exiſtimare debet, vt non poßit errare, labi, decipi, &c.

Nathan Propheta primum approbat conſilium Dauidis, de ædificatione Templi, 1. Parali. 17. ſed cum noctu à Deo eſſet admonitus, poſtridie ad Dauidem dicit: Hæc dicit Dominus: Tu non ædificabis mihi domum, Si quis hanc mutationem Prophetæ vitio vertat, & leuitati aſcribat, nimium certe impius eſt.

Athenienſes ſuadente Cleone decretum fecerant de occidendis omnibus Mytilenæis, qui eſſent puberes, & miſſo mandato præceperant Pacheti executionem crudelis ſententiæ. Sed altera die, etſi Cleon pertinaciter contenderet, decretum non eſſe mutandum, tamen vicit grauißima Diodoti oratio, qua per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſuaſit, & obtinuit decreti pridiani mutationem, effecitq́; ut emiſſo mitiore mandato multi innocentes homines ſeruarentur. Et hæc Athenienſium ſapiens, humana & æqua decreti crudelis mutatio laude ac imitatione digna eſt.

CAPVT XXVI.

DE DOCILITATE.

DOcentium virtus eſt, vt vera doceant. ſicut Ariſtoteles inquit: Docentes alios mentiri non debent. At diſcentium virtus eſt docilitas, quæ eſt vera docentes placide audire, & veris ſententijs cognitis, ſine pertinaci ſtudio contradicendi, & ſine petulanti ſuſpenſione aſſenſus, quæ vocatur Academica ἐποχὴ *aſſeutiri. Hæc virtus in diſcentibus requirit ſtudium cognoſcendæ, & amorem amplectendæ veritatis, non tantum in doctrina cœleſti, ſed in omnibus artibus & ſcientijs, præcipiturq́; hæc virtus, Prouerbio. 18. Non ceſſes audire fili doctrinam, & capit. 22. Fili mi, inclina aurem tuam, & audi verba ſapientium, appone autem cor ad doctrinam. Eccleſiaſt. 5. Eſto manſuetus ad audiendum ver-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

verbum Dei, vt intelligas. Cap. 6. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam, & ſi dilexeris audire, adipiſceris ſcientiam, In multitudine Presbyterorum prudentium conſiſte, & ſapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei poßis audire, & prouerbia laudis non fugiant à te, ſi videris ſenſatum euigila ad eum, & limina forium eius atteret pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis eius maxime aßiduus eſto. Et ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. Petulantiam & pertinaciam contradicendi veræ doctrinæ reprehendit Syracides cap. 4. Ne contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Sæpe autem docilis iuuentus cogitet de dicto, quod Epicteto Philoſopho tribuitur, quo aßiduitas diſcendi commendatur.

Sciendum eſt, inquit, Doctrinam non agere radices in animis, niſi quis eadem quotidie, & dicat ipſe, & audiat, & ſimul ad vſum in vita accommodet. Cognatum eſt Platonis dictum, Epiſt. 2. Etiam cum ſæpe doctrina eadem repetitur, & ſæpe auditur multis annis, vix tamen vt aurum perpurgatur

cum magnis exercitiјs, In Scholis vſitatus verſiculus eſt:

Lectio lecta placet, decies repetita placebit.

CAPVT XXVII.

DE TACITVRNITATE.

TAciturnitas virtus eſt, regens linguam, ne indulgeat loquacitati, garrulitati, futilitati, neue inconſiderate arcana, & quæ dicere non licet, effutiat.

Pythagoras adoleſcentes, quos in Scholam recipiebat, quinquenniј ſilentio ad taciturnitatem aſſuefaciebat, præcipuè propter duas cauſas, tum ne loquacitate alter alterum impediret, & ſic perderent ſtudendi tempus, Tum vt per illam diſciplinam aſſuefierent, non niſi de rebus neceſſariјs, & de his quidem conſiderate dicere, & rebus tacendis ſilentia præſtare, Magnæ enim ſapientiæ eſt, vt Plutarchus inquit, de liberorum educatione, tempeſtiuum ſilentium, & omni ſermone præſtantius. Et Simonides dicere ſolitus fuit, Nunquam ſe pœnituiſſe quod tacuiſſet, ſed ſæpe, quod eſſet locutus, quæ ſententia hoc verſu comprehenſa eſt:

Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.

Dicitur etiam apud Stobæum, multis hominibus Pharmacum malorum eſt taciturnitas.

Ambroſius 1. *Officiorum, quam multos, ait, vidi loquendo in peccatum incidiſſe, vix quenquam tacendo. Quinq; autem ſunt taciturnitatis officia.*

Primum pertinet ad decorum perſonarum, ſicut Syracides adoleſcentibus præcipit, cap. 32. *Adoleſcens loquere in tua cauſa vix, cum neceſſe fuerit, ſi bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum, in multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens, ſimul & quærens, in medio magnatorum loqui non præſumas, & vbi ſunt ſenes, non multum loquaris.*

De Mulieribus inquit Ariſtoteles politicorum 1. *Silentium mulieri ornamentum præſtat.*

Secundum taciturnitatis officium eſt, ſermones modeſte moderari, hoc eſt, cauere garrulitatem, ſcurrilitatem & leuitatem in ſermone, quia de omni verbo otioſo reddenda eſt ratio in die iudicij, Matthæi 12. *In multiloquio autem non deeſt peccatum, Prouer.* 10. *Eſtq; odibilis, qui ad loquendum*

dum procax eſt Eccleſiaſt. 21. Sit itaque de moderatione ſeu modeſtia ſermonis notum Salomonis dictum, Prouerb. 17. Qui moderatur ſermones doctus eſt, & prudens, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Atque ad hanc modeſtiam etiam eiuſdem Salomonis præceptum, in Eccleſiaſte 11. capite pertinet. Priuſquam audias, ne reſpondeas, nec verbo dicentem interpelles.

Tertium officium eſt obſeruare tempus & oportunitatem loquendi, inquit enim Eccleſiaſtes cap. 3. Eſt tempus tacendi, & eſt tempus loquendi. Et cap. 14. Eſt tacens non habens tempus loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus aptum, Homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus.

Euripides quoque ait in Oreſte: Eſt vbi ſilentium ſermone melius eſt, & eſt vbi ſermo ſilentio. Et Demetrius Phaleræus apud Stobæum. Obſigna verba ſilentio, ſilentium autem occaſione.

Quartum officium eſt arcana, & quæ concredita ſunt non reuelare, ſicut pulchre ab Ouidio ſcriptum eſt, 2. de Arte.

Eximia eſt virtus, præſtare ſilentia rebus,
At contra grauis eſt culpa tacenda loqui.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Et ab Horatio lib. 1. Epiſtolarum.
Arcanum nunquam ſcrutaberis vllius vnquam,
Commiſſumq́; teges & vino tortus & ira.

Huic officio tanta virtus ineſt, vt ſine ſcelere etiam quis negare poſsit ea ſe ſcire, quæ non neſcit, ſicut hoc ſapiens præceptum bis repetitur apud Terentium: Tu ſi ſapis, quod ſcis neſcias. Vt ſi Legatus ſeu Conſiliarius de arcanis Domini ſui, quæ ipſi concredita ſunt, ab alio interrogetur, ille rectè facit, ſi ea ſe neſcire reſpondeat, Conſiliarius enim, & legatus, multa nouit Domino ſuo, & ſibi, quæ pro alijs non nouit. Itaque talis negatio non eſt mendatium, ſed taciturnitas. Ita etiam ipſe filius Dei, Marci 13. dicit, ſe neſcire diem Iudicij, quia non ad hoc miſſus erat à patre, vt eum diem hominibus reuelaret. In humanis cauſis non longe à proditione abeſt arcanorum, quæ concredita ſunt reuelatio. Itaque in Eccleſiaſtica diſciplina grauiter ſunt puniti, & quidem omnibus temporibus animaduerſione digni ſunt, qui illa, quæ ab agentibus pœnitentiam in confeſsionibus dicta ſunt, propalant. Et in Rebuſpub. ſi quis conſiliarius arcana Principis, aut ciuitatis manifeſtet, punitur tanquam periurus & proditor. Vtinam etiam pœnæ in

eos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eos conſtitutæ eſſent, qui amicitiarum arcana produnt, vix enim quicquam in humanis ſocietatibus eſt pernitioſius illis hominibus, qui ſunt pleni rimarum, & hac atq; illac perfluunt, quos cauendos eſſe grauiter præcepit Salomon, Prou. 20. Et qui reuelat myſteria, & ambulat fraudulenter, ne commiſcearis. Et Syracides cap. 19. Amico & inimico tuo noli narrare ſenſum tuum. Micheæ 7. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtrum oris tui. Extat quoque talis admonitio aqud Horatium, lib. 1. Epiſtolarum:

Quid de quoq; viro, & cui dicas ſæpe videto,
Percunctatorem fugito, nam garrulus idem eſt.
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures,
Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.

Idem Satyra 4. lib. 1.

Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere,
Qui nequit, hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.

Senecæ præceptum in Hippolyto ad hanc rem, vt arcana tegantur, valde vtile eſt, Alium ſilere quod voles, ipſe prius ſile.

Euripides cuidam opprobranti graueolentiam oris, multa nimirum inquit, in illo occulta computruerunt, ſignificans ſe poſſe contine-
re ar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

re arcana, ſolent enim res in occulto congeſtæ computreſcere.

Quintum officium huius virtutis eſt abſtinere à delationibus, obtrectationibus, maledicentia, de quo officio ſuis locis dicetur. Semper autem ſit in conſpectu adoleſcentibus præceptum ſapientis, de taciturnitate: Digito compeſce labellum.

CAPVT XXVIII.

DE MENDACIO.

POſtquam de virtutibus præcipuis octaui præcepti dixi, addenda eſt commonefactio etiam de vitijs ſeu peccatis, quæ octauo præcepto prohibentur. Eſtq; omnium iſtorum viciorum commune genus mendacium, quod eſt primum quilibet error in doctrina de Deo & religione, Secundo quilibet error in artibus, pugnans cum manifeſtis principijs & demonſtrationibus. Tertio falſa iudicia, & poſtremo vniuerſaliter quælibet deceptio ad fallendum nocendumq; comparata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXIX.

DE VSITATA MENDACIORVM DIſtinctione.

LEuitici 19. ſcriptum eſt, non mentiemini, nec decipiat vnuſquiſq; proximum ſuum, non eris calumniator, nec ſuſurro in populo. Hoc dictum proprie pertinet ad octauum præceptum, quo damnantur vniuerſaliter omnia mendacia, quæ fiunt iniuſta voluntate nocendi. Sed in dictis & factis ſunt etiam quædam figuræ, quæ etſi ſunt ſimiles mendacijs tamen toto genere à mendacijs in octauo præcepto prohibitis differunt. Vt Ægyptij obſtetrices mendacio excuſant ſe, cur non interficiant infantes Hebræorum. Rahab mendacio defendit exploratores, & ſcriptura teſtatur Deum præmia reddidiſſe pro his officijs. Dauid ſimulat ſe habere morbum, cum ad Regem inimicum veniſſet. Iudith fallit Holofernem, & Medici ſæpe ægrotos fallũt, vt eos iuuent. Propter huiuſmodi dicta & facta in ſcripturis & communi vita, diſcernuntur mendacia. Diſtinguuntur autem in tres ſpecies vſitate.

Prima, pernitioſa mendacia ſunt, quæ fiunt cum iniuſta voluntate nocendi, vt cum alij falſo accuſantur, aut decipiuntur. In Scholis talis tra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

lis traditur definitio. Pernitioſa mendacia ſunt, quæ ex malignitate cordis procedunt, & quibus fallitur proximus in ipſius pernitiem. Ad hanc ſpeciem refero etiam adulatorum mendacia.

Alia ſpecies eſt figura ſeu Ironia, cum videlicet propter honeſtam & iuſtam cauſam aliquid occultatur, aut etiam figurate aliud dicitur aut oſtenditur. Quæ occultatio per ſe in honeſtis & iuſtis cauſis non eſt mendacium. Chriſtus colloquens cum duobus diſcipulis, etiamſi non ita ſe oſtendit, vt mox agnoſcatur, tamen non negat ſe eſſe eum qui erat. Tales occultationes, quæ adhibentur in illis rebus, quas dicere non neceſſe eſt, nec mendacia, nec peccata ſunt, & plerumq; adhibentur propter aliquam vtilitatem.

Vbi vero manifeſtatio ſpontanea peccatum eſſet, ibi conceſſæ ſunt figuræ, quæ tegant negotia, Vt Rahab peccaſſet, ſi vltro prodidiſſet exploratores. Et Mulier 2. Reg. 17. peccaſſet, ſi vltro prodidiſſet nuncios Dauidis. In talibus caſibus licet vti ironijs, tunc enim figuræ illæ, non ſunt proprie mendacia. Nam mendacium proprie eſt deprauatio eius, quod dici debet. Sed Rahab in iſto caſu interrogata eſt, de eiuſmodi negotio, quod non debebat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dicere. In Scholis vocatur officium mendacium, cum occultatione veritatis impeditur peccatum, & ſeruitur alterius commodo, qui alioqui iniuſtam vim paſſurus eſſet. Exo. 1. inſignitur prædicatur timor Dei in Ægyptijs obſtetricibus, quæ nolebant interficere Hæbræorum infantes, ſicut Pharao mandauerat, & ſe officioſo mendacio excuſabant, dicentes: Non ſunt Hebrææ ſicut Ægyptiæ mulieres, ipſæ enim obſtetricandi ſcientiam habent, & priuſquam veniamus, pariunt.

Hinc facile poſſunt diſcerni mendacia, quæ nullā habent excuſationem ab ironijs, quæ habent excuſationem, ſi conſideretur, an id quod dici debet, occultetur vel deprauetur. Sic aduerſus hoſtem licet vti occultatione noſtrorum conſiliorum, & figura aliqua, ſed eatenus ne violentur pacta. Nam pactorum & Iurisiurandi religio iure diuino ſeruanda eſt. Ideo etiam fides hoſti data ſeruari debet, ſed præter pacta & iusiurandum vti occultatione conſiliorum, vel aliqua figura conceſſum eſt. Sic occultare licet innocentem, quem Tyrannus aliquis quærit, vt eum adficiat ſupplicio, quia in tali caſu manifeſtatio ſpontanea peccatum eſt. Conſtituta ergo definitione, quid ſit mentiri, facilis erit dijudicatio, vbi ſint excuſabi-

les

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

les figuræ. Eſt enim mentiri non ſolum occultatio, ſed deprauatio contra conſcientiam, de ea re, quam dici oportuit.

Addunt tertiam ſpeciem, Iocoſum, vt poemata, Apologos, ſalſe dicta, ſed hæc nequaquam mendacia, ſed potius picturæ eius ſunt, quod ſentimus, id, vt ſit illuſtrius, proponimus in exemplis quibuſdam propter ſimilitudinem naturarũ adhibitis. Vt lupus eſt imago Tyranni, Vulpecula eſt imago hominis circumſpecti & aſtuti. Ad hoc genus pertinent omnis generis ſalſe dicta, in quotidiana vita, quibus vtimur ad admonendos homines, quale illud eſt Philippi de Iudice, qui faciem pinxerat fucis, Hunc abdicare iuſsit officium, inquiens, Fucatum non vere iudicare.

In Scholis traditur hæc definitio, Iocoſum mendacium eſt, quod non nocendi, ſed delectandi, ſæpe etiam monendi & docendi cauſa fingitur. Auguſtinus de iocoſis mendacijs ſcribit, quod nunquam ſint putata mendacia. Habent enim euidentiſsimam, ex pronunciatione, atque ipſo pronunciantis affectu ſignificationem animi nequaquam fallentis, etſi non vera enunciantis.

Quartum genus addunt, mendacium quod non ex malitia & ſtudio nocendi pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ximo, ſed ex timore & imbecillitate prouenit, & tamen omnino culpa non caret, diciq́ poteſt mendacium timiditatis.

Poteſt etiam quintum genus addi, ignorantiæ mendacium, de quo ita ſcribit Auguſtinus, Poteſt falſum dicere non mentiens, ſi putat ita eſſe, vt dicit, quamuis non ita ſit. Item, Quisquis hoc enunciat, quod vel creditum animo, vel opinatum tenet, etiamſi falſum ſit, non mentitur. Incognitum enim habet pro cognito. Quapropter ille mentitur, qui aliud habet in animo, & aliud verbis, vel quibuslibet ſignificationibus enunciat. Vnde etiam duplex cor dicitur eſſe mentientis, id eſt, duplex cogitatio, Vna rei, quam veram eſſe ſcit vel putat, & non profert, Altera eius rei, quam pro iſta profert ſciens, falſam eſſe putans. De talibus mendacijs ignorantiæ iudicandum eſt, iuxta diſcrimen duplicis ignorantiæ: iuris ſcilicet & facti, ſeu ſimplicis & affectatæ, hoc eſt, eius quæ excuſari poteſt, & eius quæ excuſari non poteſt. Hæreticus exiſtimans ſuam opinionem eſſe veram, & ſic alium fallens excuſari non poteſt.

Sextum genus etiam poteſt addi, mendacium petulans, quod non quidē nocendi ſtudio fit, ſed impia & praua conſuetudine, aſſuefactione,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ctione, & libidine mentiendi. Durandi verba notanda ſunt: Si per mendacium intendatur alterius nocumentum, ſic eſt pernitioſum, ſi autem intendatur aliquod bonum, aut illud eſt delectabile, tunc eſt mendacium iocoſum, vel eſt bonum vtile, & ſic eſt mendacium officioſum, per quod intenditur iuuamentum alterius vel remotio nocumenti.

Hæc mendaciorum diſtinctio ſæpe in grauiſſimis diſputationibus vtilis eſt. De officioſo mendacio extant etiam apud Philoſophos quædam dicta obſeruatione digna.

Diphilus ait: Ego exiſtimo mendacium ſalutis gratia prolatum, nihil afferre mali.

Menander, Melius eſt eligere mendacium, quam veritatem pernitioſam.

Euſebius apud Stobæum. In ciuitate mentiri, nulla lex vſquam concedere cuiquam debet, niſi veritatis ſtudioſo & prudenti viro, qui quo tempore quoque modo natura mendacij non ſoleat obeſſe, intelligat, & neceſſariæ commoditatis ſecuturæ cauſa mendacium faciat.

Idem, Mens veritatem amplectitur, & ſemper cum ipſa verſatur, ſed quamuis in re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

bus ſuis alieniſsima ſit à mendacio, interdum tamen commiſcens bono mendacium, ad hominum hoc indigentium vtilitatem profert, qui quidem ſuæ ipſorum commoditatis cauſa decipiendi ſunt ab eo, tunc enim ſolum, & nunquam alias, quo nouit oportunum eſſe tempus, mens abhorrens interim ab omnibus alijs mendacijs, tale quoddam mendacium introducit, in diuerſam & vtiliſsimam ſpeciem immutatum, arte ſapientiaq; mentis, rem malam commode vſurpantis.

CAPVT XXX.

DE AVGVSTINI SENTENTIA.

AVguſtinus aliquibus in locis prorſus damnat omnia mendacia, cuiuſcunq; generis ſint, Inquit enim Epiſtola 8. Mentiri non licet, nec pro Dei laude, Et libro de mendacio cap. 3. Mendaciorum genera multa ſunt, quæ quidem omnia vniuerſaliter odiſſe debemus, nullum eſt enim mendacium, quod non ſit contrarium veritati, Nam ſicut lux & tenebræ, pietas & impietas, iuſticia & iniquitas, peccatum & recte factum, ſanitas & imbecillitas, vita & mors ita inter ſe ſunt veritas mendaciumq; con-

contraria. Vnde quanto amamus iſtam, tanto illud odiſſe debemus. Sed in Auguſtini ſententia hoc obſeruandum eſt, quod ille officioſa & iocoſa mendacia non vult appellari mendacia.

Quæ enim in Scholis officioſa mendacia appellantur, illa ipſe occultationes nominat. Et cap. 10. de mendacio diſerte inquit: Non eſt hoc occultare veritatem, quod eſt proferre mendacium, quamuis enim omnis, qui mentitur, velit cælare quod verum eſt non tamen omnis qui vult cælare quod verum eſt, mentitur.

Item, Non eſt mendacium, cum ſilendo verum abſconditur, ſed cum loquendo promitur falſum. Itaque iuxta Auguſtini ſententiam, non ſunt mendacia officioſæ occultationes & diſsimulationes, cum in dictis & actionibus occultantur ea, in quibus non eſt neceſſaria confeſsio, imo alijs noceret, quos debemus tegere aduerſus iniuſtam vim. Sicut cum Rahab occultat exploratores, & dicit eos abiuiſſe, Ioſuæ cap. 2. Et Michal ponit ſtatuam in lectum, & reſpondet militibus Saulis Dauidem ægrotare.

Ad talia exempla ſolet accommodari regula Canoniſtarum, Non dolum committit, qui fraudem excludit, Vt Michal non committit

 dolum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dolum, ſed probabili ratione occultat verum, quia manifeſtatio non erat neceſſaria, imo peccaſſet, ſi manifeſtaſſet maritum Dauidem, quem debebat defendere.

De iocis etiam expreſſe ſcribit Auguſtinus cap. 3. de mendacio, Quod nunquam ſint putata mendacia, quia habent euidentiſsimam ex pronunciatione atque ipſo iocantis affectu ſignificationem animi, nequaquam fallentis, etſi non vera enunciantis. Super Pſalmum tamẽ quintũ etiam ipſe Auguſtinus hac diſtinctione vtitur. Duo inquit ſunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa eſt, cum aut iocamur, aut vt proximis proſimus, mentimur. Illud primum iocando ideo non eſt pernitioſiſsimum, quia non fallit. Nouit enim ille cui dicitur, ioci cauſa eſſe dictum. Secundum autẽ ideo mitius eſt, quia retinet nonnunquam beneuolentiam. Illud vero quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum eſt.

In libro de mendacio, capite 14. recenſet octo genera hoc modo:

Primum eſt capitale, quod fit in doctrina religionis.

Se-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Secundum quod nulli prodeſt, & alicui obeſt.

Tertium, Quod ita prodeſt alteri, vt obſit alteri, quamuis non ad immunditiem obſit corporalem.

Quartum, Quod fit ſola mentiendi fallendique libidine, quod merum mendacium eſt.

Quintum, Quod fit placendi cupiditate de ſuauiloquio.

Sextum, Quod nulli obeſt & prodeſt alicui.

Septimum, Quod & nulli obeſt & prodeſt alicui, excepto, ſi Iudex interrogat.

Octauum, Quod nulli obeſt, & ad hoc prodeſt, vt ab immundicia corporali aliquem tueatur.

CAPVT XXXI.

DE HÆRETICIS.

ETſi hæreſeos peccatum proprie ad primam Decalogi tabulam pertinet, Eſt enim error in Articulis fidei: Tamen quia Hæretici plerumque id ſtudent, vt errore concepto etiam alios imbuant & ſeducant, ideo etiam ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

pernitioſa mendacia octauo præcepto prohibita referri poteſt. Sicut Auguſtinus inter octo genera mendaciorum, Primum ponit mendacium in doctrina Religionis. Nullum eſt enim pernitioſius mendacium proximo, quam cum falſa doctrina abducitur à ſimplicitate fidei, in hæreſin ſeu errorem, & à ſpe vitæ æternæ in æternam condemnationem & mortem. De hoc mendacio præcipue & principaliter loquitur Chriſtus, Iohan. 8. vbi de Diabolo dicit: Diabolus homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & eius rei pater. Mendacia Hæreticorum, quibus Eccleſias turbant & ſimplices Chriſtianos ſeducunt, in ſex claſſes poſſunt diſtribui.

Prima claßis eſt eorum, qui de Deo, de tribus perſonis diuinitatis, de filio Dei, eiuſq; incarnatione, de Spiritu ſancto, de inuocatione Dei, falſas doctrinas ſpargunt, vt Ebion, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Arius, Samoſatenus, Seruetus & alij.

Secunda claßis eſt eorum, qui doctrinam Euangelij de meritis Ieſu Chriſti, de remißione peccatorum, de gratuita iuſtificatione per

per fidem in Chriſtum, de gratuita donatione vitæ æternæ per miſericordiam Dei, propter Chriſtum deprauant.

Tertia claßis eſt eorum, qui doctrinam de peccato & corruptione humanæ naturæ deprauant, Vt Pelagius negabat peccatum originis, docebat naturam naſci integram, & vires arbitrij humani integras eſſe.

Ad hanc claſſem errorum de peccato, pertinet etiam nouus error Flacij Illyrici, qui nunc ſcriptis ſuis obſtinatè & contentioſe ſpargit, quod peccatum ſit ſubſtantia in homine, ſub quo errore plures alij pernicioſißimi errores teguntur, quod vt lector intelligat, ideo perbreuem commonefactionem addam.

Primo, Si peccatum eſt pars ſubſtantiæ humanæ, creata à Diabolo, tunc duo ſunt creatores, ſicut Marcion, Cerdon & Manichæi dixerunt: Vnus bonus creator bonæ ſubſtantiæ, & alter malus creator ſubſtantiæ malæ.

Secundo, Si peccatum eſt pars ſubſtantiæ humanæ, tunc filius Dei, Dominus noſter IESVS CHRISTVS, *non aſſumpſit totam ſubſtātiam humanam, et ſi peccatum eſt ipſa anima rationalis, tunc filius Dei*

factus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

factus eſt homo, ſine anima rationali, quemadmodum Apollinaris docuit. Eſt enim veriſſimum, quod Chriſtus humanam naturam ſine peccato aſſumpſit, Ergo eam partem ſubſtantiæ humanæ, quam Illyricus peccatum eſſe dicit, nequaquam aſſumpſit.

Tertio, Quod ſi filius Dei non aſſumpſit totam ſubſtantiam humanam. Ergo neque pro tota ſubſtantia noſtra ſatisfecit, nec totam ſubſtantiam noſtram redemit. Et quidem certe non venit filius Dei in mundum, vt opera Diaboli ſaluaret, ſed vt opera Diaboli deſtrueret. Quod ſi itaque aliqua pars ſubſtantiæ noſtræ, aut ipſa noſtra anima rationalis eſt opus Diaboli. Ergo illa pars noſtræ ſubſtantiæ nequaquam à filio Dei redempta eſt, & nequaquam erit hæres æternæ vitæ.

Quarto arguit itaque Illyricus ſcripturam ſacram mendacij, quæ toti homini promittit vitam æternam, tollit veram conſolationem Euangelij, quæ enim manet conſolatio? ſi ſcias vnam tui partem in æternum arſuram eſſe in gehenna? Quod ſi ita futurum eſſet, nullum poſſet eſſe verum & perfectum gaudium vitæ cœleſtis, patiente enim vna parte, totus homo patitur, ſicut vnius dentis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dentis paſsio totum hominem dolore adſicit, & nulli læticiæ veræ locum concedit. In ſumma itaque quærit Diabolus per illud mendacium Illyrici, vt totam doctrinam Biblicam in dubium vocet, & Alcorano Mahometico æquiparet, & miſeris hominibus omnem Euangelij conſolationem furetur.

Quarta claſsis eſt Antinomorum, qui legis prædicationem & doctrinam, de neceſsitate nouæ obedientiæ ex Eccleſia abijciunt.

Quinta claſsis eſt eorum, qui doctrinam de Sacramentis corrumpunt, quales ſunt Anabaptiſtæ & Sacramentarij.

Sexta claſsis eſt Enthuſiaſtarum, qui miniſterium verbi & Sacramentorum contemnunt, docentq́ violentos afflatus & raptus expectandos eſſe. Ad has ſex claſſes præcipuè hæreticorum errrores & mendacia referri poſſunt.

CAPVT XXXII.

DE MENDACIIS SEV ERRORIBVS *præcipuis in doctrinis Philoſophorum.*

Vni-

VNiuerſales & communes omnium Philoſophorum ignorantium doctrinam diuinitus reuelatam errores ſunt in doctrina de eſſentia & voluntate Dei, ſicut ſcriptum eſt, Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit nobis. Iohan. 4. Vos adoratis, quod neſcitis. 1. Corinth. 1. Non cognouit mundus per ſapientiam Deum. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, ſtultitia enim illi ſunt, & non poteſt agnoſcere, Deinde habet alia Secta Philoſophorum alios peculiares errores.

Sunt autem quatuor Sectæ maxime celebratæ, quarum monumenta adhuc extant, vel Græca vel Latina. Ariſtotelica ſeu Peripatetica, Epicurea, Stoica & Academica, de quibus eruditiſſimum iudicium Domini Philippi recitabo, & tamen pauca quædam ex alijs autoribus addam.

Ariſtotelica recte diſtribuit genera doctrinarum, Dialecticen, Phyſicen & Ethicen, & Dialecticen habet veram, incorruptam & integram, qua laude haud dubie omnibus alijs ſectis antecellit, in alijs partibus multa extruit ex demonſtrationibus & minus hallucinatur quam cæteræ.

Gale-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Galenus etiam inquit, in hac minus eſſe errorum, quam in cæteris, Errat autem de mundi æternitate, quem ſemper fuiſſe imaginatur, vt ipſam mentem primam cauſam & motricem. Videtur enim Ariſtoteli abſurdum, Primam cauſam infinitis ſeculis retro ocioſam cogitare. Sed de hoc articulo ſequamur doctrinam à Deo illuſtribus teſtimonijs traditam, vt de cæteris Articulis, quos Deus patefecit.

Epicurea plena eſt horribilium furorum, Primum Dialecticen omnino prætermiſit, propterea quod (vt Laertius refert) Philoſophia ſimplicibus & proprijs rerum vocabulis, ſine ratiocinationibus comprehendi poßit. In Phyſicis componit mundum ex atomis, & ſomniat ſubinde alios mundos naſci, & alios interire, fingit vacuum per omnia corpora ſparſum eſſe, ſicut Lucretius inquit: Namq; eſt in rebus inane. Remouet ab vniuerſitate duas præcipuas cauſas, Efficientem & finalem. Negat eſſe Deum, & affirmat omnia ſine prouidentia diuina tantum caſu nata eſſe, & caſu fieri. Stellas ridicule fingit non eſſe durabilia corpora, ſed quotidie nouos halitus accendi & deflagrare, qui ſpeciem Solis, & aliarum ſtellarum efficiant.

Ani-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Animas hominum affirmat interire cum corporibus, prorſus vt pecudum vita extinguitur, quem horribilem errorem recitat Seneca in Troade his verſibus:

Vt calidus fumus ab ignibus
Vaneſcit ſpacium per breue ſordidus,
Vt nubes grauidas quas modo vidimus,
Arctoi Boreæ diſsipat impetus:
Sic hic quo regimur, ſpiritus effluet,
Poſt mortem nihil eſt, ipſaq; mors nihil.

Idem.

Quæris quo iaceas poſt obitum loco?
Quo non nata iacent.
Tempus non auidum deuorat & chaos,
Mors in diuidua eſt noxia corpori,
Nec parcens animæ.

In Ethicis finem humanæ naturæ affirmat eſſe voluptatem, hoc eſt, vacare cruciatu, inde cum anteferat voluptatem virtuti, multa falſa ſequuntur.

Epictetus in Arriano lib. 2. cap. 20. ſcribit: Epicurum docuiſſe religionem eſſe commentum Sophiſtarum & Legumlatorum, ad terrendos homines excogitatum. Doctrinam Platonis, quod mundus à Deo factus ſit, Velleius Epicureus ita deriſit, vt eſt apud Ciceronem lib. 1. de natura Deorum, Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ,

qui

qui miniſtri tanti muneris fuerunt? id eſt, Deus non habuit inſtrumenta & miniſtros ad magni mundi ædificationem. Ergo non potuit Deus mundum facere. Nos ad hanc Epicuream & blaſphemam obiectionem reſpondemus in Symbolo: Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Vt autem recte intelligatur, quæ fuerit Epicuri ſententia de voluptate, Ideo addam Volaterrani breuem narrationem de ipſo. Epicurus, inquit, ſummus voluptatum aſſertor victu frugali, & modeſto contentus, aqua & polenta, aut pane hordeaceo victum quæſiuit, contraq́ paupertatem, inuictum animum geſſit, non quod voluptates auerſaretur, ſed quo in tenui victu plus ſe voluptatis experiri dicebat.

Stoica Secta, Dialecticen ſpinoſam & inextricabilem habuit, quæ multa non vere cohærentia inerudite coaceruauit, vnde falſas opiniones extruxit. In Phyſicis & Ethicis errat pariter, Primum quod omnia fieri neceſſario contendit, tum quæ in materia gignuntur, tum quæ fiunt à voluntatibus hominum, bona & mala, Scelera Neronis ait neceſſario fieri, alligat Deum ad cauſas ſecundas, & negat eum aliter poſſe agere, quam vt cauſæ ſecundæ feruntur, quam connexionem cauſarum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vocat Fatum, Impiam ſententiam de Stoico fa-
to recitat Seneca in Oedip. his verſibus:

Fatis agimur, cedite fatis,
Non ſollicitæ poſſunt curæ
Mutare rati ſtamina ſuſi.
Quicquid patimur mortale genus,
Quicquid facimus venit ex alto.
Seruatq́; ſuæ decreta colus
Lacheſis.

Et paulo poſt.

Non illa Deo vertiſſe licet,
Quæ connexa ſuis currunt cauſis.
It cuiq́; ratus prece non vlla,
Mobilis ordo.

Animas hominum ait ignem eſſe du-
rantem aliquot ſeculis, poſtquam diſceſſe-
runt à corporibus, ſed tamen poſtea diſſipa-
ri & extingui, vt alios fumos. Errat multi-
pliciter de affectibus hominum, quos contendit
opiniones eſſe, & ex natura tolli poſſe, & om-
nes eſſe vitioſos. Ludit ambiguitate vocabu-
lorum, cum negat res conuenientes naturæ,
vitam, ſanitatem, cibum, potum, bona eſſe, &
econtra res deſtruentes naturam, mortem,
morbos, penuriam cibi, potus mala eſſe, Stel-
las ali dicit vaporibus terræ, & Oceani, &
Lunam facit maiorem terra.

Aca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Academici veteres erant ſectatores Platonis, dicti ab Academia, id eſt, à loco ab Athenis mille paſſus diſtante, vbi natus fuit, & docuit Plato. Sed Academici recentiores, cum viderent magnas eſſe diſſenſiones aliarum Sectarum, & animaduerterent quaſdam partes in Phyſicis, vt de Mundi initio, de fluminum perennitate, & alia quædam non ſatis comprehendi acie humani ingenij, addidit falſam hyperbolen, omnia incerta eſſe, quod etiam ad numeros & κοίνας ἐννοίας *in Geometria tranſtulit, quarum certitudinem varijs præſtigijs ſophiſmatum labefactare conata eſt.*

Tradidit autem Deus Arithmeticen, Geometriam, Phyſica quædam & Ethica, vt gubernant multas vitæ partes, & ſint adminicula in doctrina cœleſti, ac vult harum doctrinarum firmam & immotam eſſe certitudinem, vult nos diſcrimina numerorum noſſe, vt cum audimus vnicum eſſe æternum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, non cogitemus innumerabiles Deos, vult nos certo noſſe aliud eſſe vitam, aliud mortem, aliud motum, aliud quietem. Vult Deus nobis has ſententias certas & immotas eſſe, Non occides hominem innocentem, Nec polluito te inceſtis libidinibus, pugnat igitur Academia recentior non ſolum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cum communi iudicio rationis, & cum vitæ ordine, ſed etiam cum Deo, cum in vniuerſum tollit certitudinem. Hæc de Sectis moneri Adoleſcentes vtile eſt, ne veras & receptas ſententias, quas docet communis Ariſtotelica doctrina faſtidiant, & amore nouitatis admirentur & amplectantur prodigioſas opiniones.

CAPVT XXXIII.

DE SOPHISTICA.

SOphiſtarum nomen olim honorificum fuit, Sic enim appellati ſunt optimi Dialectici & Rhetores, & præcipui illi, qui has artes profitebantur & docebant, ſed poſtea hominum aſtutia, ambitione & auaritia, nomen hoc odioſum factum eſt, propterea quod Sophiſtæ omiſſo ſimplicis veritatis ſtudio ad cauillatoriam artem ludendi, decipiendi, fallendi, & falſas opiniones, doctrinas, cauſas, defendendi ſpecioſis argumentis, animum applicuerunt, vt ſapientiæ & eruditionis opinionem apud imperitam plebem ſibi conciliarent, omniaq́ue in dubium vocarent, ſicut Lucianus & Cornelius Agrippa, & vt patrocinio iniuſtarum cauſarum quæſtum facerent. De Arceſila Philo-

ſopho

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſopho cauillatore ſeu ſophiſta ſcribitur, quod cum ſe nihil ſcire diceret, neq; alios ſcire quidquam pateretur, omnes Philoſophos ſophiſmatibus turbauit.

Socratis tempore maximam cauillatorum ſophiſticorum copiam fuiſſe conſtat, qui veras ſententias contentioſe oppugnabant, quibus Socrates tanquā Hercules aliquis oppoſitus fuit, vt illorum veſaniam redargueret, id quod Platonis Dialogi etiam teſtantur, quibus ipſe præceptoris ſui Socratis diſputationes contra eius ætatis ſophiſtas complexus eſt. Ante noſtram ætatem omnes Scholæ Theologicæ redundarunt ſophiſticis diſputationibus Thomæ Scoti & Monachorum, quibus veritas ſacræ ſcripturæ prorſus obtenebrata fuit, ſed excitauit benignus Deus reuerendos Patres & Dominos, Doctorem Martinum Lutherum & Philippum Melanthonem, per quos doctrinam ſalutis æternæ ab illis ſophiſticis tenebris repurgauit.

Nunc vero multi vani & ambitioſi homines, iterum ſtudent præcipuos doctrinæ articulos, qui Dei beneficio ſunt luce meridiana clariores, conquiſitis & malitioſe excogitatis cauillationibus rurſum tenebris inuoluere, quorum petulantiam vt Deus coherceat, ſedulo orandum eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

De Sophiſtica forenſi peruertendi ius & iuſticiam, ſicut omnibus temporibus, omnes boni conqueſti ſunt, ita & hodie conqueruntur, & durabit illa querela, donec hic malus mundus durabit. Et quidem Deus grauiter minatur illis, qui in foro & iudicijs Sophiſticam exercent, ſiue iudices, ſiue actores, ſiue Aduocati.

Adoleſcentes ſtudioſi ſimplicem veritatem in doctrinis, artibus, totaq́ vita amare, Sophiſtarum inſidioſas fallacias cauere, & à Sophiſtices ſtudio abhorrere debent, cogitantes ſæpe de dicto Syracidæ, cap. 37. Qui Sophiſticè loquitur, odibilis eſt. Et Eſa. 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Euripides in Andromache grauiſsime Sophiſticen Spartanorum reprehendit, O digniſſimi, inquit, odio Spartani & execrandi ab omnibus hominibus, doloſi, mendaciorum architecti, inſidioſi, flexiloquas ambages captantes, aliud loquentes, aliud ſentientes, male pereatis.

C A-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXXIIII.

DE CALVMNIA.

Calumnia proprie vocatur aut maligna deprauatio vel interpretatio legis, ſeu facti, per ſe boni, aut falſa accuſatio ſeu criminatio plauſibili fuco & prætextu ornata, aut temerarium & iniuſtum iudicium, quo contra conſcientiam Iudex calumnioſæ accuſationi adſentiens, aut negligens fraudulenter accuſatæ partis auditionem vel excuſationes, innocentem condemnat.

Lycurgus contra Leocratem, inquit: Omnes ſcitis, eos qui calumniari ſtudent ſumere materias, vbi falſa & pauſibili criminatione accendere odia poſſint. Grauiſſime prohibet Dominus calumniandi ſtudium Leuitici 10. Non facias calumniam proximo tuo. Lucæ 3. Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis. Et Syracides inquit, cap. 16. A tribus timuit cor meum, & à quarto facies mea metuit: delaturam ciuitatis & collectionem populi, & calumniam mendacem. Hæc dicta etſi de omnibus calumniarum ſpeciebus intelligenda ſunt, tamen præcipuè loquuntur de calumnioſis criminationibus, accuſationibus & iudicijs, quibus optimi quiq; miſere cruciãtur, & ſæpe opprimũtur, vt Socrates, Miltiades, Alci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

des, Themiſtocles, & multi alij boni viri oppreſſi ſunt, & de quibus calumnijs Eccleſiaſtes inquit cap. 7. Calumnia conturbat ſapientem, & frangit robur cordis eius, Super quæ verba ſcribit Gregorius Neocæſarienſis, Eſt & alia miſeria in humanis, ſummum inquam hoc malum, calumnia, quæ ſapientum maxime animabus inſidiatur, generoſam ac denſam illam virtutum ſyluam extirpare molitur.

Menander dicit: Falſa calumnia vitam labefactat.

Item, Calumniator eſt in vrbe atrox lupus.

Cleanthes:

Nihil fere tam eſt malignum, quam calumnia,
Hæc enim vbi clam aliquem à ſe perſuaſum decepit,
Odium excitat aduerſus eum, qui nihil eſt meritus.

Ioſippus, Omnem beneuolentiam & naturam frangit calumnia.

Herodotus lib. 7. Calumnia eſt res grauiſſima, in qua duo ſunt, qui iniuriam faciunt, vnus qui adficitur, Calumniator enim iniuriam facit, non præſentem accuſans. Et ſimiliter qui accuſanti fidem habet, antequam vere rem cognoſcat, qui autem abeſt iniuriam patitur,

tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tum à calumniatore, tum ab illo qui ipſum aures calumnianti præbens, pro malo reputat.

Thucydides, Non decet calumnias neque alijs narrare, neq; audiendo ſuſcipere.

Socrates apud Platonem in Apologia, Non Melitus, inquit, neque Anytus me periment, ſed multorum calumnia & inuidia, quæ multos alios quoque peremit hactenus, & vt arbitror perimet, ſed de exemplis poſtea dicam, prius enim eruditiſſimam orationem Luciani de calumnia recitabo, quæ omnibus hominibus, & præſertim illis, qui in aliquo officio gubernationis verſantur, debet eſſe quam notiſſima. Monet enim non temere eſſe credendum calumniæ, atque grauiſſime tum calumniatores, tum illos qui calumniatoribus aures præbent & fidem adhibent reprehendit. Pernitioſa, inquit, res ignorantia eſt, & varijs modis noxia mortalibus, non ſolum communi hominum vitæ tenebras quaſdam offundere, ac veri cognitionem obliterare ſolita, ſed priuatas quoque ſingulorum rationes miſcens ac perturbans, quo fit, vt perinde, atque qui in tenenebris errant, imo haud aliter quam cæci iam huc, iam illuc, impingamus, Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

haud procul nobis & ante pedes ſitum eſt, non videmus, formido eſt his capi, à quibus etiam quam longiſſime abſumus. Deniq; in rebus humanis nihil tam fauſte fœliciterq; agitur quod non error aliquis interpellet.

Hinc ſunt innumeræ illæ Tragicæ clades, ſata Labidacidarũ ac Pelopidarum, Aliæ item aliorum calamitates, fere etiam quicquid malorum ſcœnæ ac pulpita clamant, ab ignorantia ceu tragico Deo compoſitum proficiſcitur. Illa vero cum alias poteſt plurimum, tum noxia eſt immodice, ſi quando in calumnias familiares, & mutua inter ſe amicorum crimina incidit, quibus ſolent & inteſtinis diſſidijs res domeſticæ, & odijs ciuilibus vrbes funditus euerti. In natos ſæuire parentes, nati parentibus inſidiari, frater fratri, amans amanti, amicus item ab amico diuelli, turbari demum omnia calumniæ vafricia. Itaque quo pacto caueri facile poſſit, & qualis nam ſit calumnia, vnde originem trahat, quantum fere efficiat, hac oratione velut in tabella depingam.

Porro quam eius imaginem ſubijciam, Apelli Epheſio pictori acceptam refero dicatam. Cum is apud Ptolomæum Regem coniuratio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rationis, quæ in Tyro autore Theodota facta eſt, inſimulatus eſſet, quanquam ne Tyrum viderat vnquam, neque Theodotum nouerat, niſi quantum fama accepit, eum Ptolomæi præfectum Phœnicem adminiſtrare. Verum Antiphilus quidam artis gratiæq; Apellææ æmulus illum apud Regem coniurationis Tyriæ reum fecit, cum Theodota principe factionis viſum familiariter congredi, conuiuari, ſecreto item & in auriculam inter conuiuandum colloqui, paulo poſt & defeciſſe Tyrum & Peluſium Apellis conſilio occupatum eſſe. Tum Ptolemæus præter modum, cum & alias non ſatis animi compos eſſet, aſſentatione inſuper Tyrannica fractus, adeo excanduit, adeo admiratione calumniæ percitus eſt, vt coniecturis, quæ cauſæ fidem aut facerent, aut minuerent, neglectis, non animaduerterit calumniatorem Antiphilum Appellææ artis æmulum eſſe, dein fortuna minori Apellem, quam vt Peluſium prodere poſſet.

Hunc item beneficijs regijs plus cæteris pictoribus auctum, neque interim percontatus, num aliquando ille in Tyrios nauigaſſet, quin ſtatim plectendus videbatur, Regiam tumultu inſolito Rex perturbat, Apellem perfidum, ingratum, reum violatæ maieſtatis,

Inſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Inſidiatorem, coniuratum clamat. Ac niſi quiſpiam è ſocijs coniurationis, qui capti tenebantur, & audax Antiphili ſcelus ſtomachatus & infelicis Apellis miſertus, nihil ei commune cum ſeditioſis fuiſſe probaſſet, dubio procul Tyriorum malorum pœnam capite multatus ſoluiſſet, etiam nihil ſibi male conſcius. Ptolemæus igitur collecto animo ſententiam mutauit, Apellem donauit talentis centum, addito in ſeruitutem Antiphilo calumniatore. Apelles contra periculi memor tali eſt imagine calumniam vltus: Ad dexteram conſidet quiſpiam auribus prælongis inſignis, qualis fere illæ Midæ feruntur, Manum porrigit procul accedenti calumniæ, circumſtant eum mulierculæ duæ, ignorantia ni fallor, ac ſuſpicio. Adit aliunde propera calumnia eximie compta, vultu ipſo & geſtu corporis efferam rabiem & iram æſtuanti conceptam pectore præ ſe ferens. ſiniſtra facem tenens flammiuomam, Dextera ſecum Adoleſcentem capillis prehenſum, manus ad ſuperos tendentem, obteſtantemq́, immortalium Deorum fidem rapit. Anteit vir pallidus in ſpeciem impurus, acie oculorum minime hebeti, cæterum plane illis ſimilis, qui ſontico aliquo morbo contabuerunt, hinc facile conijcias liuorem

eſſe,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſſe, quin & Mulierculæ aliquot calumniam ſequuntur comites, quarum eſt munus dominam hortari, inſtruere, comere, interpres picturæ aiebat inſidias ac fallaciam eſſe. A tergo lugubri habitu, pullata laceraque pœnitentia ſubſequitur, quæ capite in tergum deflexo cum lacrymis ac pudore procul venientem veritatem excipit.

Hac Apelles tabula caſus ſuos luſit, iam & nos, ſi videtur, Epheſij pictoris exemplo recenſeamus calumniæ rationes. Principio nobis effigienda eſt & explicanda finitione quadam, quæ vice Iconis fuerit. Eſt enim calumnia delatio ementita odio, clam reo calumniatori credita, delato ad reſpondendum ac refellendum non admiſſa: quæ definitio perſonis, perinde atq; Comicum argumentum, tribus conſtat: delatore, delato & auditore calumniæ, ſingulorum partibus defungamur hanc acturi fabulam. Omnium ſi lubet primum producamus in medium actus principem, & quaſi præſultorem autorem calumniæ. Is quidem quam minime bonus vir ſit, ignorat nemo. Neque enim quiſquam vir bonus amico damnum dare cauſatur. Nam boni viri eſt hominum ſibi animos conciliare, ſtudio bene-

meren-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

merendi de amicis, neutiquam inimicis criminandis, vnde haud incommode colliges, iniuſtum, ſceleratum, impium, in ſumma, pernitioſum rebus communibus calumniatorem eſſe. Nam quis eſt, cui non videtur in vniuerſum iuſticiæ penſum æqualitas, & quod aiunt, ne quid nimis? Inæqualitas item, & quod nimium eſt iniuſticiæ. Qui vero clanculum abſentem inſectatur, æqualitatis metas egreditur, quippe auditorem ſibi totum aſſerit, aures eius anteuertit, obſtruit, & inuias reſponſuro, calumnijs refertas efficit. Ea ſane extrema eſt iniuria, vel optimorũ legumlatorum iudicio, Solonis & Draconis, qui iureiurando Senatum Athenienſem adſtrinxere, vt pari benignitate gratiaque tam reum quam actorem iudex audiat, dum alterius cauſam honeſtiorem intelligat, ſceleſtum & crudele iudicium eſſe, ſi quid ſtatuatur antea, quam cum accuſatione comparata ſit defenſio, Ad hæc ſibi male propitios Deos reddunt iudices iſti, qui cum accuſanti aures libere indulſerint, reo denegant, aut præſtigijs capti delatorijs muſsitantes condemnant.

Tantum à iuſto, æquo, bono, legibus, & iureiurando Senatus bene conſtitutæ ciuitatis calumnia diſcrepat. Iam ſi cui dubiæ fidei le-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gum conditores videntur quorum decreta commonent, iuſticia, non ſtudio partium iudicare, is longe optimi poetæ impendio ſcitam ſententiam, imo vero legem ſacro ſanctam audiat.

Nec niſi librato dirimat ſententia litem,
Parte quid ex vtraq; queant, examine cauſæ.

Nimirum vates intelligebat, ex omnibus nullam eſſe, neq; grauiorem, neq; audaciorem iniuriam, quam indicta cauſa quenquam mortalium damnare, id vero ex omni parte calumniator molitur, vti cum furore ac vecordia hominis, coram quo res agitur, indefenſum reum committat, defenſurum partes ſuas clancularia ſectione arceat.

Adeo enim hoc hominum genus obnoxium eſt formidini, adeo nihil audet palam, ſed perinde atq; qui ex inſidijs transuerſi hoſtem inuadunt, ex abdito alicunde ſpecu iaculantur, vt non ſit, qui contra vel mittere telum, vel manu contendere poßit, hoſtiſq; ignarus aduerſarij fraudiſq; inſcius pereat. Quod profecto minimè fallax inditium eſt, in calumnia nihil eſſe veri, nihil ſani prorſus, nam qui accuſaturus quempiam, ſibi conſcius eſt veri, procul dubio & palam audet aduerſarium inceſſere, cor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

corrigere, cogere, purgantem crimen ferre: *Vt in bello qui iuſta acie vincere hoſtem palam poteſt, turpe ducit aſtu & inſidijs tentare.* At hoc genus homines in aulis Regijs ſpectare plurimos datur, optimatum fauorem hiſce auribus ambientes, Vbi ſcilicet & inuidiæ crebræ & auaræ ſuſpitiones, & aſſentandi, criminandique occaſio multiplex in promptu eſt. Siquidem ibi quo pluribus plura ſpes oſtentat, eo neceſſe eſt maiore inuidia, ſæuioribus odijs, æmulatione callidiori certari. Illic videas licet, quam acres alter in alterum oculos defigat, qua cura obſeruet veluti ſingulari certamine congreſſuros, ſi quid vſpiam in alterius corpore forte fortuna nudum, aut male munitum conſpiciat quod ferire feliciter poßit.

Ita ſtudio cuiquam eſt, cum ipſe primus eſſe cupit, vt proximum deijciat, exturbet, conuellat, proculcet. Hic ſi quis eſt vir frugi, temere euertitur, illuditur, denique ignominioſe exterminatur. Contra, qui aſſentandi paulo peritior eſt, & habitiore ad mentiendum ingenio, probatur, ſuperat, Sane omnino iuxta Homeri carmen eſt huius certaminis alea.

Vn-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Vndiq; communi ſæuitur Marte, pariq;
Victusq; victorq; cadunt fato.

Alium ſubinde alius alia via aggreditur, vt fere fieri ſolet, ſicubi de magnis agitur commodis, ſed per calumnias iter eſt vt compendiarium, ita minime ſecurum, principia inuidiæ hærent inter ſpemq; metumq; fluctuanti, Exitus nihil non miſerabile, tragicum, calamitoſum habet, cæterũ quadruplatoris ipſius quoq; ſtudium nequaquã facile eſt ſimplexue, quanquã ita fortaſſe videatur, ſed arte multiplici, ſolertia peculiari, indefeſſa deniq; & accurata diligentia opus habet. Neq; enim noxia fuerit calumnia, niſi in ſpeciem ſimilia vera narret, neq; temere cunctarum alioqui rerum Dominam veritatem ſuperauerit, niſi auditorem argumentoſa & probabili actione, in ſumma, mille modis fallat. Porro defertur is plerumq;, qui honore quodam alijs præſtat, nempe ijs inuidioſus, qui ſpe illius fruſtrati ſunt. Quo fit, vt omnium telis affectetur ceu obex, qui viam aſſequendæ dignitatis alijs intercluſerit. Seq; primos tum ſinguli fore confidunt, ſi ſublimem iſtum loco demoliti ſint, & ab amicis abalienarint. Tale quiddam in gymnico curſu feri conſueuit, vbi ſi quis eſt curſor ingenuus, ſtatim ruptis carceribus primas affectans, & animum ad ſtadij metas adijciens, ſpe victoriæ è robore ſuo concepta,

neq; ſequenti incommodat, neq; omnino laboris huiuſce ſocijs quicquam ſtruit remoræ. Contra qui malitioſus, imbellis, eneruis contendit curſu cum alijs, deſperatis viribus in fraudem intentus agitur, atq; in vniuerſum vnicum hoc ſpectat, qua currentem occupet, impediat, ac intercludat, & ni ſuccedat actus, non eſt vt vllo alio modo vincere poſsit. Haud aliter in ambiendis magnatum amicitijs accidit, vbi ſi quis feliciter anteuertit, in medias labitur continuo inſidias, & incautus ab æmulis captus diſcerpitur. Hi deinde amari, coli, amici videri incipiunt, vel ob id vnum, quod bonis incommodant. Iam vti probabilem & dignam fide calumniã faciant, non quod fortuito caſus oſtendit, prehenſant, ſed in hoc toti ſunt, vt accurato delectu obſeruent, ne quid abſonum aut alienum à cauſæ fide incidat. Adeo rationes eius quem criminantur vniuerſas in peiorem trahunt partem, ſuſpectas reddunt, quo fidem addant accuſationi. Medicũ inſimulant veneficij, magnificum ciuem affectatæ Tyrannidis, Tyrannum proditionis. Interdum auditoris affectus ſua calumnijs diſcrimina ſuppeditat, cum quo ſi veteratores iſti & nugiuendi ſuas technas comparent, apte illuditur. Quod ſi auditorem zelotypum norint, annuit, inquiunt, ille

vxori

vxori tuæ inter epulas, & defixis in eam oculis alto ſuſpiria pectore duxit. Vxor viciſſim ſuaue quiddam & amatorium, alia item, quæ ad ſuſpicionem adulterij faciunt. Sin Poëticæ ſtudioſus ea ſibi arte præter modum placeat, Philoxeno, aiunt, carmen tuum non probatur, hiulcum, lege ſolutum cenſetur. Ad Religioſum: en ille de pietate, deq; dijs male ſentit, ſacra deteſtatur, prouidentiam vniuerſi gubernatricem pernegat. Tum auditor ceu œſtro in auriculam immiſſo, excandeſcit, vt pro re conijcere licet, amicum ab ſe impos animi re ipſa nondum contentè cognita, miſſum facit. Talia fere ſunt, quæ ab impuris iſtis cõfingũtur videlicet ad irritandos audientium animos maxime accommodata, tum qua parte ſinguli præſtant, eam potiſſimum iaculis ſuis obnoxiam illi faciunt, ne quod auditor ſubita interturbatus ira vero cognoſcendo collocet ocium, deinde ſeſe purgaturo non fiat hominis copia, quem criminis admiratio ſpecieſq; veri occuparunt. Etenim dici non poteſt, quàm inſtructa ſit, quantumq; valeat calumniæ facies, ſi quando cum cupiditatibus auditoris conflictatur. Quondam apud Ptolemæum, cui Dionyſio cognomen fuit, quiſpiam Demetrium Platonicum accuſauerat, quod in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Bacchanalibus aquam biberet, ſoluſq; omnium muliebribus non veſtiretur, de quo, niſi accerſitus ad regem mane palam vino libaſſet, & inſtita muliebri amictus ad numeros Dithyrambicos cimbalorumq; modos ſaliſſet, plane actum erat, quod & Regium exemplum non eſſet imitatus, & aſpernaretur Dionyſiorum molliciem. Apud Alexandrum grauiſſimi criminis reus fiebat, qui colere et adorare Hephestiona nollet, nam poſteaquam is è viuis exceſſit, amore victus Alexander, effuſo animo ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit, vt mortuus inter Deos Hepheſtion haberetur, continuo ei templa ciuitates pleraq; dicarunt, delubra condiderunt, aras. ſacra, ferias, nouo Deo ſanxerunt: Iusiurandum omnium religioſiſſimum Hepheſtionis nomine fuit, capitale erat, ſi quis hac parte vel contaretur, vel neglectim coleret: Hic Euiratus affectus, hæc veſania fuit aſſentatoribus occaſio accendendi inflammandiq; regis. Narrabantur inſomnia, viſæ Hepheſtionis vmbræ prædicabantur illius reſponſa, deniq; aræ & ſacra dicata ſunt familiari, & malorum vindici Deo, proinde cum his Alexander initio mire oblectaretur, tandem ita captus eſt, vt fidem quoq; adhiberet, gloriaretur q; quod non modo dijs genitus eſſet, ſed deos quoq; ipſe faceret, Quo tempore quantum putamus ami-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mus amicorũ Alexandri afflixit Hepheſtionis diuinitas? Si quibus non videretur commune nomen venerari, accuſabantur, deportabantur, gratia regia excidebant. Tum Agathocles Samius, qui primos aliquandiu ordines apud Alexandrum duxerat, magnis item à rege honoribus auctus, parum abſuit, quin cum leonibus committeretur, criminatus, quod illachrymaſſet præteriens Hepheſtionis ſepulchrum, verum Perdicca hominem ſeruauit, Deos omnes, ipſumq́; Hepheſtiona iuratus, eum ſibi in venatione auguſta ſpecie, Deum clare viſum, mandaſſe, vt Alexandro diceret, parcendum eſſe Agathocli, qui non hoc lachrymaſſet, quod aut vana ſibi Hepheſtionis diuinitas videretur, aut mortem miſeratus eſſet communem, ſed priſtinæ conſuetudinis, & mutui amoris memoria permotum eſſe. Sic igitur affecto Alexandro locus aſſentationi & calumniæ aptiſsimus fuit. Nam perinde atq; oppugnaturi vrbes, non qua probe munitæ ſunt alto præcipiti, ac ſolido mœnium opere, hoſtes inuadunt, ſed vbi ſentiunt quam minime defendi, muniri, muros acceſſu faciles collapſos, hac omnibus viribus certatim contendunt, qua citra difficultatem irruere, ac potiri rebus queant: Ita qui criminandis alijs deſudant, quod in auditoris animo languidum, fragile, facile ſubactu vident, in eam partem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

traducunt, coguntq; machinas ſuas. Demum quando inſultus hoſtiles nemo perſentit, nedum non obnititur, expugnant. Iam intra muros cuncta igni ferroq; deuaſtant, excidunt, populantur. Qualia vero ſimile eſt capto & in ſeruitutem redacto animo fieri. Arma ſunt iſtis aduerſus abſentem fallacia, mendacium, periurium, ſupplicium, impudentia, deniq; innumeræ impoſturæ, ac malitioſæ cautiones, omnium maxime præſens, & longe efficaciſsima aſſentatio, calumniæ cognata, imo ſoror: Quippe nemo hominum tam generoſo eſt pectore, etiam adamantino ſeptus muro, qui cum calumniæ concedat, non idem aſſentatione vincatur. Hæc foris recti Iudicij ceu fundamenta ſuffodit, ac ſubruit, intus coniurati cum hoſtibus proditores irruentes adiuuant, manus porrigunt, portas aperiunt, & modis omnibus connituntur, vt auſcultatorem calumnia ſibi ſeruum faciant. Sunt autem proditores de quibus dico, nouandi cupido, natura humanis ingenijs conſita, præſentium item faſtidium, ſequax eorum animus, quorum admiratione capitur. Neſcio enim qui fiat, vt omnes amore ſui immodico admiratio furtim rapiat, & ſuſpicionibus illectet: Quoſdam equidem comperi ſtudio calumniæ adeo ſuauiter titillari auriculas, vt ſi pennis confri-

ces.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ces. Proinde talibus adiuti ſocijs, calumniatores cum irruerint, cuncta pro viribus euertunt, nec magno emitur victoria, vbi nemo repugnat, nemo vim tormentorum ſuſtinet, aut iaculis iacula mutat, ſed qui auſcultat, ipſe ſeſe ſponte ſua in manus hoſtium dedit. Interim ignarus inſidiarum, qui accuſatur. Nam haud aliter qui deferuntur, atque qui captis vrbibus pereunt, dormientes trucidantur. Et quod eſt in primis miſerabile, neſcius ſe reum haberi, neque cuiuſquam ſibi ſceleris conſcius amico candide congreditur, familiariter compellat, facitque pro more, iam ante vndique circumuentus inſidijs miſer. Tum ille, ſi homo ingenuus eſt, & liber, confidenſque, frangit iram & effundit animum, defenſionem recipit, agnoſcitque ſe fruſtra aduerſus amicum exacerbatum fuiſſe. Sin autem eſt indole ſeruili, & male maſcula, audit quidem, & ſummis arridet labris, verum odit, & clanculum dentibus frendet, ac, vt inquit Poeta, extruit iræ fundamenta, quo ego homine profectò nihil iniuſtius, nihil tetrius exiſtimo, qui admorſo labro bilem intus alit, odiumq́ intra ſe conceptum auget, aliud in pectore clauſum, aliud in lingua expromptum habet, agitque læta & amica facie tragœdiam meram, & nihil non triſte patientem. Id ille maxime patitur, cum ſimili

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

delator vecordia apud eum, cui parat inſidias, odium muſſando diſsimulauit, effecitq; vt amicus ei videretur. Tum enim ne vox quidem delati, nedum non defenſio audiri ſolet, tantum fidei calumniæ facit concepta de illorum amicitia opinio, his quanto ſatius erat perpendere, inter amiciſsimos non raro clam aliꝗs graues ſimultatum cauſas intercedere. Sæpenumero item, quorum ſeſe reum calumniator fieri metuit, ſocium inſimulat, vt quem anteuerterit accuſãdo, ſuſpitione culpæ ac crimine elabatur, atq; ideo fere fit, vt quibus nos putent amicos tantum, inimicos nunquam calumniemur. Nam actioni quæ ipſa ſeſe præ ſe ferens actoris odium prodit, fidei nihil eſſe poteſt. verum quos vulgo amicos æſtimant, aggredimur ſeu auſcultatori ſpecimen fidei noſtræ daturi, vbi ſua ipſius cauſa commoda, ſalutemq; familiarium amicorum neglexiſſe videmur. Eſt & genus aliorum, quibus tametſi comperitur falſo criminatũ apud ſe amicum, tamen cum credidiſſe pudet, neq; aſpicere illum, neq; in gratiam redire audent, perinde ac ſi ipſi ſint iniuria affecti, quod alienam iniuriam non proſpexerint. Proinde multa ſunt humanæ vitæ mala, ex eo quod promiſcue, ac ſine diſcrimine calumniꝗs creditur, quale eſt quod apud poetam ait Antia.

Bellerophontem occide, aut Prœte peribis,

Qu;

Qui mihi conatus præſigne auferre pudoris
Fœminei decus.

Cum ipſa prior adoleſcentem ad concubitum ſollicitaſſet contempta in hoc periculum induxit, vt cum chimæra pugna congreſſo parum abfuerit, quin victrice beſtia occumberet Tanta pœna luenda fuit caſtitas, pudorq́ iuuenilis, quem hoſpiti coniunx adultera ſuſpectum fecerat. Simile quiddam Phædra priuignũ calumniata effecit, vt filij caput pater Theſeus execratum beluis marinis deuoueret, quanquam, ô ſuperi, nihil prorſus deliquiſſet. At inquiet quispiam, an non dignus eſt fide nonnunquam vir, cæterum bonis moribus, & recto ciuiliq́ iudicio præditus, qui alterum accuſat, non licet tali auſcultemus, modo reliquis ſibi malis artibus temperarit? Age inquam, eſt ne alius Ariſtide iuſtior, ille tamẽ aduerſatus Themiſtocli, contra eum populi animos excitauit, inuidia gloriæ popularis, vt aiunt, vellicatus, alias vir bonus Ariſtides, verum homo erat, nec felle carebat, ſolebatq́ amare alios, alios odiſſe. iam ſi verum eſt, quod de Palamede ferunt, ſapientiſſimus quidem Achiuorum, ac ad alias res gerendas accommodus, inuidia flagrans, inſidias paraſſe fertur cognato amico, ad hæc eiuſdem belli ſocio, Adeo naturæ humanæ familiare eſt, hoc errore labi, Porro quorſum attine-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

bat & Socratem recenſere. inſimulatum apud populum Athenienſem ſeditionis & impietatis? Quid Themiſtoclem, aut Miltiadem tot partis victorijs, ſuſpitione proditionis notatos? Sunt enim exempla innumera, & vulgo iam pleraq; non ignota. Quid igitur faciet vir prudens in re ambigua? Sanè opinor, quod Homerus in Syrenum fabula docet, pernitioſas talium ſermonũ delicias nauigio prætereat, obturet aures, nec paßim aperiat, affectui cuipiam obnoxijs. Sed ianitore ſedulo ac fido adhibito, ratione videlicet, ac iudicio animi, recta dicentes recluſis foribus excipiat, inutiles nugas obdito peſſulo arceat. Nempe ridiculum fuerit datum ædibus ianitorem officio non defungi, aures mentemq; vulgo patere. Poſteaquam ergo tale quiddam calumniarum audieris, tute apud animũ tuũ rẽ ipſã perpende, nihil attinet qualis ſit qui accuſat, nihil ad rẽ faciũt alieni mores, nihil accuſationis acrimonia. Quin eo maiore cura rem diſcute, quo inſtructior venit delator. Neq; item credere cõuenit iudicio et exiſtimationi alterius, imo accuſantis odio, ſed ſuum veri examen apud nos accurate ſeruandum eſt, ſuæ item calumniatoris inuidentiæ partes dandæ. Deniq; quod vtrinq; argumenta ſuaſerint, ſtatuendum. Tum vel odiſſe, vel amare quem diligenter explorauimus, licet. Priuſquam id factum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ctum ſit, calumniæ concedere in primo ſtatim congreſſu, hercle nimis quam puerile eſt, & indignum viro, longeq; à iuſticia ſemotum. At vero horum omnium cauſa vna eſt ignorantia, tenebræq; illæ, quibus ſuæ cuiuſq; hominis rationes moresq; obuoluuntur. Iam ſi deorum quiſpiam vitæ noſtræ lumen afferat, futurum eſt, vt euaneſcat calumnia, fugiatq; in altum barathrum, nec vſquam in humanis locum inueniat, reddita nobis luce omnium vitæ ſtudiorũ, veritatis beneficio. Hæc Luciani oratio crebra accurataq; lectione digna eſt.

CAPVT XXXV.

DE CRIMINATIONIBVS, ET OBTRECTATIONIBVS.

ADeo ſunt cognata vitia, calumnia, criminatio, detractio, vix vt diſcerni poſsint, magis autem reſpicit calumnia ad accuſationis fraudem, criminatio, obtrectatio, detractio, ad famæ denigrationem. Non itaq; miretur lector, ſi quæ de vno vicio dicuntur aut allegantur, reliquis etiam conueniant. ~~Vulgaria dicta ſunt: Omnis detractor ſeu criminator eſt~~ triplex homicida, primo enim occidit animam ſuam, ſeu ſemetipſum, Secundo eum, qui ipſi

fidem

fidem adhibet, tertio, illum cui detrahit. Item, detractor habet Diabolum in lingua, auditor in aure, aſſentiens, hoc eſt, ille qui detrectationibus delectatur, in corde. Hæc vulgaria dicta à ſapientiſſimis hominibus ſunt propoſita, ut à teterrimo criminationis & obtrectationis vitio abſterrerent. Sed nos Chriſtiani conſideremus præcipue ſententias ſcripturæ ſacræ, quibus Spiritus ſanctus eius peccati turpitudinem depingit, & ab illo nos dehortatur. Eccleſiaſtici 5. Non appelleris ſuſurro in vita tua, & lingua tua ne confundaris, ſuper furem enim eſt cõfuſio & pœnitentia, & deuotatio peſſima ſuper bilinguem, ſuſurratori autem odium & inimicitia & contumelia.

Eccleſiaſtici 18. Suſurro & bilinguis maledicti, multos enim turbant pacem habentes, Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem, ciuitates munitas diuitum deſtruxit, & domos magnatum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit, lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis, qui reſpicit illam non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requieſcat,

Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuit oſſa, multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam. Beatus qui tectus eſt à lin-

gua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

gua nequam, qui in iracundia illius non tranſiuit, et qui nõ attraxit, iugum illius, & in vinculis eius non eſt ligatus, iugum enim illius iugũ ferreum eſt, & vinculum illius vinculum æneum, Mors illius mors peßima, & vtilis potius infernus, quam illa, perſeuerantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias iniuſtorum, in flamma ſua nõ comburet iuſtos, Qui relinquunt Deum, incident in eam, & exardebit in illis & non extinguetur, & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædit eos. Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori tua facito oſtia, & ſeras auribus tuis, aurum tuum et argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, & attende, ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, et ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.

Prouerb. 24. Abominatio hominum detractor. Item, Time Dominum fili mi & regem, & cum detractoribus ne cõmiſcearis, quoniam repente conſurget perditio eius, et ruinam vtriuſq; quis nouit?

Iacobi 4. Nolite detrahere inuicem fratres mei, Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem, detrahit legi & iudicat legem.

Magiſtratus, iudices, patresfamilias, concionatores ſæpe cogitent de dicto Dauidis Pſal.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Pſal: 101. *Detrahentē ſecreto proximo ſuo, hūc perſequebar. Et Salomonis Pro.* 4. *Remoue à te os prauum, et detrahentis labia ſint procul à te.*

Demoſthenes περὶ στεφάνου *ſcribit, Solonem ideo tuliſſe legem, vt iudices iurarent, ſe vtrāq; partem audire velle, quia conſiderauit tantam vim eſſe criminationum & calumniarum, quæ prius occupant animos, vt reus primam opinionem tollere ex animis non poſſit, niſi iudex diuina religione ſe integrum ſeruet, & pari beneuolentia reo audito tunc demum pronunciet.*

CAPVT XXXVI.

DE FALSIS TESTIBVS ET TESTIMONIIS.

CAlumnia etiam cognata ſunt falſa teſtimonia, quæ nominatim ſunt prohibita octauo præcepto: Non dices falſum teſtimonium contra proximum tuum. Et Exodi. 23. *Non ſuſcipies vocem mendacij, nec finges manum tuam, vt pro impio dicas falſum teſtimonium, Imo vero falſi teſtes ipſis calumniarum autoribus ſunt nocentiores, propterea quod calumnijs, & falſis delationibus & obtrectationibus fidem faciunt. Creditur enim narrationi propter teſtes, qui ſi ipſi quoq; ſūt fallaces, haud facile vitare iudex vel auditor deceptionē poteſt. Cum itaq; tantum ſit, & reo & iudici periculū*

in teſti-

in teſtibus poſitū, ideo lex diuina expreſſe præcipit vt ad vnius teſtimonium nemo condemnetur. Num. 35. Homicida ſub teſtibus punietur, ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. Deut. 17. Nemo occidatur vno contra ipſum dicente teſtimonium. Deut. 19. Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit. Sed in ore duorum aut trium ſtabit omne teſtimonium.

Ordinauit autem lex diuina, vt ad teſtimonia requirātur ad minimum duo aut tres teſtes. procul dubio præcipue propter examen teſtiū, ex quo iudex prudens & ſagax facile poteſt indicia veritatis aut falſitatis animaduertere. Nunquā enim falſi teſtes ita præparati & præmeditati ad teſtimoniorum depoſitionem accedunt, vt de omnibus circumſtantijs, de quibus interrogari poſſunt, conſentiant.

Itaq; de teſtium examine, & de pœna eorum, quorū falſitas in examine inuenitur, expreſſū mandatū traditū eſt Deut. 19. Si ſteterit teſtis mēdax contra hominē, accuſans eum præuaricationis, ſtabunt ambo, quorū cauſa eſt ante Dominū in conſpectu ſacerdotū, et Iudicū, qui fuerint in diebus illis. Cūq; diligētiſſime perſcrutātes inuenerint falſū teſtē dixiſſe cōtra fratrē ſuū mendaciū, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, et auferes malū de medio tui, vt audiētes cæteri timorē habeant, et nequaquam talia

audeant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

audeāt facere. Non miſereberis eius, ſed animā pro anima, oculū pro oculo, dentē pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. eius legis diuinæ praxis in hiſtoria Suſannæ Danielis 13. deſcripta eſt. Quanquam enim ſenes illi nequam non fuerant teſtes adhibiti ab alio accuſatore, ſed ipſimet accuſatores Suſannæ fuerunt, tamen manifeſtum eſt, quod non tam accuſatio ipſa, quam accuſatorum duorum teſtimonium populum ad Suſannæ condemnationem compulerit, Sicut etiam ipſimet ſuam accuſationem concludunt, Huius, inquiunt, rei nos teſtes ſumus. Et additur in hiſtoria, credidit eis multitudo, quaſi ſenibus, & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Atq; idcirco etiam Daniel eos tanquam teſtes examinauit, in quo examine poſtquam ex diſſonantia de arbore, ſub qua Suſannam cum adultero inueniſſent, falſitas inuenta eſt, talionis pœna iuxta legem ſunt puniti. Illud itaq; examinis exemplum diuinitus propoſitum eſſe ſciant Iudices, vt id imitentur, qua in re cum ſapientes legum latores negligentiam Iudicum animaduerterint, idcirco conſtituerunt, vt non ſolum teſtes iuramento teſtimonia confirment ſed etiam vt parti reæ liberum ſit, & quæſtiones exhibere, per quas teſtes iuratos examinari velit, contra perſonas & dicta teſtium excipere.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XXXVII.

DE CALVMNIOSA LEGVM AVT ALIORVM *ſcriptorum, dictorumue interpretatione.*

IN legibus, edictis, fœderibus, pactis & ſimilibus conuentionibus, verba ſecundum propriam & vſitatā ſignificationem ſunt intelligenda, quemadmodum etiam de ſacræ ſcripturæ intellectu ſcribit Apoſt 2. Corinth. 1. Non alia ſcribimus vobis quam quæ legitis & intelligitis, Itaq; quoties alienus à communi intellectu ſenſus verbis fraudulenter affingitur, vel iniqua interpretatione ambigui, vel membrorū orationis verſuta aut cōpoſitione, aut diuiſione vel alijs fallaciarū modis, calūnioſa talis interpretatio vocari ſolet quæ ita definitur: Calumnioſa interpretatio eſt, quando receditur à natiuo intellectu verborum, de quo ſani & honeſti conſentiunt, vt cum Thraces pactis triginta dierum inducijs noctu agros Boetiorum populabantur. Et Cleomenes Lacedæmonius ſeptem dierum inducijs factis noctu Argiuos incautos oppreſſit, Menelaus promittens ſe non interfecturum filium Andromaches poſtea dedit eum Helenæ interficiendum, Talia exempla

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſplura recitaui in enarratone præcepti ſecundi lib. 2. c. 17. Et lib. 4. c. 13. dixi de iniqua interpretatione iuris quæ ſummum ius appellatur, & de qua ſapienter dicit Terentius, ſummũ ius ſæpe ſumma iniuria eſt. Et Menander:

Præclaræ ſunt leges ſemper,
Sed ſi quis ſpectet leges
Accuratius, calumniator euadit.

CAPVT XXXVIII.

EXEMPLA CALVMNIOSARVM ACCVSATIONUM & falſorum teſtimoniorum.

IOſephum ſollicitauit Domini Potipharis vxor ad adulterium, cui cum ille obtemperare nollet, ipſa eum accuſauit, quod vim pudicitiæ ipſius afferre fuiſſet conatus, effecitq́ vt Ioſephus innocens in carcerem conijceretur, ex quo Deus ipſum ad gubernationem Regni Ægyptij rurſum extraxit. Similes hiſtoriæ ſunt de Hippolyto à nouerca eodem modo ſollicitato, et cum conſentire nollet, accuſato, temerarioq́ patris iudicio ad beluas marinas condemnato. Item de nobili viro, quem Otto tertius Imp. capite plecti iuſsit, propter accuſationem vxoris, quas hi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſtorias libro 3.cap.15. recitaui: Dauid miſit legatos ad Hanon principem filiorum Ammon, mortuo patre ipſius, vt eum conſolarentur, Satrapæ vero Ammonitarum perſuaſerunt Hanon, legatis Dauidis non conſolationis, ſed explorationis cauſa miſſos eſſe, Hanon credens Satraparum calumniæ, iuſsit legatorum dimidiam barbam radi, & veſtes eorum vſq; ad nates amputari, & ſic eos ad Dauidem remiſit, ortumq; eſt inde grauiſsimum bellum.

Abſolon ambiens regnum paternum, vt patrem Dauidem inuiſum faceret ſubditis, & regno exueret, obſeruabat eos, qui querelas ad patrem deferre vellent, illiſq; blando ſermone & geſtibus exceptis, audituſq; querelis, reſpondebat, videntur mihi ſermones tui boni, et iuſti, ſed non eſt qui te audiat conſtitutus à rege. Quis me conſtituat iudicem ſuper terram, vt ad me veniant omnes qui habent negocia, & iuſte iudicem. Atq; tali calumnia cum aſſentatione coniuncta corda multorum furtim à patre abalienauit. Cum Dauid metuens potentiam ſeditioſi filij Abſolonis fugeret, venit ad eum Siba ſeruus Miphiboſeth filij Ionatan, afferens cibos, interrogat eũ Dauid de hero, reſpõdet calũniator ſeruus, remanſit ille in Ieruſalem dicens.

Hodie reſtituet mihi Dominus regnum patris mei Dauid, itaq́; credens calumniatori, donat illi omnia bona Mephiboſeth. 2. Regum. 16. Et quidem cum poſtea Mephiboſeth ſe ad Regem excuſaret, tamen penitus ſuſpicionem ex calumnia conceptam non deleuit, ſicut dicitur, calumniare audacter, ſemper aliquid hæret. Siquidem non integra bona, ſed dimidiam tantum partem ipſi à calumniatore reſtitui Rex Dauid mandauit. 2. Reg. 19.

De Naboth hæc hiſtoria narratur 3. Reg. 21. Habebat Naboth Ieſrehelita vineam iuxta palatium Achab Regis Samariæ, quam ſiue pro alia vinea, ſiue pro precio poſtulauit ab eo Achab. Verum Naboth vineam ſuam Regi concedere noluit, propterea quod paterna eſſet hæreditas. Cum itaq́; ea repulſa male haberet Regem, Regina impia Ieſabel, conſolata maritum, promiſit ei vineam Naboth, miſsiſq́; literis Regis nomine mandauit primoribus ciuitatis Iesrehel, vt curarent Naboth accuſari, & conuinci, quod Deo & Regi maledixiſſet, & propterea eum condemnatum lapidari iuberent. Accuſatur innocens Naboth, conuincitur falſis teſtimonijs conductorum teſtium, condemnatur, lapidatur. Achab vineam ad ſe rapit. Sed mittit ei Dominus obuiam Eliam Theſbitem. vt dicat. Hæc dicit Dominus, occidiſti, inſuper & poſſe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& poſſediſti. Hæc dicit Dominus, in loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinē Naboth, lambent quoq́ ſanguinē tuum &c. Sed & de Ieſabel locutus eſt Dominus Deus, canes comedent Ieſabel in agro Ieſrehel &c.

Aman cum non vt vellet, coleretur à Mardocheo, per calumniam Regem Aſſuerū maritū Eſther perſuaſit vt literis emiſſis mandaret omnes Iudæos vno die in toto regno interfici. Sed cum malitia ipſius Regi innoteſceret, ſuſpenſus eſt de trabe, ad quam Mardocheum alligare volebat.

Calumnia Alcimi contra Iudam, & Simonis contra Oniam deſcribuntur. 1 Macab. 7. & 2. Mac. 4. Phariſæorum contra Chriſtum calumniæ ſæpe in hiſtoria Euangelica repetuntur Et de falſis teſtibus in hiſtoria paſſionis dicitur: Principes Sacerdotum & ſeniores, & totum concilium quærebant falſum teſtimonium, contra Ieſum, vt eum morti traderent, & non inueniebant. Etiam cum multi falſi teſtes acceſſiſſent, non erant ſatis idonea teſtimonia. Nouiſsime autem venerunt duo falſi teſtes, & teſtimonium falſum ferebant aduerſus eum dicentes. Nos audiuimus eum dicentem, Ego poſſum diruere, & diruam templum hoc Dei, quod manibus factum eſt, & tribus diebus aliud ſine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

manibus factum extruam, Et ne ſic quidem ſatis idonea erant teſtomonia illorum.

Athanaſium præſulem Alexandrinum accuſauerunt Ariani in concilio Niceno, quod fornicatioem commiſiſſet cum meretrice, quam ipſi mercede conduxerant, vt tale facinus de ſe & Athanaſio confiteretur. Patres itaq; audita accuſatione vocauerunt Athanaſium, Is confidens teſtimonio bonæ conſcientiæ venit in locum conſeſſus, vna cum ſuo diacono, quem ad dexteram ire iuſsit. Meretrix itaq; interrogata à patribus, an Athanaſium cum quo concubuiſſet, de facie noſſet, reſpondit illa, quid ni eum noſcã? Et diaconum digito demonſtrat, inquiens, eum eſſe Athanaſium, à quo compreſſa eſſet. Ita calumnioſa accuſatio cum magna accuſatorum ignominia, & accuſati innocenti laude eſt refutata.

Palamedes, cui tota antiquitas virtutis & probitatis laudem tribuit, ante expeditionem Troianam emiſſus fuit, vt Græcos principes conuocaret, vbi ad Vlyſſem venit reperit eum, tanquam inſanum arare terram iunctis diuerſarum naturarum animantibus, & ſalem ſerere. Palamedes ſuſpicans eum inſaniam ob id fingere, vt domi manere liceret, arreptum filiolum

ipſius

ipſius Telemachum aratro obiecit, quo viſo Vlyſſes aratrum ſuſpendit, ne filiolum læderet. Palamedes itaq; cognita aſtuta ſimulatione, coegit eum cum alijs ad bellum proficiſci, poſtea in ipſo bello Vlyſſes frumentatum miſſus in Thraciam, vacuus redijt, nihil ſe frumenti inueniſſe aſſerens, ſperabat enim ea occaſione Græcos de omiſſione belli, & reditu in patriam cogitaturos eſſe. Sed cum poſt eum Palamedes eodem mitteretur, is frumenti multum aduexit, vtraq; igitur cauſa irritatus Vlyſſes, ſcripſit literas adulterinas, nomine Priami Regis Troiani, quibus facta fuit mentio auri, quod Palamedi mitteret, vt proditionem promiſſam perficeret. Cumque clanculum curaſſet aurum in tentorio Palamedis defodi, protulit eas literas in Senatu principum Græcorum, & dicente Palamede, quod neque de literis, neque de auro, neque de proditionis conſilio quicquam ſciret, iuſſit Vlyſſes aurum in tentorio ipſius quæri: Illud cum à miniſtris ad inquiſitionem miſſis, eſſet allatum, Palamedes à Senatu principum proditionis condemnatus, & lapidibus obrutus eſt. Vlyſſes etſi aliquandiu impune hoc ſcelus tulit, tamen tandem eſt punitus. Nam reuerſus ex bello à filio Telegono, qui ipſi è Circe meretrice & venefica natus fuerat, interfectus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Socrates cum Athenienſes ciues Anytum & Melitum liberioribus reprehenſionibus offendiſſet, illi corruptis pecunia Lycone Rhetore, & Ariſtophane Comico, cum illis conſultarunt de accuſando Socrate, conficta eſt calumnia, quod neglectis Athenienſium ſacris, contra iuramentum ciuium nebulas inuocaret. Atq; vt euentum cauſæ ante accuſationem experirentur, iuſſus eſt Ariſtophanes de hac accuſatione comœdiam, quam Nebulas vocauit, ſcribere, & populo exhibere. Placuit populo comœdia contra nebularum adoratorem ſcripta. Concepta itaq; victoriæ ſpe, prodeunt Anytus & Melitus cum Lycone Rhetore ad iudicium, Socratem accuſant, quod orans non ad receptos Deos, ſed facie & manibus in cœlum eleuatis ad nebulas preces dicat. Iudices Socratem condemnant, vt in carcere cicutam bibat. Poſt interfectionem Socratis exhibita eſt tragœdia de Palamede, in qua cum hi verſus recitarentur:

ἐκάνετε, ἐκάνετε τῶν ἑλλήνων ἄριςον
τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀοιδόνα μουσῶν

Populus cogitans de Socrate vehementer eſt irritatus, & accuſatores eius vrbe expulit.

Plura calumniarum exempla obſeruare debet lector in hiſtorijs, tædioſa enim eſſet eorum prolixior recitatio. Plerıq; viri optimi & benemeriti per calumnias oppreſſi ſunt, vt Mil- tiades

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tiades, Ariſtides, Cimon, Themiſtocles & multi alij. Cauſa vero præcipua in Ariſtidis hiſtoria exprimitur. Is cum vrbe eijceretur, interrogauit Athenienſes, quam ob cauſam eſſet condemnatus, reſponderunt illi, Quia non poſſumus ferre, te vbiq; bonum prædicari. Pub. Valerius Publicola conſul Rom. cum audiret ſe ob magnificas ædes à plebe clanculum criminari, quòd regnum affectaret, vt calumniæ cauſam tolleret, conductis operarijs vna nocte ædes à fundamento dirui, ſoloq; æquari curauit. Alcibiades ſciens populum delectari obtrectationibus, & ſtudioſe captare anſam criminandi, cani precioſo caudam abſcidit, inquiens, malle ſe, vt populus eum huius facti gratia criminaretur, quam vt alias calumnias fingeret.

CAPV XXXIX,

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

SApientes Iureconſulti animaduerterunt multa in foro agi petulanter. Actores fingere falſas accuſationes. vt eos quos oderunt, afficiant ignominia, tollant è medio, aut bonis exuant. Reos quoq; ſæpenumero nulla iuſta aut probabili cauſa, ſed mera petulãtia ſe defendere, vt aduerſarios ad egeſtatem redigant, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

propter inopiam deſerere actionem cogant. Aduocatos etiam ſeu patronos cauſarum ſæpe pecunijs corrumpi, vt contra conſcientiam iuſtas cauſas oppugnent, malas defendant. Idcirco grauiſſimo conſilio conſtituerunt, vt ab his qui in iudicio litigare volunt, iuramentum calumniæ exigatur, quo actor iuret ſe non calumniæ cauſa litem inferre reo, Is vero vnde aliquid petitur, iuret putare ſe bona inſtantia vti, nec temere cum aduerſario contendere, nihil fugitandi, tergiuerſandi cauſa moliri, Vterq; nihil ſpe fruſtrandi, corrumpẽdiq; iudicij cauſa dediſſe, daturumue eſſe. Hi enim articuli in vſitata iuramenti forma recenſentur. Ego N. iuro, quod credo me iuſtam habere cauſam, & quod de omnibus de quibus interrogatus fuero, veritatem fatebor. Et quod nullam exceptionem proponam, vel dilationem quæram, vt hanc litem proferre & prolongare poſſim. Et quod nemini aliquid dederim, nec in poſterum dare aut promittere cuiquam aliquid velim, huius litis gratia, niſi his quibus iura hoc promittunt &c. Magnam eſſe eius iuramenti in Iudicijs non vtilitatem tantum, ſed etiam neceſſitatem nemo non intelligit, vt & lites, & calumniatores minuantur, quia per hoc ſacramentum fit appellatio ad ipſum Deum iuſtum iudicem, & ad propriam cuiuſq; conſcientiam, iudicij di-

uini

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uini teſtem, Ideoq́ſeuere mãdatur in legibus ne iuramentũ calumniæ negligatur, aut cuiquam, ne quidem patronis aut parentibus, remittatur.

CAPVT XL.

DE DIFFAMATIONE.

DVo eximia bona ſunt, conſcientia bona, & fama bona, de quibus Chryſoſtomus ait, Duo ſunt tibi neceſſaria, ſcilicet, Bona conſcientia & fama, conſcientia propter te, fama propter proximum. Ea itaq́ bona cum quis amiſit, omnia ſe amiſiſſe exiſtimet. De conſcientia præcipit Paulus Timotheo, & omnibus Chriſtianis. Milita bonam militiam, ſeruans fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragium fecerunt. De fama bona dicit Salomon Pro. 22. Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, Super argentum enim & aurum gratia bona. Et Mimus inquit: Honeſtus rumor alterum patrimonium eſt. Apud Plautum dicit quidam in Moſtellaria: Ego ſi bonam famam mihi ſeruaſſo, ſatis ero diues. vt itaq bonum virum decet famæ theſaurum diligenter cuſtodire, adeo ne quam occaſionem ſiniſtræ de ſe ſuſpicionis, nedũ locutionis præbeat, quemadmodum præcipitur 1. Theſ. 5. Ab omni ſpecie mala abſtinete. Eccleſiaſtici 33. Ne famæ tuæ maculam imprimas. Et cap. 41. Curam habe de nomine bono,

bono , hoc enim magis permanebit, quam mille theſauri precioſi & magni, bonæ vitæ numerus dierum, Bonũ autẽ nomẽ permanebit in æternũ.

Auguſtinus dicit: Famam qui cuſtodit non tantum in ſe, ſed etiam in alios eſt miſericors, Famam qui negligit crudelis eſt. Et Cicero lib. 1. off. Negligere quid de ſe quiſq; ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed omnino diſſoluti . Atq; vulgo notum eſt diſtichon:

Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento,
Qua ſemel amiſſa poſtea nullus eris.

Ita viciſſim non boni viri, ſed peſſimi ſceleratiſſimiq; officio fungitur, qui temere alterius famam lædit, eiq; boni nominis theſaurum incomparabilem furatur ,de quo ſcelere recte ab Eraſmo dictum eſt. Homicidij genus eſt famam hominis impetere. Quia, vt Liuius ait lib. 3. de 1. Famæ ac fidei damna maiora ſunt, quam vt æſtimari poſſint. Ioſephum laudat Spiritus ſanctus apud Matthæum cap. 1. quod etſi Sponſam ſuam Mariam inueniſſet grauidam, tamen cum eſſet iuſtus, noluerit eam diffamare, Hoc exemplum omnibus propoſitum eſt , & omnes homines docet , parcendum eſſe alterius famæ cum non habemus neceſſarias & certiſſimas cauſas noſtræ actionis. Et quidem cum manifeſto conſtet, ſignum tumeſcentis vteri quod iuxta vniuerſalem experientiam certiſſi-

mum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

mum eſt inditium concubitus. in hoc exemplo feſelliſſe, idcirco eſt in hoc exemplo illuſtris admonitio, ne temere propter ſignorum indicationem proximus traducatur, quia variæ poſſunt eſſe in ſignis incertitudines, quæ in iudicijs errores pariunt. Accedit etiam illud, quod prudentem hominem abſterrere debet, ne ſit diffamationis autor, quod omnis diffamatio mendacijs augetur, ſicut à Tertulliano dicitur, Fama mendacio gaudet. Natura enim hominum ad hoc vicium procliuis eſt, vt ſi quæ de alijs mala audiuerunt, ea narrando augeant, quemadmodum Liuius dicit: inſita eſt cupido hominibus augendi rumores. Et Ouidius.

Fama loquax, quæ veris addere falſa
Gaudet & è minimo ſua per mendacia creſcit.

Et Virgilius.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.

Omnium itaq; illorum mendaciorum culpa, quibus diffamatio de die in diem, vel potius ab homine ad hominem augetur, in caput primi autoris recidit. Et tamen ipſi quoq; augmẽtatores grauiſſime, & triplici in primis modo peccant, primo, temeraria credulitate, Secũdo, quod non viſa, neq; cognita, ſed ab alijs audita, ad proximi ignominiam & infamiam ſpargunt, & ea ratione ſibi ex auditione vnius tantum

partis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

partis, iudicium de proximo vſurpant, eumq́ diffamationis promulgatione condemnāt. Tertio, Quod ſua quoq́ mendacia diffamationi addunt, ſiue vt eā amplificent, ſiue vt eam magis faciant veriſimilem, & credibilem. Cum autē de vicio diffamationis nemo grauius & melius ſcripſerit, quam ſanctus vir Lutherus in Catechiſmo maiore ſuper octauum præceptum, ideo moneo ſtudioſos & omnes bonos, vt eum tractatum qui in fine huius libri de verbo ad verbū recitabitur, diligenter legant, et conſiderent.

CAPVT XLI.

DE SVSPICIONIBVS.

Sicut calumniæ, obtrectationes, & diffamationes: ita etiam ſuſpiciones prohibentur octauo præcepto decalogi & mandato Chriſti Matth. 7. Nolite iudicare. Eſt autem ſuſpicio ſpecies temerarij iudicij, quia eſt incerta cogitatio, ſeu perſuaſio de proximo, corrumpens iudicij rectitudinem & gignens in corde abalienationem, diffidentiam, ſimultates, odiū, & ſimiles affectus malos contra proximum.

Vt autem quiſq́ eſt meliore, honeſtioreq́ præditus ingenio, ita eſt à ſuſpicionibus alienior. Seruilia, timida, leuia, muliebria ingenia maxime ſunt ſuſpicionibus obnoxia, et plerunq́

quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

quo quisq; peior eſt, eo magis ſuſpitionibus indulget, propterea quod mali homines ex ſuis ingenijs alios iudicāt. Ideo à Chryſoſtomo dicitur. Sicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui bonus eſt, ſic difficile aliquem ſuſpicatur bonū, qui ipſe malus eſt, Eſt autem, vt Auguſtinus inquit, amicitiæ venenum ſuſpicio, Adde quod omnis honeſtæ inter homines ſocietatis peſtis, & multorum malorum in vita humana cauſa eſt & origo, quamobrem rectè à Mimo dictum eſt. Suſpicio graue eſt hominibus malum.

CAPVT XLII.

DE MALEDICENTIA.

DEplorare malo huius maledicæ ætatis maledicentiam, quam eam prolixe deſcribere. Nulla enim deſcriptione opus habet, cum quale, & quam pernitioſum vicium ſit, res ipſa quotidie demonſtret, vt amplius quicquam declarationis addi nihil poſſit, niſi illa quam addet Filius Dei in nouiſſimo iudicio, cum ab illis, qui ſine pœnitentia & conuerſione, petulanti & maledica lingua Reſp. & Eccleſias turbauerunt, curſū Euāgelij impediuerunt, ſpiritum ſanctū in pijs cōtriſtauerūt, rationē poſcet, de omni verbo ocioſo, et cū eam reddere non poterunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

abijciet eos in æternum ignem, vt maledicæ illæ linguæ igni inextinguibili crucietur. ſicut 1. Cor 6. ſcriptum eſt: Maledici regnũ Dei nõ poſsidebunt. Non moueo diſputationes, ſed illis qui petulantem maledicentiam ornant Eſaiæ verbis Cap. 56. Speculatores eius canes muti, non valentes latrare, ita reſpondeo: Quod ſanctum illud Eſaiæ dictum requirit diligentiam arguendi peccata, & falſas doctrinas, non præcipit aut excuſat petulantiam maledicendi, mordendi, calumniandi, & confingendi, criminationes pro libitu. Imo Paulus inquit Gallatas. 5. Inuicem mordetis, videte ne inuicem conſumamini. De Ariſtogitone ſcribit Demoſthenes. Si quis in hac vrbe calumniatorẽ conducturus eſt, ne vtatur iſto. Nam qui alium accuſare audebit, eũ oportet integræ famæ eſſe, ne reus elabatur, cum nihil autoritatis ad accuſationem actor affert. At nemo perinde omni genere viciorum coopertus eſt, vt iſte Ariſtogiton. Quid eſt igitur? Canis, vt aiunt, publicus. Qualis? Lupos quorum depellendorum cauſa alitur, non mordet, Oues ad quas cuſtodiendas adhibitus eſt, dilaniat. Diogenes Cynicus ſe tubam conuiciorum appellabat, quia impudenter indulgebat libidini & audaciæ conuiciandi, & quemlibet criminandi publice. Antiſthenes vero veſpam ſe nominabat, propter-

ea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ea; quod ſicut veſpæ non magnum edunt ſonū, attamen aculeum acerrime figunt, ita ipſe ſine magnis clamoribus, clancularia, ſed tamen aculeata maledicētia, quos vellet, acerrime læderet.

CAPVT XLIII.

DE QVÆSTIONE: AN PROPTER DICTVM CHRIſti, Nolite iudicare, non liceat manifeſta & publica vicia reprehendere publice?

HÆc quæſtio ſolet obijci ab illis, qui ægre ferunt maledicendi, conuiciandiq́ petulantiam reprehendi, perſpicue autem reſpondeo. Sententia Chriſti, Nolite iudicare, non prohibet officiū iudicis, aut concionatoris, neq́ prohibet familiares reprehenſiones & obiurgationes, Sed prohibet priuatam & petulantem maledicentiam, & in rebus dubijs, Calumnias. Eſt autem priuata maledicentia, quandocumq́ ex priuatis affectibus, naturæ vanitate, & morbo animi dicuntur in alios conuicia, non tantum falſa, ſed aliquando etiam vera, ſi non ideo dicuntur, vt ille emendetur, qui accuſatur, aut vt alijs conſulatur, ſed vt maledicus ſuis tantum affectibus prauis, petulantiæq́ & libidini criminan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

di atq; maledicendi ſeruiat, & ſatisfaciat. Sunt enim quædam diſtortæ naturæ adeo virulentæ, & plenæ liuorum, ut ſola naturæ maleuolentia, ſine alijs cauſis impellat eos ad maledicendum. Quo in genere peccant non tantum illi, qui ſerunt conuicia de alijs, ſed etiam illi, qui libenter vel auide audiunt. De vtriſq; dicit Pindarus, inuidis obſonium eſt maledicentia. Poſtremo de toto calumniarum, obtrectationum, diffamationū et maledicētiæ genere ſciendū eſt, eos qui talibus iniurijs alios afficiunt, ſpargēdo de ipſis falſas fabellas, debere eis reſtitutionē famæ, ſicut in furto debetur reſtitutio rerū, quia inter bona externa præcipuum eſt bona exiſtimatio & fama. Atq; Magiſtratus non tantum bonorum vitam & poſſeſsiones, ſed etiam illorum honorem & famam defendere debet.

CAPVT XLIIII.

DE ADVLATIONE, ET ASSENTATIONE.

OMnis adulator & aſſentator mendax eſt. Mentitur enim ſermonibus & geſtibus, vt placeat illi, cui adulatur, & placendo ſcelerate ipſum decipiat, emungat & perdat, Quemadmodum de ſua arte prædicat paraſitus.

Omnia habeo, neq; quicquā habeo, nihil cum ſit, nihil deſit tamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt, hos conſector, his ego non paro me vt rideant,
Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul.
Quicquid dicunt laudo, id rurſum ſi negant, laudo id quoque.
Negat quis, nego, ait, aio, poſtremo imperaui egomet mihi
Omnia aſſentari, is queſtus nunc eſt multo vberrimus.

Recte itaq; Terentius inter ſe opponit adulatorum ſimulata atq; mentita obſequia, & veritatem, cum inquit:
Obſequium amicos veritas odium parit.

Prodeſt autem, vt adoleſcentes ingreſſuri in mundum, plenum paraſitis & aſſentatoribus, inſtructi ſint ſententijs tum ſcripturæ ſacræ, tum Philoſophorum, quibus adulatorum mores & fraudes depinguntur, & non tantum ipſi reprehenduntur, ſed etiam vnuſquiſq; admonetur, vt adulatorẽ tanquã venenum et peſtem fugiat. Bias interrogatus, quod animal eſſet maxime noxium, reſpõdit, inter immitia, Tyrannus, inter mitia, adulator. Sapientiſſima reſponſio eſt, Tyrannus omnes beſtias feras vincit immanitate, ſiquidẽ ad violentiã et crudelitatẽ

multos miniſtros & longas manus habet. Adulator vero omnes manſuetas beſtias vincit malis artibus, technis, inſidijs quia impia ſub dulci melle venena tegit. Neuter propriæ ſpeciei parcit. Nulla autē eſt pernitioſior adulatio quā malorum concionatorum, primum itaq; de illa ſpeciales quaſdam, poſtea generales ſententias referam. Ezech. 13. Agam contra vos, dicit Dominus, & manus mea erit ſuper Prophetas, qui prædicant quod non erit & prophetant mendacium, ſeducunt populum meum & dicunt pax, cum non ſit pax, populus ædificat parietem, & illi dealbant eum cæmento non tenaci. Dic ad illos dealbatores, qui dealbant cæmento non tenaci, quod hæc linitio decidet &c. Ibidem, Propheta, & dic, Sic dicit Dominus: væ vobis qui conſuitis puluillos hominibus, ſub brachia illorum, & ceruicalia ſub capita, iuuenibus et ſenioribus, ad animas capiendas, poſtquam autem venati eſtis animas populi mei promittitis eis vitam, & prophanatis me in populo meo propter pugillum hordei & fragmentum panis, per hoc quod animas adiudicatis morti quæ mori non deberent, & vitæ adiudicatis, quæ viuere non deberent. Hoc fit per mendacium veſtrum in populo meo, qui licenter audit mendacium, Idcirco dicit Deus Dominus: ecce ego agam contra puluillos veſtros, quibus animas capitis & conſolamini, et abripiam eos à

brachijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

brachijs veſtris, & liberas reddam animas, quas capitis & conſolamini, et lacerabo ceruicalia veſtra, & liberabo populum meum ex manu veſtra, vt non capiatis eum amplius, et cognoſcetis, quod ego ſum Dominus. Ezech. 33. Fili hominis ſpeculatorem ego te conſtitui Domini Iſrahel, Quando audis aliquid ex ore meo, vt admoneas eos ex me. Cum dico impio, tu impie morte morieris, & tu hoc non dicis impio, vt abſtineat à via ſua, ipſe quidem impius propter impietatem ſuam morietur, ſed ſanguinem eius ex manu tua requiram. Eſa. 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuū tuorum diſſipant. Hæ ſpeciales ſententiæ reprehendunt concionatorum adulationes, nunc addam ſententias generales, in quarum tamē accommodatione etiā illud diſcrimē obſeruandū eſt, quod quo quis officio in ſocietatibus humanis fungitur celſiore, eo magis ipſius aſſentatio eſt pernicioſa & noxia, vt cum conſiliarij ſunt aſſentatores, & ad Dominorum ſuorum affectus et voluntates conſilia ſua attemperant, neglecta iuſticia & vtilitate publica, peſtes ſunt imperiorum, Rerumpub. atq; ſeductores dominorum ſuorum. Recte itaq; Solon præcipit conſiliario: Principi tuo conſule non dulciora ſed optima. Et Sophoclis ſententia de boni conſiliarij officio, quam libro 2. cap. 25. recitaui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

repetitione atq; memoria digna eſt. Papiniani iureconſulti exemplũ imitari fidelis conſiliarius debet, qui interfici maluit, quam imperatori Baſſiano defenſione parricidij adulari. Accedo ad ſententiarum recitationem. Salomon inquit in Eccleſiaſte cap. 7. Melius eſt à ſapiente corripi, quã ſtultorum adulatione decipi. Prouerb. 24. Qui dicunt impio, iuſtus es, maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus, qui arguunt eos, laudabuntur, & ſuper ipſos venit benedictio. Prouerb. 27. Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula docentis. Prouerb. 28. Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum magis, quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit. Marcus Heremita dixit. Si quem audieris te diſsimulanter & hypocritice laudantem, ab eodem ſuo tempore quoque vituperationem ſuſcipe. Auguſtinus Pſal. 69. Duo ſunt genera perſecutorum, vituperantium ſcilicet & adulantium, ſed plus perſequitur lingua adulatoris, quam manus perſequentis. Idem, Adulatio fallax crudelis eſt. Chryſoſtomus: Adulari egregie norunt auari. Hieronymus. Iſto tẽpore maxime regnat vitiũ adulationis & quod eſt grauiſsimũ humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur, et ita fit, vt qui adulari neſcit, aut inuidus, aut ſuperbus reputetur, Addam et Philoſophorũ dicta: Phauorinus.

Quemad-

Quemadmodũ Actæon ab alũnis ſuis canibus laceratus eſt, ita paraſiti eos, à quibus cibuntur, peſſundant. Antiſthenes. Satius eſt in coruos, quã in paraſitos incidere, illi enim mortui corpus, hi vero viuẽtis animũ corrũpunt. Idẽ, Sicut meretrices omnia bona imprecãtur amatoribus ſuis, præter mentem et prudentiã, ſic imprecantur adulatores illis, cũ quibus verſãtur. Crates ad opulentũ adoleſcentem, quem paraſitorũ turba comitabatur, Adoleſcens, dixit, miſeret me tuæ ſolitudinis. Demoſthenes Phil 3. Aſſentatoribus et adulatoribus præcipue res aduerſæ acceptæ ferendæ ſunt. Curtius lib. 8. Regũ opes ſæpius aſſentatio quã hoſtis euertit. Cicero offic. 1. cauendũ eſt, ne aſſentatoribus patefaciamus aures nec adulari nos ſinamus, in quo falli facile eſt. Tales enim nos eſſe putamus, vt iure laudemur. Idem, in obſequio comitas adſit, aſſentatio vero viciorũ nutrix procul amoueatur. Socrates, Lupi cum ſint canibus ſimiles, aſſentatores amicis, diuerſa tamen ſtudia ſequuntur, de ea ſtudiorum diuerſitate dixi lib. 4. cap. 20. P. Afranius paraſitus Romanus venit ad Caligulam imperatorẽ ægrotãtẽ, et ſe libẽter moriturũ eſſe dixit, ſi Caligula inde poſſet cõualeſcere, cũq; Caligula id credere nollet, ipſe iuramẽto confirmauit, Caligula itaq; poſtquã cõualuiſſet, ne fruſtra iuraſſe Afranius diceretur, iuſſit eum interfici.

 Sigiſmun-

Sigiſmundus imperator adulatori ſupra modum ipſum in os laudanti, et dijs ſimilem eſſe dicenti alapam dedit. Exclamauit adulator, Cur me cædis imperator? Reſpondit Sigiſmundus, cur me mordes adulator? Idem cum aliquando diceret ſe adulatores tanquam peſtem odiſſe, reſpondit Brunonius quiſpiam ex familiaribus aulicis, tamen nullum genus hominum magis amas, quã adulatores. Tunc Sigiſmundus, vincis ſane, inquit, Brunoni, Ita enim à natura comparatum eſt, vt cum adulatores maxime vitandos eſſe dicamus, tum maxime illis adhæreamus, nam neq; tu tam diu mecum fuiſſes, niſi meis moribus blandiri aſſueuiſſes.

CAPVT XLV.

DE IACTANTIA.

IActantia eſt, cum quis inanes, & falſas de ſe laudes prædicat, vel cum ſua facta nimium laudando extollit, vel cum aliena facta & gloriam narrando ſibi tribuit, recte autem dicit Ariſtoteles Eth. lib. 4. quod iactator maiore vituperatione dignus eſt, quam mendax, quia plerumq; cum iactantia furtum alienæ laudis coniungitur, quemadmodum apud Terentium ad militem glorioſum dicitur: Alieno labore partam gloriam verbis in ſe transfert, qui habet ſalem,

lem, quod in te eſt. De eodem exemplo dicit Cicero in officijs. Deforme eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.

CAPVT XLVI.

DE RELIQVIS PECCATIS CONTRA OCTAuum præceptum.

PVgnant cum Octauo præcepto non tantum ea peccata quæ enumeraui, ſed etiam illis cognata vicia, vanitas, verſutia, dolus malus, calliditas, fraudulentia, Simulatio & diſsimulatio inſidioſa, & ſimilia, de quibus lector & ſententias & exempla obſeruare in quotidiana lectione debet. In ſumma enim præcipit hoc præceptum, vt ſermo & actiones inter homines careant dolo & fraude, ſicut conuentionum inſtrumentis ſeu literis hæc clauſula inſeri ſolet: Sine fraude & dolo omnia accipienda et ſeruāda eſſe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CAPVT XLVII.

DE EXPLICATIONE LVTHERI.

NOn tantum diligenter iterum atq; iterum legi, ſed etiam memoriæ mandari à ſtudioſis adoleſcentibus debet explicatio octaui præcepti, tradita à Luthero in Catechiſmo maiore. Eam itaq; Germanico ſermone, ſicut ab autore ſcripta eſt, adijciam concluſionis loco.

Das achte Gebot.

Du ſolt nicht falſch gezeugnis reden wider deinen Nechſten.

Vber vnſern eigenen leib / ehelich Gemahl vnd zeitlich gut / haben wir noch einen ſchatz/nemlich ehre/vnd gut gerüchte /welches wir auch nicht entberen können. Deñ es gilt nicht vnter den Leuten / in öffentlicher ſchande/von jederman veracht zuleben. Darumb wil Gott des Nechſten leumund / glimpff vnd gerechtigkeit/ ſo wenig als gelt vnd gut / genomen oder verkürtzt haben/ Auff das ein jeglicher für ſein weib/ kind/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

kind/ geſinde vnd nachbar ehrlich beſte=
he. Vnd zum erſten/ iſt der gröbſte ver=
ſtand dieſes Gebots / wie die wort lau=
ten (Du ſolt nicht falſch gezeugnis re=
den) auff öffentlich gericht geſtellet / da
man einen armen vnſchuldigen man
verklagt / vnd durch falſche zeugen vn=
terdrückt / damit er geſtrafft werde an
leib/gut oder ehre.

Das ſcheinet nu jetzt / als gehe es
vns wenig an / aber bey den Jüden iſts
gar ein trefflich gemein ding geweſen.
Deñ das Volck war in feinem ordent=
lichen Regiment gefaſſet / Vnd wo
noch ein ſolch Regiment iſt / da gehets
on dieſe ſünde nicht ab. Vrſach iſt die=
ſe/ Denn wo Richter/Bürgermeiſter/
Fürſt oder ander Oberkeit ſitzet/ da fei=
let es nimer / es gehet nach der welt
lauff / das man niemand gern beleidi=
gen wil / heuchlet vnd redet nach gunſt/
gelt / hoffnung oder freundſchafft / da=
rüber mus ein arm man mit ſeiner ſa=
chē verdrückt/vnrecht haben/vnd ſtraffe
leiden. Vnd iſt ein gemeine plage in der
welt/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

welt/das im Gericht ſelten frome Leute ſitzen. Denn es gehöret fur allen andern dingen ein fromer man zu einem Richter/vnd nicht allein ein fromer/ſondern auch ein weiſer/geſcheider/ja auch ein küner vnd kecker man/Alſo auch gehöret ein küner/dazu fürnemlich ein fromer man/zum zeugen. Denn wer alle ſachen recht richten/vnd mit dem vrteil hindurch reiſſen ſol/wird offtmals gute freunde/ſchweger/nachbarn/reiche vnd gewaltige erzürnen/die jm viel dienen oder ſchaden können. Darumb mus er gar blind ſein/augen vnd ohren zugethan/nicht ſehen/nicht hören/deñ ſtracks für ſich was im furkompt/vnd demnach ſchlieſſen.

Darauff iſt nu erſtlich dis Gebot geſtellet/das ein jeglicher ſeinem Nechſten helffe zu ſeinem rechten/vnd daſſelbige nicht hindern noch beugen laſſe/ſondern fördere/vnd ſtracks drüber halte/Gott gebe es ſey Richter oder Zeuge/vnd treffe an was es wölle. Vnd ſonderlich iſt hiemit vnſern herren Juriſten ein

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ein ziel geſteckt / das ſie zuſehen / recht vnd auffgericht mit den ſachen vmbgehen / was recht iſt / recht bleiben laſſen / Vnd widerumb / nicht verdrehen noch vermenteln / oder ſchweigen / vnangeſehen / gelt / gut / ehre / oder herrſchafft. Das iſt ein ſtück / vnd der gröbſte verſtand dieſes Gebots / von allem das für Gerichte geſchicht.

Darnach greifft es gar viel weiter / wenn mans ſol ziehen ins geiſtlich Gericht oder Regiment / da gehets alſo / das ein jeglicher wider ſeinen Nechſten felſchlich zeuget. Denn wo frome Prediger vnd Chriſten ſind / die haben für der welt das vrtheil / das ſie Ketzer / abtrünnige / ja auffrhüriſche vnd verzweiffelte Böſewicht heiſſē. Dazu mus ſich Gottes wort auff das ſchēdlichſt vñ giffttigſt verfolgen / leſtern / lügenſtraffen / verkeren vnd felſchlich ziehen vnd deuten laſſen / Aber das gehe ſeinen weg / denn es iſt der blinden welt art / das ſie die warheit vnd Gottes kinder verdampt vnd verfolget / vnd doch für keine ſünde achtet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Zum dritten (ſo vns allzumal belanget) iſt in dieſem Gebot verboten alle ſünde der zungen / dadurch man dem nechſten mag ſchaden thun oder zu nahe ſein. Denn falſch zeugnis reden iſt nichts anders denn mundwerck / Was man nu mit wunderwerck wider den nechſten thut / das wil Gott gewehret haben / Es ſind falſche Prediger / mit der lere vnd leſtern / falſche Richter vnd Zeugen mit dem vrtheil / oder ſonſt auſſer dem Gericht / mit liegen vnd vbel reden. Daher gehöret ſonderlich das leidige ſchendliche laſter / affterreden oder verleumbden / damit vns der Teuffel reitet / dauon viel zu reden were / Denn es iſt ein gemein ſchedliche plage / das jederman lieber böſes deñ guts von dem Nechſten höret ſagen / Vñ wiewol wir ſelbs ſo böſe ſind / das wir nicht leiden können / das vns jemand ein böſes ſtück nachſage / ſondern jglicher gern wolte / das alle welt güldens von jm redete / doch können wir nicht hören / das man das beſte von andern ſage.

Derhal-

Derhalben ſollen wir mercken / ſol-
che vntugent zu meiden / das niemand
zugelaſſen iſt / ſeinen Nechſten öffent-
lich zu vrtheilen vnd ſtraffen / ob er jn
gleich ſihet ſündigen / er habe denn be-
felh zu richten vnd ſtraffen / Denn es iſt
gar ein groſſer vnterſcheid / zwiſchen
den zweien / ſünde richten / vnd ſünde
wiſſen. Wiſſen magſtu ſie wol / aber
richten ſoltu ſie nicht. Sehen vnd hören
kan ich wol / das mein Nechſter ſündi-
get / aber gegen andern nachzuſagen
hab ich keinen befelh. Wenn ich nu zu-
fare / richte vnd vrteile / ſo falle ich in ei-
ne ſünde / die gröſſer iſt denn jene. Wei-
ſtu es aber / ſo thu nichts anders / denn
mache aus den ohren ein grab / vñ ſchar-
re es zu / bis das dir befolhen werde rich-
ter zu ſein / vnd von ampts wegen zu
ſtraffen.

Das heiſſen nu Afterreder / die es
nicht bey dem wiſſen bleiben laſſen /
ſondern fortfaren / vñ ins gericht greif-
fen / Vnd wenn ſie ein ſtücklin von ei-
nem andern wiſſen / tragen ſie es in alle
winckel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

winckel/kützeln vnd krawen ſich damit/
das ſie mügen eines andern vnluſt rü=
gen/wie die ſew / ſo ſich im kot weltzen/
vnd mit dem rüſſel darin wülen. Das
iſt nicht anders/ denn Gott in ſein Ge=
richt vnd Ampt fallen / vrteilen vnd
ſtraffen mit dem ſcherpffeſtẽ vrteil. Deñ
kein Richter höher ſtraffen kan / noch
weiter faren/ denn das er ſage / Dieſer
iſt ein dieb/mörder / verrheter etc. Da=
rumb wer ſich ſolches vnterſtehet vom
nechſten zuſagen / greifft eben ſo weit/
als Keiſer vnd alle Oberkeit. Denn ob
du das ſchwert nicht füreſt / ſo brauch=
eſtu doch einer gifftigen zungen / dem
Nechſten zu ſchand vnd ſchaden. Da=
rumb wil Gott gewehret haben / das
niemand dem andern vbel nachrede/
wenn ers gleich ſchüldig iſt / vnd dieſer
wol weis/viel weniger/ſo ers nicht weis
vnd allein von hören ſagen genommen
hat.

Sprichſtu aber / Sol ichs denn
nicht ſagen / wenn es die warheit iſt?
Antwort. Warumb tregſtu es nicht für
ordent=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ordentliche Richter? Ja ich kans nicht öffentlich bezeugen / ſo möchte man mir vieleicht vbers maul faren/ vnnd mich vbel abweiſen. Ey lieber/ reuchſtu den braten/ traweſtu nicht fur geordenten perſonen zu ſtehen vnd verantworten/ ſo halte auch das maul. Weiſtu es aber/ ſo wiſſe es fur dich/ nicht fur einandern / Denn wo du es weiter ſageſt / ob es gleich war iſt / ſo beſteheſtu doch wie ein Lügener/ weil du es nicht kanſt war machen/ Thuſt dazu wie ein Böſewicht. Denn man ſol niemand ſein ehre vnd gerücht nemen/ es ſey jm denn zuuor genomen öffentlich.

Alſo heiſſt nu falſch gezeugnis alles was man nicht/ wie ſichs gehört / vberweiſen kan / Darumb was nicht mit gnugſamer beweiſung offenbar iſt/ ſol niemand offenbar machen/ noch fur warheit ſagen. Vnd Summa / was heimlich iſt/ ſol man heimlich bleiben laſſen/ oder je heimlich ſtraffen/ wie wir hören werden. Darumb wo dir ein vn-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nütz maul fürkompt / das einen andern austregt vnd verleumbdet / ſo rede jm friſch vnter augen / das er ſchamrot werde / ſo wird mancher das maul halten / der ſonſt ein armen Menſchen ins geſchrey bringt / daraus er ſchwerlich wider komen kan / Denn ehre vnd glimpff iſt bald genomen / aber nicht bald wider gegeben.

Alſo ſiheſtu / das kurtzumb verboten iſt / von dem Nechſten etwas böſes zu reden / doch ausgenomen weltliche Oberkeit / Prediger / Vater vnd Mutter / das man dennoch dis Gebot alſo verſtehe / das das böſe nicht vngeſtrafft bleibe. Wie man nu / laut des fünfften Gebots / niemand ſchaden ſol am Leibe / doch ausgezogen meiſter Hanſen / der ſeines ampts halben dem Nechſten kein guts / ſondern nur ſchaden vnd böſes thut / vnd nicht wider Gottes gebot ſündiget / darumb das Gott ſolch ampt von ſeinet wegen geordnet hat / denn er jm die ſtraffe ſeines gefallens fürbehalten hat / wie er jm erſten Gebot

drew=

drewet. Alſo auch/ wiewol ein jglicher fur ſeine perſon niemands richten noch verdamnen ſol/ doch wo es die nicht thun/ denen es befohlen iſt/ ſündigen ſie ja ſo wol/ als der es auſſer dem ampt von ſich ſelbs thete/ Denn hie foddert die not/ von dem vbel zu reden/ klagen furbringen/ fragen vnd zeugen. Vnd gehet nicht anders zu/ denn mit einem Artzt/ der zu weilen dem/ den er heilen ſol/ an heimliche ört ſehen vnd greiffen mus. Alſo ſind Oberkeit/ Vater vnd Mutter/ ja auch Brüder vnd Schweſter/ vnd ſonſt gute Freunde vnternander ſchüldig/ wo es not vnd nütz iſt/ böſes zu ſtraffen.

Das were aber die rechte weiſe/ wenn man die ordnung nach dem Euangelio hielte/ Matth. 19. da Chriſtus ſpricht/ Sündiget dein Bruder an dir/ ſo gehe hin/ vnd ſtraffe jn zwiſchen jm vnd dir alleine. Da haſtu eine köſtliche feine lere/ die Zunge wol zu regieren/ die wol zu mercken iſt/ wider den leidigen misbrauch. Darnach richte dich nu/ das

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

du nicht ſo bald den Nechſten anders-
wo austrageſt vnd nachredeſt / ſondern
jn heimlich vermaneſt/das er ſich beſſe-
re. Desgleichen auch/wenn dir ein an-
der etwas zu ohren tregt//was dieſer o-
der jener gethan hat/ lere jn auch alſo /
das er hingehe/vnd ſtraffe jn ſelbs/ wo
ers geſehen hat / wo nicht / das er das
maul halte.

Solchs magſtu auch lernen aus
dem teglichen Hausregiment. Denn ſo
thut der Herr im Haus / wenn er ſihet/
das der Knecht nicht thut was er ſol/ſo
ſpricht er jm ſelbs zu. Wenn er aber ſo
toll were / lieſſe den Knecht daheim ſi-
tzen/vnd gienge heraus auff die gaſſen/
den Nachbarn vber jn zu klagen/würde
er freilich müſſen hören / Du narr/
was gehets vns an / warumb ſagſtus
jm ſelbſts nicht ? Sihe / das were nu
recht brüderlich gehandelt / das dem v-
bel geraten würde / vnd dein Nechſter
bey ehren bliebe / Wie auch Chriſtus
daſelbſt ſagt/ Höret er dich/ſo haſtu dei-
nen bruder gewonnē. Da haſtu ein gros
treff-

trefflich werck gethan. Denn meineſtu/ das ein gering ding ſey/ ein bruder gewinnen? Laſſe alle Mönche vnd heilige Orden / mit all jren wercken zu hauffe geſchmeltzt / erfur tretten / ob ſie den rhum können auffbringen/das ſie einen bruder gewonnen haben.

Weiter leret Chriſtus/Wil er dich aber nicht hören / ſo nim noch einen oder zween zu dir/auff das alle ſache beſtehe / auff zweier oder dreier zeugen munde/Alſo/das man je mit dem ſelbs handele/den es belanget/vnd nicht hinder ſeinem wiſſen jm nachrede. Wil aber ſolchs nicht helffen/ſo trage es denn öffentlich fur die Gemeine / es ſey fur weltlichem oder geiſtlichem Gerichte. Denn hie ſteheſtu nicht allein/ ſondern haſt jene Zeugen mit dir / durch welche du den Schüldigen vberweiſen kanſt/ darauff der Richter gründe / vrteilen vnd ſtraffen kan/ So kan man ordentlich vñ recht dazu komen/ das man dem böſen wehret/oder beſſert. Sonſt wenn man einen andern mit dem maul vmb-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tregt durch alle winckel/vnd den vnflat rűret/wird niemand gebeſſert/ vnd darnach/wenn man ſtehen vnd zeugen ſol/ wil mans nicht geſaget haben/ Darumb geſchehe ſolchen meulern recht/ das man jnen den kűtzel wol bűſſete/ das ſich andere daran ſtieſſen. Wenn du es deinem Nechſten zu beſſerung/oder aus liebe der warheit theteſt/ wűrdeſt du nicht heimlich ſchleichen/ noch den tag vnd liecht ſchewen.

Dis alles iſt nu von heimlichen ſűnden geſagt. Wo aber die ſűnde gantz őffentlich iſt/das Richter vnd jederman wol weis/ ſo kanſtu jn on alle Sűnde meiden vnd faren laſſen/ als der ſich ſelbs zu ſchanden gemacht hat/ dazu auch őffentlich von jm zeugen/ Denn was offenbar iſt/da kan kein affterreden/ noch falſch richten oder zeugen ſein. Als/das wir jtzt den Bapſt mit ſeiner lere ſtraffen/ ſo őffentlich in Bűchern an tag gegeben/ vnd in aller welt ausgeſchrien iſt/ Denn wo die Sűnde őffentlich iſt/ ſol auch billich őffentliche

che ſtraffe folgen/das ſich jederman da-
fur wiſſe zu hůten.

Alſo haben wir nu die Summa vnd gemeinen verſtand von dieſem Gebot/ das niemand ſeinem Nechſten/ beide Freunde vnd Feinde/ mit der zungen ſchedlich ſein/ noch böſes von jm reden ſol (Gott gebe es ſey war oder erlogen) ſo es nicht aus befelh oder zur beſſerung geſchicht/ Sondern ſeine zungen brauchen vnd dienen laſſen/ von jederman das beſte zu reden/ des Nechſten ſünde vnd gebrechen zu decken/ entſchůldigen/ vnd mit ſeiner ehre beſchönen vñ ſchmůcken. Vrſach ſol ſein allermeiſt dieſe/ ſo Chriſtus im Euangelio anzeucht/ vnd damit alle Gebot gegen dem Nechſten wil gefaſſet haben/ Alles was jr wollet/ das euch die Leute thun ſollen/ das thut jr jnen auch.

Auch leret ſolchs die Natur an vnſerm eigen Leib/ wie S. Paul 1. Cor. 12. ſagt/ Die glieder des Leibs/ ſo vns dűncken die ſchwechſten ſein/ ſind die

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

nötigſten / vnd die vns düncken die vnehrlichſten ſein / denſelbigen legen wir am meiſten ehre an / vñ die vns vbel anſtehen / die ſchmücket man am meiſten. Das angeſicht / augen / naſen vnd mund decket niemand zu / dennn ſie dürffens nicht / als an jm ſelbſt die ehrlichſten glieder ſo wir haben / Aber die aller gebrechlichſten / der wir vns ſchemen / deckt man mit allem vleis / da mus hende / augen ſampt dem gantzen Leibe helffen decken vnd hüllen. Alſo ſollen auch wir alle vnternander / was an vnſerm Nechſten vnehrlich vnd gebrechlich iſt / ſchmücken / vñ mit allem ſo wir vermügen / zu ſeinen ehren dienen / helffen vnd förderlich ſein / vnd widerumb wehren / was jm mag zu vnehren reichen. Vnd iſt ſonderlich ein fein edle tugent / wer alles / das er vom Nechſten höret reden (ſo nicht öffentlich böſe iſt) wol auslegen / vnd auffs beſte deuten / oder je zu gut halten kan / wider die gifftigen meuler / die ſich vleiſſigen / wo ſie etwas ergrübeln vñ erhaſchen können am Nech-

ſten

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſten zu taddeln / vnd auffs ergſte aus-
ecken vnd verkeren / wie jtzt fürnemlich
dem lieben Gottes wort / vnd ſeinen
Predigern geſchicht.

Darumb ſind in dieſem Gebot
gar mechtig viel gute werck verfaſſet/
die Gott auffs höchſte wolgefallen/vnd
vberflüſſig gut vnd ſegen mit ſich brin-
gen/wenn ſie nur die blinde Welt vnd
falſche Heiligen erkennen wolten.
Denn es iſt nichts an/vnd im gantzen
Menſchen / das mehr vnd weiter/beide
guts ſchaffen/vnd ſchaden thun kan/in
geiſtlichen vnd weltlichen ſachen /denn
die Zunge / ſo doch das kleinſte
vnd ſchwechſte glied
iſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ETHICÆ DOCTRINÆ LIBER OCTAVVS, DE PRÆCEPTIS NONO & DECIMO.

CAPVT I.

DE SVMMA PRÆCEPTORVM NONI & decimi.

RELIqua duo præcepta addita ſunt, vt interpretentur legem, & diſcernant legem Dei à legibus humanis, Leges enim humanæ prohibent & puniunt delicta externa, non puniunt affectus & cogitationes internas ſeu occultas, ſicut dici ſolet, cogitationis pœnam nemo patitur. Sed hæc duo præcepta, nonum & decimum manifeſte teſtantur legem Dei non ſolum de exterioribus factis loqui, ſed etiam de interioribus affectibus, & inclinatione & immundicia cordis. Duo enim complectitur prohibitio, Non concupiſces, nimirum & affectus malos, & cauſam malorum affectuum ipſum ſcilicet morbum naturæ, qui vocatur peccatum Originis. Hunc morbum humanæ leges & Philoſophia non iudicant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

eſſe peccatum, Ideo lex Dei accuſat eum, vt diſcamus quam horribiliter hæc humana natura immerſa ſit peccato, & agnoſcamus nos non poſſe legi ſatisfacere, ſed habere opus alia iuſticia. Itaq; hæc duo præcepta pertinent ad ſuperiorem legis vſum, ſcilicet ad accuſandum peccatum in tota natura humana, vt agnoſcamus vicium originis cum fructibus.

CAPVT II.

DE VSV ET SIGNIFICATIONE VOCABVLI Concupiſcentia in Eccleſia.

SÆpe mouentur diſputationes de ſignificatione vocabuli, Concupiſcentia, propterea quod in Latino ſermone non morbum naturæ, ſed affectum, ſeu actum concupiſcendi ſignificat, ſicut amor ſignificat affectum ſeu actum amandi, ſciendum autem eſt, quod etſi in aliquibus ſcripturæ locis concupiſcentia ſignificat affectum, vt Iac. 4. Vnde ſunt lites & bella in vobis, Nonne ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant in membris veſtris? Gala. 5. Qui ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentijs, Tamen in diſputationib. Theologicis de peccato originis, concupiſcētia nō tātū

con

concupiſcendi affectum ſeu actum ſignificat, ſed ſimul etiam ipſum morbum naturæ, qui vocatur peccatum Originis, hoc eſt, ipſam ἀνομίαν & ataxiam in natura corrupta ac vicioſa, quæ eſt omnium prauorum affectuum, cogitationũ, cupiditatum & actionum fons, ſcaturigo, fomes. Sic enim Auguſtinus ſolet definire aut nominare peccatum Originis, concupiſcentiã eſſe, ſignificat autem concupiſcentiam ſucceſſiſſe, amiſſa iuſticia, ideoq; & defectum complectitur Auguſtinus, & vitioſum habitum, qui ſucceſſit, ſicut & Scholaſtici, Theologi veteres hæc duo ſolent coniungere, Thomas inquit, peccatum originis habet priuationem originalis iuſticiæ, & cum hoc inordinatam diſpoſitionem partium animæ, vnde non eſt priuatio pura, ſed quidam habitus corruptus. Et Bonauentura, Cum quæritur, quid ſit peccatum Originale, recte reſpondetur, quod ſit concupiſcentia inordinata. Recte etiam reſpondetur, quod ſit debitæ iuſticiæ carentia, & in vna iſtarum reſponſionum includitur altera.

Idem ſentit Hugo, cum ait: Originale peccatum eſt ignorantia in mente, & concupiſcentia in carne. Secundum hanc ſignificationem concupiſcentiæ vox in talibus diſputationibus intelligi debet, ſicut etiam admonet Auguſtinus in explicatione dicti Epiſtolæ ad Galatas,

Caro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, lib. 5. cont. Iulianum. Concupiſcentia carnis, inquit, aduerſus quam bonus concupiſcit Spiritus, & peccatum eſt, quia ineſt illi inobedientia contra dominatum mentis, & pœna peccati eſt, quia reddita eſt mentis inobedientis, Et cauſa peccati eſt, defectione conſentientis & contagio naſcentis. Expreſſe monet ibi Auguſtinus dictum Apoſtoli, Spiritu ambulate, & concupiſcentias carnis non perficietis, Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, non tantum debere intelligi de prauis affectibus, ſed ſimul de ipſa deprauatione, & malitia naturæ, quæ per contagium nobiſcum naſcitur, & ex qua tanquam ex fonte ebulliunt & enaſcuntur praui affectus, & cupiditates, ac ſi dicatur, In carne eſt concupiſcentia efficax & pariens malos fructus.

Ad hanc explicationem ſignificationis concupiſcentiæ pertinent hæc dicta ſcripturæ. Gen. 8. Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia. Roma. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris meis. Rom. 8. Senſus carnis mors eſt. Item, Senſus carnis inimicitia eſt aduerſus Deum. Iacob. 1. Nemo cum tentatur, dicat ſe à Deo tentari. Nam Deus vt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

us vt malis tentari non poteſt, ita nec ipſe quenquam tentat. Vnuſquiſq; vero tentatur cum à propria concupiſcentia abſtrahitur & inescatur, Deinde concupiſcentia poſtquam concepit, parit peccatum, pecccatum vero perfectum gignit mortem.

CAPVT III.

DE DICTO APOSTOLI, CONCVPISCENTIAM neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces.

QVæ ſit vtilitas, quis vſus duorum vltimorum præceptorum, prohibentium & dānantiū concupiſcentiam, id Paulus docet illa ſententia, Rom. 7. Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: Non cōcupiſces, hoc eſt, neſciebā concupiſcentiam eſſe peccatum coram Deo, ſed ex prohibitione legis, Non concupiſces, didici & cognoui, concupiſcentiam eſſe peccatum, damnatum iudicio Dei, iuxta ſententiam legis vniuerſalem, Maledictus omnis qui non manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Hic igitur admonet Paulus, in hac legis prohibitione (non cōcupiſces) eſſe demonſtrationem, contrariam humanis perſuaſionibus & opinionibus. Fatentur omnes ſani apud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ni apud omnes gentes, inobedientiam erga parentes & Magiſtratus, homicidia, adulteria facta, falſa teſtimonia, peccata ſeu ſcelera eſſe, ideoq; omnium honeſtorum populorum leges, hæc peccata, vicia ſeu ſcelera prohibent & puniunt, ſed non intelligunt homines ignari legis diuinæ, quod concupiſcentiæ morbus, & quæ inde enaſcuntur, cupiditates prauæ, ſint peccata à Deo damnata, & facientia perſonam ream iræ Dei, damnationis & mortis æternæ, niſi fiat remiſſio, ſicut Chriſtus expreſſe dicit: Matth. 5. Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Id enim dictum de exemplis ſimilibus etiam debet intelligi. Ita enim, qui alterius domum aut bona concupiſcit, furtum in corde ſuo commiſit coram Deo, Siquidem lex Dei non tantum dicit: Non mœchaberis, & non furtum facies, ſed etiam dicit: Non concupiſces. Et non tantum puras manus & membra externa, ſed etiam purum cor, & mundas cogitationes requirit, impuritatemq́, & immundiciam cordis & cogitationum vna cum malis actionibus damnat.

Vnicum exemplũ recitatur ab Herodoto et Pauſania de Glauco rege Spartano, qui idcirco quod cogitabat depoſitum Mileſij cuiuſdam hoſpitis, contra fidem datam periurio retinere, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ad eius fraudis prætextum oraculum ſollicitabat, cum tota poſteritate deletus eſt, quod exemplum propter antiquitatis Ethnicæ iudicium eſt obſeruatione dignum. Hiſtoriam recitaui libro 6. cap. 18. Et Iuuenalis eam breuiter his verſibus complexus eſt.

Spartano cuidam reſpondit Pythia vates,
Haud impunitũ quondam fore quod dubitaret
Depoſitum retinere, & fraudem iure tueri
Iurando, quærebat enim quæ nominis eſſet
Mens, & an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, nõ morib. Et tamen omnẽ
Vocẽ adyti templo dignam, veramq́ probauit.
Extinctus tota pariter cum prole domoq́.

CAPVT IIII.

DE APPETITIONIBVS ET AFFECTIbus.

DEus condidit in homine potentias appetentes, quæ ſi natura hominum manſiſſet integra, tantum ordinatos motus habuiſſent, & fuiſſet dulciſſima harmonia potentiarum inter ſe congruentium. Fuiſſent in humana natura appetitiones & affectus, fames, ſitis, delectatio in viſu, auditu, guſtu, olfactu, tactu, Amor Dei, ϛοϱγαὶ erga ſobolem, parentes, coniugem, cognatos, beneuolentia erga omnes homines, odium ad-

aduerſus diabolos, lætitia acquieſcens in Deo, &c. Et hæ appetitiones atq; affectus omnes fuiſſent ordinati congruentes ad legem mentis, imo etiam accenſi ab ipſo Spiritu ſancto, qui ſuas flammas miſcuiſſet Spiritibus natis in corde & in cerebro. Fuiſſent appetitiones ſancti & puri ſine peccato, ſicut in Chriſto, qui vna cum humana natura etiam naturales & creatas appetitiones atq; affectus ſine peccato ſuſcepit. Quare cũ concupiſcentia accuſatur, non eſt cogitandum naturam hominum integram futuram fuiſſe ſine appetitionibus, & ſine affectibus, & vt ita dicam, ſaxeam & ferream, Siquidem etiam in Adam ante lapſum ςοϱγὴ ardentiſsima fuit erga Euam, cum ea conſpecta dixit: Hoc nunc os ex oſsibus meis & caro de carne mea. Sed ideo accuſatur concupiſcentia, quia ſuauiſsima harmonia appetitionum et ſenſuum, & congruentia cum regula legis & voluntatis diuinæ, turbata eſt lapſu primorum parentum, & in talem ἀνομίαν καὶ ἀταξίαν eſt mutata, de qua Paulus dicit, Senſus carnis inimicitia eſt aduerſus Deum. Quomodo autem Spiritus ſanctus in renatis iterum appetitiones & affectus repurget, id alias dicitur. Hæc admonitio de appetitionibus & affectibus ſcitu eſt neceſſaria, antequam tradam diſtinctiones

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vſitatus. Appetitionum ſunt tres gradus. Primus eſt naturalis appetitio, vt fames eſt naturalis appetitio cibi, ſitis eſt naturalis appetitio potus. Homo frigidus naturaliter appetit calefactionem. Secundi gradus ſunt delectatio vel dolor tactum comitans. Vt cum corpus frigidum moderate calefit, ſentitur delectatio, cum vritur, aut vulneratur corpus, ſentitur dolor. Horum duorum graduum appetitiones & affectiones non eſſe opiniones, aut ſomnia, ſicut Stoici abſurdiſsime fingunt, contra ſenſuam experientiam, ſed eſſe res naturales, à Deo in natura factas ſeu ordinatas, facilimum eſt iudicare quia etiã ſine cogitatione cientur, & non tantum ſunt in natura rationali, ſed etiam in animalibus brutis.

Tertius gradus eſt appetitionum in corde & voluntate, quæ ſequntur noticiam, & cogitationem, atq; proprie vocantur affectus. Et hi duplices ſunt. Alij ſunt lege præcepti, vt amor ſobolis, coniugis, parentum, Alij ſunt lege Dei prohibiti, vt contemptus Dei, fremitus aduerſus Deum, inuidia, odium. Etſi autem in hac corruptione naturæ, etiam affectus præcepti lege Dei, contaminantur, & ſunt per accidens vicioſi, tamen hæc diſtinctio, & appellatio illa bonorum affectuum eſt retinenda, tum quia hic honor debetur creationi, vt fiat conſidera-

tio,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tio, quæ res ſint à Deo creatæ ſeu ordinatæ in creatione, & quid non ſit creatum, aut ordinatum à Deo, ſed aliunde creaturis, ſeu rebus creatis & ordinatis aſperſum, Et vt hæ maculæ ab illis, quæ creata & ordinata ſunt diſtinguantur, tum etiam ideo, quia boni affectus lege Dei præcepti in ſanctis à ſpiritu ſancto regeneratore & ſanctificatore gubernantur et ad ordinem retrahuntur.

CAPVT V.

QVID ARISTOTELES SENSERIT DE AFFECTIbus ex Domino Phil.

ANimantia non poſſent proſequi conuenientia, & contraria fugere, niſi haberent appetitiões & affectus. ſicut dolor mouet pecudẽ vt nimis calida & frigida fugiat, ita Ariſtoteles videt affectus in natura neceſſarios eſſe, nec vult eos tolli ex hominum natura. Et tamẽ quia videt eos eſſe inordinatos, et inter ſe diſsimiles, ac pugnantes, cum cauſam huius diſcordiæ non perſpiciat, tantum addit aurigam ſeu gubernatorem, ſcilicet iudicium rationis, & iubet omnes ad mediocritatem reuocari, ne vel omnino ex natura tollat appetitiones, vel ipſi affectus erumpant extra metas. Ideo, inquit, iram adituricem eſſe fortitudinis, ſed ea vtendũ eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vt milite non vt duce, quia ſentit huius vtilitatis cauſa hos motus additos eſſe hominibus, vt ſint vel inſtrumenta, vel incitamēta ad virtutem, modo vt recte gubernentur. Hæc eſt ſententia Ariſtotelis apta ciuilibus moribus. Nam & leges hunc gradum requirunt, vt coerceantur affectus, quia puniunt non affectus ſine conatu, ſed facta, quemadmodum dicitur: Cogitationis pœnam nemo patitur. Atq; ita Homerus pingit Achillem, cum iratus gladium ſtringeret aduerſus Agamemnonem, retrahi capilitio à Pallade, ne iracundia impulſus committeret facinus dignum pœna. Cæterum Chriſtiana doctrina plena eſt de affectibus. Bonos affectus iubet regi lege Dei, & ſeruari gradus diuinitus traditos, vt iubet amari coniugem, liberos, amicos, ſed ita vt anteferatur Deus. Deinde iubet malis affectibus repugnari, qui videlicet diſſentiunt à lege Dei, quia etiam vitioſi affectus in hac vita non poſſunt funditus eijci, & tamen placet Deo obedientia in his, qui credunt in Chriſtum, & repugnant vicioſis affectibus, iuxta illud. Si ſpiritu actiones carnis mortificabitis, viuetis.

CAPVT VI.

REFVTATIO DOCTRINAE STOICORVM DE ἀπαθείᾳ.

Abſur-

ABſurdiſsima eſt Stoicorum doctrina de ἀπαθείᾳ quia cum ipſa creatione ſeu natura humana, & cum communi omnium hominum ſenſu pugnat. Ideoq; etſi vnica Regula Dialecticorum prorſus queat refutari, quod abſurda non ſunt vera, tamen eius refutationis fundamenta ſeu rationes conſiderari debent. Prima ratio. Diuinitus inditæ ſunt cordi, et vis ipſa appetens, & aliquæ ſtorgæ, vt amor ſobolis, miſericordia, & aliæ. Ergo eſt abſurdum dicere tales Storgas ſeu affectus eſſe opiniones. Secunda ratio. Deus non condidit fruſtra in animantibus organa affectuum. Sunt autem naturaliter organa affectuum in hominibus. Ergo etiam affectus exiſtunt in natura, & ſunt res diuinitus conditæ in natura hominis. Minor eſt manifeſta ex natura neruorum, qui ſunt organa delectatiouis & doloris. Nerui autem ſunt diuinitus conditi. Ergo eorum actio eſt res naturalis. Item, Motus cordis ſunt naturales, & ita ordinati, vt cireantur diuerſis villorum motibus, Item vt diuerſi humores diuerſis motibus ſeruiant. In ira motus cordis ciet flauam bilem, in triſticia, cordis motus ciet atrā bilem ex ſplene, quæ effuſa in mœſticia ſæpe affert hypochondricos dolores. Ex timore ſanguis recurrit ad cor.. Hi motus ſunt conditi in natura Ergo & affectus ſunt in natura,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

conditi. Tertia ratio. Dona quæ immediate proficiſcuntur à Deo, ſunt res bonæ, & non abijciendæ. Heroici motus ſunt proprie dona Dei, & immediate à Deo proficiſcuntur qualis eſt ira Heroica, vt cum Scanderbego pugnaturo erupit ſanguis e x labris, & vt Virgilius de Ænea inquit.

Et magna ſe exuſcitat ira.

Ergo Affectus non accerſuntur opinionibus, nec ſunt prorſus ex natura tollendi.

Quarta ratio. Lex diuina præcipit vt habeamus affectus, vt Diligas Deum tuum. Item diligas proximum. Et Paulus inter teterrima vicia numerat ἀστοργίαν, id eſt, non affici proximorum ſecundis aut aduerſis rebus. Ergo aliqui affectus ſunt boni & placent Deo, imo vero ſunt etiam in Chriſto veri & non ſimulati motus, dilectio æterni patris, dilectio piorum, miſericordia, triſticia, vt cum inquit, triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem, ira ſeu zelus vt Marci 3. dicitur. Circumſpectans cum ira. Nec leue incendium animi fuit, cum expulit caupones ex templo, de quo facto citatur dictum Pſalmi: zelus domus tuæ comedit me. Talia exempla in ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto conſiderari debent in doctrina vera de affectibus, & eorum diſcrimine. Repudianda eſt igitur Stoicorum

rum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rum ἀπάθεια, cum & à natura, & à verbo
Dei diſſentiat. Quare etſi interdum duriores ſententiæ Stoicorum laudantur, tamen prudens lector adhibeat iudicium, ac ſciat abſurdas opiniones, pugnantes cum natura, & verbo Dei, fugiendas eſſe. Imo boni affectus inditi ſunt naturæ, vt ſint virtutum calcaria, ſeu vt Ariſtoteles inquit, auxilia. Sed malis affectibus, hoc eſt, diſſentientibus à ratione & à lege Dei, repugnandum eſt. Et ſententiæ in ſacris literis prudenter ſunt intelligendæ, ne transferantur ad Stoicas opiniones Nam ſacra ſcriptura etſi oſtendit omnes affectus in impio vicioſos eſſe, tamen vult diſcrimen retineri, videlicet, alios per ſe vicioſos & abijciendos eſſe, alios vero diuinitus inſitos, pollui contagio corruptionis, quæ eſt in natura humana.

CAPVT VII.

QVOD PVGNAM RATIONIS ET AFFECTVVM etiam aliquo modo intellexerint Philoſophi.

Apud Galenũ in 5. de ſentẽtia Hippocratis et Platonis. extãt elegãtes verſiculi, quos dicit eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Cleanthis, qui deſcribunt diſsidium, rationis & affectuum. Sic autem inquit ratio ad affectum. Quid eſt illud quod vult cupiditas? dicito.

Affectus. Vt omnia quævolo faciam nam id regium eſt.

Ratio. Dic rurſus hanc ſententiā mihi clarius.

Affectus. Quæcunq; concupiſco vt fiant omnia.

Magis vero illuſtris eſt querela Medeæ apud Ouidium.

Video meliora proboq;
Deteriora ſequor.

Et Phædræ in Hippolyto Senecæ.

Quæ memoras ſcio
Vera eſſe nutrix, ſed furor cogit ſequi
Peiora, vadit animus in præceps ſciens.
Remeatq; fruſtra ſana conſilia appetens.
Sic cum grauatam nauita aduerſa ratem
Propellit vnda, cedit in vanum labor.
Et victa prono puppis aufertur vado.
Quod ratio poſcit, vincit ac regnat furor.

Item Chorus in Senecæ Medea.

Cæcus eſt ignis ſtimulatus ira,
Nec regi curat, patiturue frenos,
Haud timet mortem, cupit ire in ipſos
Obuius enſes.

Tales loci & querelæ in ſcriptis Philoſophorum oſtendunt, quod aliquo modo intellexe-

rint

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

rint diſsidium & pugnam rationis & affectuum in homine, quam quidem omnes mortales in ſemetipſis quotidie ſentiunt. Sed non ſciuerunt Philoſophi veram cauſam huius diſsidij, quia doctrinam de corruptione humanæ naturæ, per lapſum primorum parentum, & de peccato originis neſciuerunt. Ideoq́; admirati ſunt, cum naturæ cæteræ non pugnent ſecum ſed obtemperent illis legibus, quæ ipſis diuinitus impoſitæ ſunt, Cur in ſolo homine, qui creaturas terreſtres omnes dignitate antecellit, ſit ea diſcordia & pugna, vt vires inter ſe tanquam hoſtes dimicent. Veruntamen amplius de hac re dicere, quam admirari & querulari, ipſi non potuerunt, multo minus ſciuerunt verum modum, quomodo hæc pugna ſit compeſcenda, tantum præceperunt impetus affectuum ratione frenandos eſſe. Sed doctrinam Eccleſiæ ignorauerunt, quæ eſt in dicto Apoſtoli Rom. 8. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis: In quo dicto eſt explicatio ſententiæ ſeu præcepti Gen. 4. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominer is ipſi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ETHICÆ DOCTRINÆ LIBER NONVS, DE VARIIS quæſtionibus Ethicis.

QVAESTIO PRIMA.

CVR ARISTOTELES DICIT VIRTVTEM ESSE habitum, cum potius videatur eſſe actio?

RESpondeo. Etſi verum eſt, quod virtus ſæpe actionem virtutis ſignificat, & nō male à Cicerone dicitur: *Virtutis laus omnis in actione conſiſtit*, tamen Ariſtoteles admonet virtutem non eſſe ream aut alteram actionem bonam, cuius cauſa ſæpe eſt ſubitus motus, ſicut Tyrannus aliquando ſubito motu iuſte agit. Sed virtutem eſſe bonum habitum in voluntate, ſeu vt Iureconſultus de iuſticia dicit, eſſe conſtantem & perpetuam voluntatem bene & recte agendi, cuius cauſæ illæ ſunt, quas libro primo recitaui. Et virtutem non eſſe tantum ſubitum aliquem motum, aut ſimulationem aut caſuam. Ideoq; etiam appellationem virtutis, vt ſcilicet aliquis dicatur hac vel illa virtute præditus, non propter vnam

aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

aut alteram ſubitā actionem, ſed propter habitum communicandam ſeu tribuendam eſſe. Nemo tam malus eſt, qui non aliquando boni aliquid ſaciat. Sed propter vnam aut alteram actionem, non debet dici bonus aut iuſtus, ſicut homo libidinoſus propter vnam actionem caſtam non dicitur caſtus.

QVAESTIO SECVNDA.

CVR ARISTOTELES dicit virtutem eſſe habitum προαιρετικὸν, id eſt, electiuum?

RESpondeo. Quia eſt habitus conſulto & ſponte agens, Nam προαίρεσις eſt electio voluntaria, præcedente deliberatione, & vtrūque complectitur, noticiam ſeu iudicium mentis, & voluntatis delectum. Obſeruentur autem gradus actionum, quod recenſet & diſtinguit Ariſtoteles. Aliæ actiones ſunt tales φύσει, id eſt, natura ſeu inclinatione naturæ, ſine iudicio, vt Cato eſt natura pertinax & durus, ita vt ne quidem flectatur, vbi opus eſt, Aliæ actiones ſunt tales δόξᾳ, ſcilicet perſuaſione, vt cum homines ſine vero iudicio aſſentiantur alicui opinioni aut perſuaſione falſa mouentur. vt Brutus erat imbutus Stoicis opinionibus, & putabat ſibi præclarum eſſe imitari Catonis rigiditatem: Aliæ actiones ſunt tales ἐθλήσει, ſimulatione vt Thraſo fortitudinem, Demea huma-

umanitatem et benignitatem, Domitianus clementiam ſimulat. Aliæ actiones ſunt tales οαιρέσει. i. electione, cum recto iudicio & nte aliquid ſuſcipitur, vt Ariſtides προαιι eſt iuſtus. Fabius fortis, Scipio caſtus. Eæ um actiones ſunt actiones virtutis, quæ ſetur προαίρεσιν, iuxta Ariſtotelem, id eſt, udicio, ſeu cum quodam delectu vel deli..ione fiunt, Et cum accedit ad προαίρεσιν ſingularis impetus diuinus, tunc fit virtus Heroica, ideo dictum eſt: Nullam eſſe excellentem virtutē ſine afflatu diuino. De Chriſtianis virtutibus dictum eſt libro primo, De illis enim ſemper repetendum eſt dictum Gal. 5. Fructus Spiritus ſunt Caritas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, temperantia.

QVAESTIO TERTIA.

CVR VVLGARI PROVERBIO DICITVR: IN medio conſiſtit virtus?

RESpondeo. In hac quæſtione vocabulum Medij duo ſignificat, videlicet medium extremorum & mediocritatem. Quod ad primam attinet ſignificationem, explicat hanc quæſtionem verſus poetæ.

Vir

Virtus eſt medium viciorum vtrinq; redactum.

Hoc eſt, virtus eſt medium inter duo vicia, quæ vocantur in Scholis extrema vicioſa, Non quod ſit compoſitum aliquod ex extremis, ſicut glaucus color componitur ex albo & nigro, & eſt inter hos colores medius, Neq; quod ſit medium reſpectu remiſsionis & incrementi, Sicut Nero eſt crudelior Tiberio, & tamen Tiberius etiam eſt crudelis, & non eſt clemens aut iuſtus. Sed medium illud viciorum, quod eſt virtus, retrocedit ab vtroq; extremo vicio, & eſt diuerſæ rationis ab extremis, vt pietas conſiſtit in medio inter atheiſmum & ſuperſtitionem, parſimonia conſiſtit in medio inter prodigalitatem & ſordes ſeu tenacitatem, Et cum neutro communicat, ſed ab vtroq; recedit, & eſt diuerſæ rationis. Ita Medium in hac ſignificatione ſui cuiuſdam generis eſt, ſeu ſuæ naturæ, videlicet conueniens ad legem Dei, vel ſecundum Philoſophos, ad rectam rationem. Extrema ſunt alterius generis ſeu naturæ, videlicet pugnantia cum lege Dei, ſeu cum recta ratione. De Secunda ſignificatione Medij ita reſpondeo, virtus conſiſtit in medio, id eſt, ſeruat mediocritatem, ſicut Ariſtoteles erudite dicit, virtutes mediocritates eſſe, & conſiſtere in mediocritate, quo ad nos, Siquidem

dem

dem in omnibus actionibus mediocritas conuenit tum naturæ, tum ipſis rebus. Eſt autem duplex mediocritas, alia Arithmetica, quæ quadrat ad iuſticiam commutatiuam. Alia Geometrica' quæ eſt mediocritas collecta ex circumſtantijs, & earum collatione, & quadrat ad pleraſq; virtutes, vt in Eleemoſynis largiendis tenuis aliquis dabit groſſum, ſed locupletior dabit amplius pro facultatibus. Ita liberalitas eſt mediocritas quo ad nos, id eſt, quo ad noſtras facultates, ſeu quo ad tenuiorem & locupletiorem. Temperantia eſt mediocritas quo ad nos, id eſt, quo ad naturam noſtram.

Eſt autem verum, quod vnius hominis natura plus cibi & potus poſtulet quam alteririus. Sed à nimio abhorret natura, Sicut dicitur, omne nimium eſt inimicum naturæ.

De hac mediocritate etiam dicitur, Formale virtutis eſt ipſius affectus moderatio, vt temperantia eſt moderatio appetitionum. Manſuetudo eſt moderatio iræ, Fortitudo eſt pauoris moderatio, aut non ſuccumbere dolori, non permoueri, vt contra naturam aut iuſticiam victi dolore faciamus.

QVÆ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

CVR DICITVR VIRTVTEM PROPTER SE EXpetendam eſſe, vt Ouidius inquit: Per ſeq; petenda eſt externis virtus incomitata bonis?

RESpondeo. Erudite ſic dixerunt Philoſophi vt admonerent in virtutum exercitio, principaliter non eſſe ſpectandum commodum, aut gloriam, ſed ipſam virtutis pulcritudinem, etiamſi eius actio ſit damnum, imo mortem allatura. Queritur autem Cicero difficile eſſe perſuadere hominibus, quod honeſtū propter ſe ipſum diligendum ſit. Ariſtides eſt iuſtus, & agit iuſte, principaliter, non propter cupiditatem honoris, aut emolumenti, ſed quia nouit iuſticiam eſſe pulcram virtutem, decentem virum bonum, & lucentem magis quam Lucifer et Heſperus, & afferentem ſecum bonam conſcientiam, quæ eſt dulciſsima & ſuauiſsima voluptas, vincens omnes alias mundi voluptates, comitantur autē

virtutem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

virtutem ultro etiam gloria & alia bona, quibus Deus etiam honeſtos Ethnicos ornauit. Quomodo vero de cauſis finalibus virtutum ſeu bonorum operum doceatur in Eccleſia, dictum eſt lib. 1. Ad Philoſophicam reſponſionem pertinet verſiculus Silij

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcerrima
merces.

Et Claudiani verſus.

Ipſa quidem virtus precium ſibi, ſolaq; late
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus ullis
Erigitur, plauſuue petit clareſcere vulgi.
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis.
Diuitijs animoſa ſuis, immotaq; cunctis
Caſib us, ex alta mortalia deſpicit arce,
Hanc tamen inuitam blande veſtigat, &
ultro
Ambit honor, docuit toties à rure profectus
Lictor et in medijs quæſitus Conſul aratris.

Item Plauti in Amphitr:

Virtus præmium eſt optimum, virtus omnibus
Rebus anteit profecto. Libertas, ſalus, vita,
Res, parentes, patria, prognati, tutantur, ſeruantur,
Virtus omnia in ſe habet, omnia adſunt bona,
quem penes eſt virtus.

Cicero

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Cicero dicit 1.de leg. Qui virtutem precio metiuntur, nullam virtutem, ſed maliciam putant. Et 5 Tuſc. Nulla poteſt eſſe virtus, niſi gratuita. Nam quæ voluptate quaſi mercede aliqua ad officium impellitur, ea non virtus, ſed fallax imitatio & ſimulatio virtutis eſt.

QVAESTIO QVINTA.

CVR DICIT CICERO II. DE LEG. QVOD VIRtus nihil aliud eſt, quam in ſe perfecta, & ad ſummum perducta natura?

RESpondeo. Sapientiſſimum dictum eſt Ciceronis, admonens humanam naturam non ad vicia ſed ad virtutem factam eſſe. Etſi autem Cicero ignorauit doctrinam de creatione hominis ad imaginem Dei, tamen quantum à Philoſopho & ſciri & dici potuit, id hoc dicto complexus eſt.

QVAESTIO SEXTA.

CVR POETÆ FINGVNT VIRTVTES eſſe Deas?

RESpondeo. Fictio illa orta eſt ex ſententia, Quod nulla ſit excellens virtus ſine afflatu diui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

tu diuino. Sicut enim de poeticico afflatu ſcribit Ouidius, ita de Heroicis virtutibus ſenſit antiquitas.

Eſt Deus in nobis agitante caleſcimus illo,
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.
Item. Eſt Deus in nobis, ſunt et cõmercia cœli,
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

Etſi autẽ apparet, quod hæc ſentẽtia ex doctrina Patrũ ſumpta ſit, nimirũ quod virtutes ſint dona Dei, et fructus ſpiritus ſancti in Chriſtianis ſeu pijs, tamen horribilis idolomania eſt, dona Dei conuertere in deas, ſeu numina, ſeu Idola.

QVAESTIO SEPTIMA.

SI VIRTVTES SVNT AFFLATVS DIVINI, CVR itaq́ inter cauſas virtutum recẽſentur diſciplina et aſſuefactio?

RESpondeo. Sicut Theologus cum dicit virtutes eſſe fructus ſpiritus ſancti, non tollit alias cauſas, ſeu media ordinata, per quæ & in quibus ſpiritus ſanctus operatur: Ita cum Philoſophus dicit, ad excellentem virtutem requiri afflatum diuinum, non tollit diſciplinam & aſſuefactionem, recte autem à Plutarcho dictum eſt, virtutem prorſus tollimus,

cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cum diſcendam negamus, quandoquidem diſciplina generatio quædam eſt, qua fœtus in animo diſcentis à doctore perficitur. Ad hanc quæſtionem pertinet admonitio de duplici virtute, communi & heroica. communis virtutis cauſæ Philoſophicæ principales ſunt mens recte iudicans, & voluntas obtemperans. Adiuuantes cauſæ ſunt, Naturalis inclinatio, doctrina, & aſſuefactio ſeu diſciplina, quæ continet inſtitutionem & imperia. Cum vero ad communem virtutem accedit ſingularis motus, ſeu afflatus diuinus, qui mentem reddit perſpicatiorem in iudicando, & voluntatem efficit excitatiorem, tunc fit ex communi virtute, Heroica, itaq; motus ille Heroicus alias cauſas virtutis communis non extinguit, ſed adiuuat.

QVAESTIO OCTAVA.

QVID INTEREST INTER VIRTVTEM, & iuſticiam vniuerſalem?

Reſpondeo ex quinto libro Ethicorum Ariſtotelis, Synonyma quidem ſunt virtus & vniuerſalis iuſticia, ſed tamen ratione quadã differũt. Quatenus enim habitus in nobis eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

virtus dicitur, ſed quatenus ſpectat ad alios & debitum officium communi ſocietati præſtat, dicitur iuſticia. Eſt enim iuſticia vniuerſalis, omnium virtutum officia facere, quatenus alteri tanquam debitum præſtatur, Ita enim virtutibus cæteris iuſticiæ nomen tribuunt, quia referuntur ad leges & Remp. cui obedientiam præſtant, ideoq; prædicatur eſſe virtutum omnium præſtantiſsima, adeo vt nec Heſperus nec Lucifer ea formoſior ſit. Et vulgo aiunt: Iuſticia in ſeſe virtutes continet omnes. Et ob hanc cauſam maxime perfecta virtus eſt, quia vſus eſt omnium virtutum erga leges & Magiſtratus.

QVAESTIO NONA.

VNDE MONACHI ACCEPERVNT DISTINCTIOnem inter vitam contemplatiuam & actiuam?

Reſpondeo. Monachi duo tradunt eſſe vitæ genera, Actiuum & contemplatiuum. Actiuum vocant gubernationem. Contemplatiuum intelligunt otium in ſtudijs. Ridiculum autem eſt quærere, vtrum ſit præſtantius? Otiū enim etſi eſt dulcius, tamen actiones anteferendæ ſunt, Et qui in actionibus, hoc eſt, in gubernatione verſantur, hos neceſſe eſt adiungere ſtudia,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dia, quæ ſi ipſi neglexerunt, neceſſe eſt, vt ſibi alios adiungant qui ſtudia coluerunt. Hanc autem diſtinctionem acceperunt Monachi ex Ariſtotele, qui libro 1. Ethicorum in diſputatione de fine hominis recēſet tria vitæ genera, ſumēs partitionem à communibus hominum exemplis. Magna pars viuit beluino more, nihil niſi voluptates quærens, nominat igitur primo loco vitam voluptuariam. Alij præſtantiores viuunt in gubernatione, aut militia. Hoc vitæ genus nominat politicum. Alij ſuauitate & bonitate doctrinæ moti, omiſſis negocijs imperiorū, & parcius fruentes voluptatibus, ſubeunt diſcendi, aut docendi labores. Hanc vitam vocat contemplatiuam, fortaſſis commodius eſt nominare ſtudioſam.

QVAESTIO DECIMA.

AN BRVTA HABEANT VIRTVTES.

Reſpondeo in Brutis quibuſdam ſunt imagines ſeu ſimulacra virtutum, quæ tamen proprie non dicuntur virtutes. Eſt enim virtus habitus bonus in ſubſtantia rationali, non in animalibus ratione carentibus. Cum autem Deus illa ſimulacra virtutum in brutis, quaſi in vi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

uis picturis propoſuerit, ideo conſideratio decet hominem ſtudioſum, de qua elegantiſsime ita ſcripſit Theodorus Gaza: At vero in contemplandis animalium moribus exempla ſuppetunt omnium officiorum, & effigies offeruntur virtutum, ſumma cum autoritate naturæ omniū parentis, non ſimulatæ, non commētitiæ, non inconſtantes & labiles, ſed veræ, ingenuæ, ac perpetuæ. Quis enim tam peruerſa natura hoſtis ſui generis eſt, quin emendetur & mitigetur, cum nullum animal occidi à ſui generis beſtijs videatur? Quis tam imparentes impius, ne cum ciconiæ auis, aut meropis pietatem erga parentes intelligat, pientior efficiatur? Quis adeo inhumanus, illiberaliſq́; eſt, quē oſsifragæ benignitas in pullos aquilæ, nō faciat benigniorem? Quis tam piger, iners & ſegnis eſt, quin excitetur ad vitæ munera, cum formicarum, aut apum labores atq́; modeſtiam intuetur? Quem non pudeat per metum peccare, cum non ſolum Leonis animum inuictum cogitat, ſed etiam Reguli auiculæ, quæ cum aquila pugnat certatq; de imperio? Quis principem bonum non colat, atq́; obſeruet, cum ſi Rex apum in itinere aberrauerit, omnes eū inquirere, odoratuq́; ſagaci, donec inuenerint, cognitū habeat? geſtari etiam Regē à plebe, cum volare nō poteſt, & ſi perierit omnes diſcedere? Nunquid parum

exempli

exempli ad boni principis ſiue deſiderium, ſiue obſeruantiam datur? Quis princeps non ad clementiã facile inuitetur, cum reges apum armari quidem aculeo, ſed eo nunquam vti intelligat? Quæ fides, quis amor in canibus? Quanta in Elephantis manſuetudo? Quæ in Anſere verecundia? Quantum ſtudium ornatus ac polituræ in pauone? Quanta opera vocis amœnæ ſuauiſq; in luſcinia? Quid de Iuſticia apum dicam, quæ colligunt quidẽ ex ijs, quibus aliquid dulcedinis ineſt, ſed ſine vllo fructuũ detrimento? Quid de caſtitate Elephantis, qui quam impleuerit coitu, eam rurſus non tangit? Aut columbæ, quæ neq; coire cum pluribus patitur, neque coniugium iam inde à primo ortu initum deſerit, niſi vidua aut cœlebs. Diſciplina autem & eruditio Elephanti quem non faciat ſtudioſiorem? Omnino nulla pars vitæ humanæ eſt, quæ non ſuorum officiorum exempla commodiſſime hinc accipiat. Nam vt omittam artes illiberales, quæ & ipſæ ingenijs animalium non parum iuuantur, valetudinis exempla quæſo vnde commodius peti quã ex animalibus poſſunt? Loca pro temporis conditione ſolent illa mutare, nec plus edunt aut bibunt, quàm ſibi ſalubre ſit, non diutius dormiunt, quàm ratio valetudinis

 poſtulat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

poſtulat, modum mouendi quieſcendiq́; ſeruant. Nouit ſua quodq́; medicamenta, viuit ſua quodq́; ſorte contentum & gaudet. Hæc late à Medicis præcipiuntur. At vero exempla, in quibus vis maior quam in præceptis eſt, ab animalibus certiora præbentur.

Sequitur eruditiſſimus Plutarchi Dialogus, (Gryllus) quo oſtenditur (quod quidem deplorandum & deteſtandum eſt) pleraſq́; beſtias naturæ congruentius viuere, quam multos homines.

PERSONÆ DIALOGI.

Vlyſſes, *Circe.* *Gryllus.*

Vlyſ.

ISta quidem intellexi, Circe, ac memini. Admodum autem ex te audire cupio, nunquid inter illos, quos in lupos atq́; leones mutaſti, Græcos aliquos habeas? C. Multos, ſuauiſſime Vlyſſes. Cur autem interrogas? V. Quod omnino perſuaſum habeo, mihi perquam honorificum fore apud Græcos, ſi iſtos tuo beneficio priſtinæ formæ reſtitutos acciperem, ac homines denuo redderem, ne ſcilicet præter naturam in beluarum corporibus ſeneſcentes, adeo miſerabiliter atq́; ignominioſe viuerent. C. Tanta eſt iſtius hominis inſcitia, vt ambitionem ſuam non ſibi tantũ & ſocijs,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

& ſocijs, ſed alienis etiã calamitoſam eſſe oportere putet. V. Iterum, ne Circe, me abſurda iſta oratione, quemadmodum alios, Cyceone tuo propinato, beluam reddere ſtudes? Quid enim. Non ero belua, ſi perſuaderi mihi patiar calamitoſum eſſe, hominem è belua fieri? C. Quaſi vero tu non longe abſurdius de teipſo conſulueris, qui vitam immortalem et ſenectutis expertem agere mecum recuſans, ad mulierem mortalem, vel anum potius iam effœtam, ſi vera fateri libet, per infinita adhuc pericula properes, ambitione videlicet amplificandi nominis vanæq; gloriolæ ſtudio incitatus, vmbrã inanem ac ſimulachrum vero bono præferens? V. Sint iſta ſane ita vt dicis, Circe. Quid enim neceſſe eſt nos de eadem re contendere toties? Viros vero iſtos dimitte liberos, mihiq; dona. C. Minime vero iſtuc ita facile fiet, vt tu putas. Nec enim ſunt vulgares quidam, ac plebei. Sed tu prius eos interroga, vtrum velint, nec ne? Quod ſi negarint, perſuade illis, ſi qua tua eſt eloquentia. At ſi ipſi diſputando te vicerint, ſatis tibi ſit, tam male te & tibi ipſi, et tuis ſocijs conſuluiſſe. V. Quas mihi delicias facis, ô beata? Quî enim iſti vel audient, vel reſpondebunt, dum aſini, ſues & leones fuerint? C. Bono animo es, homo hominum ambitioſiſſime, Ego efficiam, vt & intelligere & diſputare queant, vel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

vnus potius omnium munere fungetur. En cum hoc diſſere. V. Quo eum nomine appellabo? Ecquis hominum hic eſt? C. Quid iſtud ad rem? verum ſi placet, Gryllum appella, Ego autem interim cedam, ne diſsimulata ſententia ſua, ad gratiam loqui ac diſputare videatur. G. Salue, Vlyſſes. V. Et tu Grylle. G. Qua de re interrogare vis? V. Intelligo vos homines fuiſſe. Miſeret me igitur ſortis illius cum veſtrum omnium, tum (vti par eſt) eorum clade in primis afficior, ſi qui Græci ſunt inter vos. Quare modo à Circe petij, vt quicunque veſtrum id vellet, eum ſolutum, priſtinæq; figuræ redditum, abire nobiſcum pateretur. G. deſine Vlyſſes, neq; quicquam vltra dicas. Omnes enim valde te deſpicimus, cum intelligamus falſo prædicatam eſſe tuam eloquentiam, & eximiā quandam præter cæteros ſapientiam, vt qui incircumſpecte prorſus mutationem è deterioribus in meliora metuendam ducas. Nam quēadmodum pueri à medicorum pharmacis abhorrent, & illas modeſtias, quæ & corporis & mentis pariter ſtatū immutant, ac vtriuſq; et ſanitati & integritati conſulunt: ſic tu valde caues, ne alius ex alio fias. Et vt ipſe horres & expaueſcis cum Circe degere, metuens ne te per [illegible]as aut ſuem aut lupum faciat: ita nobis perſuadere ſtudes, qui copijs omnibus re-

rum

rum iucundiſsimarum circumfluimus, vt & his, & ea quæ horum autor eſt, relictis, vna tecum ſoluamus denuo facti homines: quibus nullum aliud animal eſt miſerius, adeo vt miſeria ſua quaſi delectari videantur. V. Tu mihi Grylle videris illa potione non formam tantũ, ſed mentem etiam penitus amiſiſſe: qui refertus tam abſurdis & peruerſis atq; præpoſteris cogitationibus, niſi forte conſuetudinis quædã in iſto corpore voluptas præſtigias tibi fecerit. G. Neutrum iſtorũ in cauſa eſt, Rex Cephalenũ. quod ſi diſputare nobiſcũ, quã nos criminari malueris, mox tibi aliud perſuadebimus, vtrũq; vitæ genus experti, ac oſtendemus, hæc à nobis non iniuria illis præferri. V. Enimuero vos audiã, ac lubens. G. Et nos parati ſumus ad dicendum. Eſt autem à virtutibus tanquam ab ipſo capite arceſſenda diſputatio: quæ, vt apparet, maximos vobis animos faciunt: quaſi & Iuſticia et prudẽtia et fortitudine, et ſi qua ſunt alia huius generis, longe præſtetis reliquis animantibus. Reſponde mihi igitur vir ſapientiſsime. Audiui enim te Circæ aliquando commemorantem de Cyclopum terra, quæ cum neq; arari, neq; plantari quicquam in ea ſoleat, adeo tamen bona & fœcunda eſſe diceretur, vt omnis generis fructus vltro ferret. Vtrum igitur hanc laudandam magis cenſes, an tuam illã

Ithacam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Ithacam, caprarum altricem, aſperam atque ſterilem, adeo vt magnis multiſq; culta laboribus, & parua & tenuia & vilia gignat agricolis? Neq; vero velim te grauiter hoc, atq; iniquo animo ferre, amore patriæ impulſum aliud, quam ſentias, reſpondere. V. Amo quidem (fatendum eſt enim) magis & pluris facio meam patriam, laudo vero & admiror illam. G. Fatebimur igitur iam id, quod ſapientiſſimus hominum adfirmat: alia quidem laudanda ac probanda, alia vero ſequenda eſſe, & amplectenda. Sic autem prius illud accipio, quaſi idem de animo quoque reſpondiſſes. Nam eadem eſt illius quæ præſtantis ſoli ratio, vt præferendus is videatur, qui virtutẽ ex ſeſe quaſi fructum ſponte natum proferat abſq; negocio ac labore. V. Non repugno. G. Iam igitur illud etiam largiris, beluarum animum aptiorem eſſe, & perfectiorem ad gignendam virtutem, quam ſine imperio, ſine doctrina, tanquam ager neq; ſubactus neq; conſitus, vnicuiq; in ſuo genere conuenientem proferat, & ipſius naturæ vi perficiat. V. Et quæ tandem virtus eſt, ô Grylle cuius etiam beluæ ſunt participes? G. Et quæ tandem, qua non longe vincant mortalium omnium ſapientiſſimum? Intuere primum, ſi placet, fortitudinem, quæ tibi tollit animos. Magnificum enim quiddam & præclarum eſſe cenſes, ſi audacis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

dacis atq́ vrbium euerſoris titulo celebrere: cum tamen, vir nocentiſsime, dolis & fraudibus homines ad ſimplicem & generoſum belli modum aſſuefactos, ignaros impoſturæ & mendaciorum calliditate circumuentos viceris, improbitatemq́ honeſto vocabulo velaueris, cum virtus improbitatem nullo modo admittat. At vero belluarum certamina cum inter ipſas, tum contra vos, vides quam ſint expertia fraudis, quamq́ ſimplicia, atq́ ſeſe propugnent, ac defendant, maxime fretæ ſuis viribus ac robore: idq́ faciunt neq́ coactæ legibus, neq́ metu actionis deſertæ militiæ: ſed ipſa natura duce vincitiment, animumq́ infractum atq́ inſuperabilem ad extremum vſq́ ſpiritum retinent. Nec enim eas ſuccubuiſſe putandum eſt proſtratis corporibus: neq́ deſpondent animos, ſed prælijs immoriuntur, Quin etiam robur & iracundia decedens è multis iamiam moribundis, ſeſeq́ colligens in vna aliqua parte corporis, reſiſtit interficienti, palpitat, indignatur, donec tanquam flamma quædam oleo deficiente prorſus extincta intereat. Non ſupplicant, non commiſerationem mouent, non deprecantur, non ſeſe victas eſſe confitentur. Neq́ etiam ſeruit leoni leo, nec equus equo propter fortitudinem: quemadmodum homo homini, ſeruitute ignauiæ cognata, æquo animo acquieſcens. Quaſcunq́ autem

feras,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

feras, homines laqueis aut dolis ſubegerunt, adultas ſaltem: illæ nec cibo guſtato, & ſiti conſtãtiſsime tolerata, necẽ ſibi ſũma cũ volũtate cõſciſcunt. Pulli earum quidem & catuli per ætatem flexibiles adhuc & teneri, multis adhibitis delinimentis atq; illecebris fallacibus, per præſtigias voluptatum, quæ contra eorum naturam ſunt, tandem decepti ac victi, cicurari ſeſe patiuntur, ſiue id effœminari potius eſt. Feras igitur maximo eſſe robore animorum præditas, eoq; naturali: hominum autem audaciam præter naturam eſſe, vel ex illo maxime perſpicuum eſt. Nã in beluarũ genere eadẽ eſt maris et fœminæ fortititudo, ſiue quid operis faciendũ, ſiue ea quæ procreata ſunt, defendenda ſint. Nam de Crõmyonia ſue audis, cui ſexus fœmineus minime obſtitit, quo minus Theſeo plurimũ negotij faceſſeret? Et ſphinga illã nõ adeo ſapiẽtia iuuiſſet, ad Phycium in edito loco ſedentem, ac ænigmata & griphos nectentem, niſi robore ac fortitudine Thebanis longe præſtitiſſet. Ibidem alicubi etiam de Telmeſſia vulpe cuius aſtuta celebratur improbitas, audis, & in vicinia de ſerpente, quæ cum Apolline de oraculo Delphico certarit. Æthen autem Rex veſter, optimo conſilio accepit à Sicyonio illo, qui cupiebat immunis eſſe à militia. Quis enim non malit præſtantem equam, victoriæq; cupidam, quam

virum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

virũ ignauum? Ipſe porro pardales et leænas ſæpe vidiſti, quæ fœmellæ cum ſint, nihil de impetu ac ferocia & robore maribus concedunt: longe aliter quam tua vxor, quæ te foris militante, ipſa domi ad focum deſidet, hirundinibus ignauior contra eos, à quibus & ipſa & res familiaris per iniuriã petitur, quãuis Lacæna ſit. Quorſum igitur mulieres Caricas & Mæonidas afferã in mediũ? Nam vel ex his perſpicuum eſt, viros non à natura habere fortitudinẽ, ſiquidem illa mulieres deſtituantur. Itaq; vos coacti legibus, neq; vltro neq; volentes, ſed ſeruili quadam cõſuetudine et probris et opinionibus aduẽtitijs adducti, vel impulſi potius, fortes eſſe meditamini, laboreſq; & pericula ſuſcipitis & ſuſtinetis, non quod id ſine horrore ac metu fiat: ſed quod alia pluſquam illa formidatis. Nam quemadmodum ſociorum tuorum primus quiſq; leuiſſimum remum occupat, non quod deſpiciat alium grauiorem, ſed quod eũ fugit et auerſatur: ſic qui plagam ſuſtinet, ne vulnera accipiat, & in aciem defenſionis cauſa deſcendere mauult quã ignominioſo genere ſupplicij occidi: non is illa fortiter aggreditur, ſed ab alijs trepide ignauiterq; refugit. Vnde apparet, veſtrã fortitudinem nihil eſſe aliud, niſi prudentẽ timiditatem: audaciã vero metũ ſcientiæ ſociatum, qua alia per alia defugiantur, Deniq; ſi fortitudinis

laudem

laudem feris præreptam cupitis, qui fit vt poetæ veſtri, ſi quem, vt præclare ſuo munere functũ, in prælio celebrare volunt, comparationes de apris, lupis atq; leonibus afferant, non autem virorum impetu leones atq; vrſos ornatiores reddere ſtudeant? Inde illud nimirum eſt, quod quemadmodum veloces ventis, formoſoſq; dijs ſimiles (ne quid omnino ad laudis amplitudinem poßit adijci) eſſe prædicãt, ſic egregios bellatores cum præſtantioribus cenſent eſſe comparandos, ijs videlicet, quæ per contemptum bruta vocatis animalia. In cauſa eſt autem, quod iracundia ceu color atq; acies ſeu cos eſt fortitudinis, cui feræ in certaminibus habenas omnes laxant. Veſter autem impetus, ratione temperatus, veluti vinum aqua infuſa, ſic diluitur, & euaneſcit in periculis, nec ſatgnauiter inſtat atq; vrget. At ſunt etiam è vobis, qui in pugnis omnino repudiandam cenſeant iracundiam, eaq; reiecta ſobrie vigilanterq; dimicandum: quos equidem ſalutis habere rationem non nego, verum ſi audaciam defenſioni vindictæq; neceſſariam ſpectes, quid abſurdius? Nam quê conuenit vos naturam quaſi in iudicium vocatam, ream agere, quod corporibus veſtris neq; ſtimulos addidit, neq; vos dentibus armauit, neq; aduncis vnguibus inſtruxit, cum ipſi inſita animis arma reprimatis atq; abijciatis? V. Papæ Grylle, quam

acutus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

acutus mihi ſophiſta fuiſſe videris, qui nunc è roſtro ſuillo ſuggrunniens, inſtitutam quæſtionē tam egregijs argumentis confirmaris? At cur non ordine de Temperantia tibi dicendum eſſe cenſuiſti? G. Quod expectabam fore, vt tu hæc quæ dicta ſunt, prius reprehenderes. Tu autem, vt video, de temperantia ſtudes audire, tum quod pudiciſſimæ mulieris maritus es: tum vero, quod exemplum eſſe continentiæ te ipſum cenſes, ob ſpretum Circes concubitum. Neq; vero iſta re vlli animalium, ſi continentiæ ratio habeatur, es præferendus, quæ relicto congreſſu præſtantiorum amatorias illecebras & voluptates, in ſuo quæq; genere conſectantur. Non igitur mirum eſt, ſi quemadmodum Mendeſius in Ægypto hircus cum multis & elegantibus concluſus mulierculis, adhorrere ab illarum amplexibus fertur (nam capræ ſunt, quarum ille amore magis deperit) ſic & tu conſueta inuſitatis præferens, ſortis humanæ memor, cum Dea in eodem dormire lecto recuſas. At Penelopes modeſtiam cornices innumerabiles glotiendo ridebunt, atq; deſpicient: quarum nulla eſt, quin poſt coniugis obitum, nedum ad breue tempus, ſed totas nouem ætates hominum vidua maneat. Itaq; tua Penelope à ſingulis cornicibus nouies vincitur. Enimuero quoniam intellexiſti me ſophiſtam eſſe, ordine quodam in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

diſputando progrediar, & temperantiæ definitione conſtituta, & cupiditatibus in genere diſtributis. Eſt igitur temperantia modus atq; ordo quidã cupiditatum, qui vt accerſitas atq; ſuperuacaneas tollit: ita neceſſarias non vltra id quod ſatis eſt, quodq́; decet, euagari patitur. Appetiticnum autem immenſum quoddam eſſe pelagus, te non præterit. Nam cibus & potus, & ſecundum naturam, & neceſſarij omnino ſunt? At rei venereæ illecebræ, etſi earum initia à natura proficiſcuntur: tamen cum etiam ſine illis non incommode viui poßit, naturales ex eo quidem, non etiam neceſſariæ ſunt appellatæ. Earum vero colluuies, quæ neq; naturales, neq; neceſſariæ ſunt, ſed extrinſecus ab inani opinione atq; neglectu & ignoratione decori honeſtiq; ſeſe effuderunt, parum abeſt, quin veſtro in genere naturales eiecerit atq; exterminarit: perinde vt in Rebuspublicis fieri ſolet, cum indigenæ & ciues ob aduenarum & inquilinorum multitudinẽ opprimuntur. Atqui peregrinis affectibus in animis beluarum nullus patet aditus, nulla conſociatio datur: earumq́; vita procul ab omnibus vanis opinionibus, tanquam à tempeſtuoſo mari, dißita atq; remota eſt: Aliena prorſus à veſtra illa (ſi dijs placet) elegantia et luxuria. Temperantiam igitur, vt quæ neq; cognatis atq; inſitis, neq; adſcititijs et peregrinis cu-

piditatibus

piditatibus violatur, conſtantiſsime retinent atq;
tuentur, & à naturæ præſcripto ac legibus non
aberrant. Me quidē nō minus olim, quā te nunc,
aurū ita reddebat attonitū, vt nihil cum illo du-
cerem comparandū: argentū et ebur in ſui pelli-
ciebat amorē ac admirationē: quarum rerū co-
pijs vt quiſq; maxime abundabat, ita maxime à
me prædicabatur & beatus et dijs charus ſiue ille
Phryx eſſet, ſiue Dolone abiectior, aut infæ-
licior Priamo. In eo erāt omnes cupiditates meæ
ſitæ: adeo vt cæterarum rerū, quæ multæ atq; v-
beres erant, nullū in vita fructum perciperem:
orbatuſq; mihi viderer, ac deſtitutus maxime in
vita bonis. Itaq; (nam memini) cum in Creta te
vidiſse veſte ſplendida, cuiuſmodi ſoletis in fe-
ſtiuitatibus vti, exornatū: neq; prudentiā admi-
rabar, neq; virtutē tuā, ſed exquiſitā ac inſolitā
tunicæ ſubtilitatem, purpureiq; pallij molliciem,
inq; ſola pulchritudine mentē et oculos cū ſtupo-
re defigebā. Erat etiam in ipſa ex auro fibula, ne-
ſcio quid ludicrū ſumma (ni fallor) arte torna-
tū. Cōſectabar igitur te, muliercularū plane mo-
re attonitus. Nunc autē reiectis atq; expurgatis
inanibus illis opinionibus, aurum et argentum
perinde vt cæteros lapides, cum contemptu
prætereo. Leuis autem tuis mollibus que ta-
petibus profecto ſomni capiendi cauſa nihilo li-
bentius indormire velim, quā profundiſsimo &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

molliſsimo cœno. Huiuſmodi enim accerſitæ cupiditates nullum habent in noſtris animis domicilium: ſed noſtra vita vt plurimum neceſſarijs & naturalibus cupiditatibus & voluptatibus acquieſcit. Iis autem quæ non illæ quidem neceſſariæ, ſed naturales tamen ſunt, neq́; ſine ordine, neq; citra ſacietatem ingurgitamur. Et hæ quidem recenſendæ primum erunt. Propria igitur illa, & non accerſita voluptas, quæ è rebus odoratis percipitur, olfactumq́; halitu mouentibus, præterquam quod vtilitatem & gratuitam & ſimplicem habet, etiam non nihil confert ad cibos diſcernendos. Nam lingua dulcium & acrium & auſterorum iudex & eſt & dicitur, quando ſapores cum vi dignoſcendi commixti confuſiq́; fuerint. Noſter autem olfactus ante ſapores vniuſcuiuſq́; rei vim dijudicans, multoq́; accuratius quam regij prægustatores diſcernens, conuenientia quidem & accommodata intro admittit, aliena vero repellit, & ne quidem attingi patitur, ne forte guſtui moleſta ſint, ſed defert & accuſat eorum vilitatem, antequam lædatur. Cætera nobis moleſta non ſunt, quemadmodum vobis thymiamata, & cinnamoma, & nardi & foliata, & calani Arabici: quæ præclara ſcilicet vnguentariorum arte mollita, & in vnum coacta, vos multo argento emungunt, cum nihil inde conſequamini

præter

præter effœminatas, puellares & prorſus inutiles delicias, viroq; indignas ſuauitates. Vnguentorum autem, tametſi hæc ratio ſit, non illa tamen ſolum mulieres corrupit omnes, ſed plurimos è viris etiam: adeo vt ſuas vxores auerſentur, niſi vnguenta & paſtillos olentes acceſſerint. At apros, ſues, & hircos capræ, & reliquæ fœmellæ ſui generis mares ad ſe inuitant ſuis proprijs odoribus: redolenteſq; purum rorem, & prata, & herbas, ad ſuas nuptias conueniunt, ob communem beneuolentiam. Neq; vero fœmellæ faſtidio, fraudibus, impoſturis, negationibus cupiditatem prætexunt atq; contaminant. Mares autem œſtro atq; cupiditate inflammati, non precio laboris & ſeruitij, ad opus procreationis: ſed ſine dolo, ſine mercede, & non intempeſtiue accedunt. Appetitus enim rei venereæ certo anni tempore, tanquam in plantis germina, ſic in animantibus excitatur, & poſt mox extinguitur. Neq; enim fœmella concepto fœtu ſe iniri patitur, neq; mas eam ſollicitat vlterius. Adeo parum apud nos voluptati tribuitur, naturæ autem omnia. Vnde non compertum eſt hactenus inter pecudes, mutatis naturæ legibus prauaq; inflammante cupidine, à mare marem, à fœmella fœmellam eſſe appetitam. Cuiuſmodi multa inter vos, apud eos etiam qui ſingularem grauitatis et ſanctimoniæ ſpeciem præ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſe ferunt,deprehenduntur. Nam omitto nihili homines : quid Agamemnon ? Nonne Boetiam peragrauit, vt Argæum ſe fugientem venaretur,ceſſationiſq; cauſam in mare & ventos falſo tranſtulit ? Deinde præclarus illo , præclare admodum in Copaide palude ſeſe tinxit, vt amoris videlicet ardorē reſtingueret,atq; cupidine liberaretur. Neq; aliter Herculeſo ſcium imberbem perſequens,non conſecutus eſt Argonautas , delectos ex omni Græcia , claſſemq; deſeruit. In tholo autem Ptæi Apollinis veſtrum aliquis (qui haud dubie fructum aliquem Achilleæ formæ tulerat)inſcripſit , Formoſus Achilles : cum is iam filium haberet, Eam inſcriptionem adhuc extare audio. At ſi gallus gallum penuria gallinarum conſcenderit: viuus exuritur. Id enim augur neſcio quis,dirū omen atq; portentum eſſe dixit. Atq; ita homines ipſi confitentur, temperantiam pecudibus magis eſſe familiarē, neq; illas ſtudio voluptatum vim facere naturæ. Veſtras autem effrenatas libidines, ne lege quidem adiutrice,natura intra limites cohibet , quo minus tanquam torrente quodam incitatæ cupiditates frequenter eruant atq; proturbent omnia, & ius naturæ abuſu rei venereæ ſanctiſſimum violent. Etenim et viri congreſſi ſunt cū capris,ſuibus & aquabus : et mulieres,maribus brutis inſano furore ſe proſtituerunt. Nam ex

iſtius-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

iſtiuſmodi nuptijs Minotauri illi veſtri ſunt, & Ægipanes. Inde etiã, vt ego quidẽ opinor, & Sphinges & Centuri extiterunt. Enimuero fame adigente canis interdum hominem deuorat, deguſtat volucris. At coire cum homine nulla vnquam beſtia conata eſt. Multas quidem beſtias hominũ laſciuia præter ius & fas ad talia perpet iẽda coegit. Qui cũ in iſtiusmodi rebus ita futiles & nequam ſint, planeq́ nihil imperare ſibi poßint: multo magis in neceſſarijs cupiditatibus longo interuallo ſuperantur. Sunt autem illæ cibi potuſq́ appetitio: quorum ſuauitate nos nunquam niſi cum neceſſe eſt fruimur. Vos autem, qui voluptatis ea in re quam naturalis vſus ſtudioſiores eſtis, iuſto iudicio multis & grauibus morbis pœnas datis: qui omnes tanquã vno ex fonte ex repletione & crapula ſcaturientes, corpora varijs et impuris humoribus inũdant. Nã primũ omniũ vnicuiq́ generi animantium, vnũ quoddã cibi genus aßignatũ eſt, veluti tribus quædam: alijs herbæ, radices alijs, nõnullis etiã fruges. Quæ vero carniuoræ ſunt, eæ ad nullũ aliud paſtionis genus ſeſe conuertunt, neq́ infirmiores eo defraudãt: ſed et leo ceruum, & ouem lupus non impedit, quo minus, vt eorum natura fert, paſcantur. Homo autem, vt eſt gula et ſtudio voluptatum præceps, nihil non tentat, nihil non deguſtat, perinde ac ſi cibum ſibi proprium & congruentẽ nondũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

cognouiſſet: ſolus omnium, omni ciborũ genere ventrem indomitum diſtendit. Nã et carnibus vtitur, non quod neceſsitas aut penuria cogat (ſuppetunt enim pro anni temporibus, vel ex arboribus vel ſeminibus, quæ colligat, quæ accipiat, quæ decerpat, tantaq́ illarum rerum copia eſt, vt nullo ſit labore fere opus, valetudoq́ curari optime poſsit) ſed quod deliciæ rerumq́ neceſſariarum faſtidium, etiam cum ſcelere cibos à natura ſua abhorrentes aggrediantur, & laniatu pecudum ſeſe polluant, qua in re homo ferarum atrocitatem longe crudelitate ſuperat. Nã ſanguine, cæde, carnibus, miluij, lupi, dracones victitant, homines deliciantur. Deinde homo omni genere animantium vtitur, non vt feræ plurimis abſtinet, cum paucisue, vt illæ, ob victus neceſsitatem bellum gerit: ſed neq; volucre, neq́ natatile, (vt in vniuerſum dicam) neq́ terreſtre mites illas veſtras (ſi dijs placet) atq́ hoſpitales menſas effugere poteſt. Verum illud fortaſsis præclarum eſſe ducitis, quod ſingulari artificio cibos conditis & paratis: id quod negatum nobis ſit. Atqui, Vlyſſes, beluarum prudentia, inutilium & inanium artium nullum vlli relinquit locum, neceſſarias autem, non aliunde accerſitas, non mercede edoctas, non meditatione glutinatas, non ſpeculationibus inter ſeſe tenaciter compactas, ſed ipſa ex ſeſe velut

familiares

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

familiares & inſitas ac natiuas profert. Nam Ægyptios quidem omnes audimus eſſe medicos: ex genere autem animantium ſingula non medicinæ tantum in ſe artem habent, ſed & ad paſtũ, quærendum inſtructa ſunt, & ad fortitudinem, & ad venationem, & cuſtodiam ſui, & ad muſicam, quatenus vniuscuiuſq; natura capax eſt. Vnde enim nos (porcos intellige, quod hic ſophiſta porcus eſt) didicimus in morbis, cantorum gratia, ad fluuios accedere? Quis teſtudines docuit, vt ſi de vipera ederint, origanũ arrodant. Quis Creticis capris monſtrauit, ſi ſagittis ictæ fuerint, vt dictamno arroſo cuſpides telorum eijciant? Nam ſi id quod verum eſt, confiteri volueris, doctricem harum rerum & magiſtrã naturam eſſe: prudentiam beluarum ad principium ſummæ autoritatis et ſapientiæ reuocabis. Quam ſi prudentiam ac mentem vocandam eſſe non cenſueris, iam diſpiciendum erit, vt tanto honeſtiore et magnificentiore nomine appelletur, quanto eius vis reipſa maior, pulchrior & admirabilior elucet. Non illa quidem indocta aut inerudita: ſed à ſe ipſa docta, & nullius indiga, longum valere iubens, non ob infirmitatem, ſed ob robur & perfectionem naturalis virtutis, emendicatam ab alijs per diſciplinam, ſapiendi ſtipem. Iam quibus in rebus animalia per delicias aut ludum ab hominibus ad diſcendum & meditandum ducuntur, illas ipſas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

res quãmuis naturæ corporis repugnantes, tamẽ quadam vbertate ingenij perdiſcunt. Non enim dico iam de catulis, qui ad feras inueſtigandas aſſuefiunt, & pullos equinos ad ſaltandum: ſed & corui loqui diſcunt, & canes per circos agitatos tranſiliunt, Equi autem & boues in theatris mirabilem in modum & recumbunt & ſaltant, & ſtant & mouentur: eaq; diſcunt & meminerunt, quæ ne homines quidem ſine ſingulari ſtudio et labore præſtare poſſunt. Etſi autẽ talium rerum nulla prorſus vtilitas eſt: docilitatis tamen & ſolertiæ ſunt argumentum euidentiſſimum. Quod ſi perſuaderi tibi non poteſt, nos diſcere artẽs: audi iam, vt eas etiã doceamus. Nã & perdices in profugiendo pullos docent occultare ſeſe, & glebam obijcere pro ſe pedibus in tergum reſupinatis. Ciconias iuniores in tectis vides, vt adultæ conantes ſubuolare adiuuent, & quaſi volatus præmonſtratrices ſint, Luſciniæ pullos ad cantum inſtituunt, qui ſi minores capti, & ab hominibus nutriti fuerint, deterius canunt, tanquam imtempeſtiue ludum egreſſi. In hoc itaq; corpus ingreſſus, miror rationes illas, quibus mihi ſophiſtæ perſuadebant, omnes animantes vno homine excepto, rationis et mentis expertes eſſe. V. Nunc vero, Grylle, tu aliter ſentis, & cum oues, tum aſinos participes eſſe rationis aſſeris? G. Iſtis ipſis igitur, optime Vlyſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ſes,colligendũ eſt,beluarum naturam,rationis et intelligentiæ non expertẽ eſſe. Nã quẽadmodũ arbor vna non eſt magis aut minus inanimata quã alia (Omnes enim pariter ſenſu carent) ſic ne animaliũ quidẽ aliud alio hebetius et tardius videretur , niſi omnia ſimul ratione atq; intelligentia prædita eſſent:ſic tamen,vt illa in alijs illuſtrior,in alijs obſcurior cõſpiciatur, Illud enim cogitandum eſt , quorundam ſimplicitatem & ſtoliditatem , aliorum calliditate & acrimonia deprehendi,nihilo ſecius,ſi cum vulpecula,lupo & ape,aſinum & ouem conferas. quam ſi Polyphemum tecum, aut cum Autolyco auo tuo Corinthium illum Homerum. Nec enim cenſeo tantum inter beluam intereſſe , quantum homo ab homine ingenij , cogitationis & memoriæ vi ſuperatur. V. Atqui vide Grylle,ne ſit nefas,& violentum,rationem ijs tribuere,quibus notitia Dei nulla inſita eſt. G. Proinde non dicemus,ô Vlyſſes ,te,cum tanta tamq; immodica ſapientia ſis præditus, Siſyphum parentem habuiſſe.

DECALOGVS, SEV DECEM PRÆCEPTA.

Solus Ego tuus omnipotens Dominusq; Deusq; 1.
Sum.Tu præter me Numina nulla cole.
Non aſſume Dei nomen venerabile fruſtra, 2.
Aut Deus inſontem non habiturus erit.

Sabbata

3. *Sabbata ſanctifices vera pietate, Labore*
Abſtineas, rebus deditus eſto ſacris.
4. *Et digno caros cole gratus honore parentes,*
Vt tibi ſit felix, longaq; vita, tuos.
5. *Non occide manu quenquā, non corde, nec ore.*
Ne fias mortis, iudicijue reus.
6. *Non ſis laſciuus, non ſis ſcortator, Adulter,*
Mente tua caſtus, corpore caſtus eris.
7. *Non furtum facies, non vi, non fraude, doloq;*
Alterius rapies, diminuesue bona.
8. *Nec contra quenquam falſus ſis teſtis. In omni*
Re placeat verum, Non decet eſſe leuem.
9. *Non animum vexet nunquam ſatiata cupido,*
Alterius cupias tecta domumq; caue.
10. *Vllius vxorem, Seruos, agros, pecudeſq;,*
Aut bona, contentus, ne cupe, ſorte tua.

SVMMA DECA-
LOGI.

Hunc Dominum qui te formauit, teq; redemit,
Diligito ex toto pectore, mente, anima.
Et quodcunq; cupis faciat tibi proximus, illi
Fac ſimile. Hæc legis ſit tibi ſūma breuis.

TRIPLEX VSVS
LEGIS.

1. *Lex regit humanos mores, & membra coercet,*
Turpia ne faciant, nec ſcelerata patrent.

Lex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Lex damnat cunctos mortales, propterea quod 2.
Iuſticia integra, mundiciaq; carent.
Vt ſua cognoſcens, veniam, peccata, precetur,
Per Chriſti mortem, non dubitante fide.
Lex docet à ſanctis Dominus quæ facta requirat, 3.
Regula & eſt operis, normaq; certa boni.

SYMBOLVM.

In verum viuumq; Deum Patrē omnipotentē,
Credo creatorem cœli, terræq;, mariſq;.
Credo quoq; in Ieſum Chriſtū, qui Filius vnus
Eſt Patris, & Dominus noſter de Pneumate
ſancto
Conceptus, Mariaq; ex pura virgine natus.
Iniuſto paſſus ſub iudice dira Pilato.
Inter Latrones Crucifixus, Mortuus, atq;
Conditus in terra, Tetrum deſcendit ad orcum,
Tertia lux venit, viuus ſurrexit ouanſq;
In cœlum aſcendit, Patris ſedet omnipotentis
Ad dextram, cum cœleſti ſpectandus honore,
Adueniet, viuos vt iudicet atq; ſepultos.
Credo quoq; in ſanctum Paracletum ſpiritum,
Et vna
Confiteor, quod ſit ſanctorum Eccleſia, cuius
Credentes cuncti ſunt Ciues. Credo remitti
Omnia per Chriſti mortem peccata. Fideq;
Nō dubia expecto caro quod renouata reſurget.
Et vitam æternum per Chriſtum credo paratā.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

ORATIO DOMINICA.

Care Pater noſter cœleſtis. Sanctificetur
Oro tuum in nobis nomen venerabile. Regnum
Adueniatq; tuum, Fiat tua ſancta voluntas,
In terra ſicut cœleſti ſemper in aula,
Et panem nobis hodie da quottidianum.
Noſtra etiam nobis dimitas debita, Sicut
Nos alijs, qui nos læſere, remittimus. Et ne
Deſere tentatos, tua nos ſed gratia ſeruet
Liberet atq; malis cunctis. Tua namq; poteſtas
Solius eſt, regnumq;, & gloria, laus, honor.
Amen.

REGVLA A CHRISTO PRÆSCRIPTA MAT. VI.

Iuſticiam Regnumq; Dei vos quærite primum,
Adijciet vobis cætera cuncta Deus.

Laus Deo.

VVITEBERGAE
Excuſa à Iohanne Schwertelio.
ANNO M. D. LXXIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Castitas seu pudicitia — 1
Castitas virginalis — 1
Collegia coelibum — 2
Coniugium — 3
Causae coniugii — 4
Personae legitime coniugium contrahentes — 5
Arbor consanguinitatis — 6
Arbor affinitatis — 7
Quibus gradibus consanguinitatis et affinitatis coniugium sit prohibitum — 8
Consensus coniugalis — 9
Parentes aut tutores abutentes potestate, quid faciendum erit — 10
Consensus coactus coniugii — 11
Consensus praesens et futurus — 12
De erroribus qui consensum excusant — 12
Conditiones — 13
Divortia — 14
Modus procedendi in causis divortiorum — 15
De quaestione an persona innocens, et libera pronunciata in iudicio [illegible] aliud coniugium contrahere possit — 16
Polygamia — 17
Coniugium dissidentium de Religione — 18
Castitas vidualis — 18
Verecundia seu pudor — 19
Peccatum contra sextum praeceptum — 20
Coniugium sacerdotum — 21
Summa septimi praecepti — 22

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Iniuria
Iustitia — 23
Iniustitia — 24
Diff. inter iustitiam commutativam et distributivam, quid faciunt proportiones arithm: et geom: — 25
An recte dixerit Cicero privata nullam esse natura. — 26
Contractus — 27
Pecunia — 28
Discrimen inter officia et contractus — 29
Venditio et emptio — 30
Mutuatio — 31
Usura — 32
De interesse — 33
Societas in qua alter pecunias alter operas confert — 33
Conditio [illegible] — 34
Donatio, permutatio et accommodatio — 35
Locatio et discrimen inter contractus bonae fidei et stricti et de iure hospitii — 36
Emphyteusis seu contractus emphyteuticus — 37
Depositum — 38
An qui praescriptione tenetur, iure teneantur, et an praescriptio excuset conscientiam — 39
Restitutio — 40
Furtum — 41
Avaritia — 42
Meditatio contra avaritiam — 43
Cura duplex — 44
Labor et otium — 45
Vita rustica — 46
[illegible] — 47

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]

3072.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3072 8° [35,-153]